(Scripsi : [a] ΑΛΒΙΝΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΔΙΑΛΟΓΟΥΣ cum codice Holsteniano; ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΒΙΒΛΟΝ. ΑΛΒΙΝΟΥ ΠΡΟΛΟΓΟΣ codex Lobcovicianus. — [b] ὅτι cod. Holst.; reliqui omittunt. — [c] οὐτισοῦν cod. L; οὔτινος οὖν cod. H. — [d] τοῦτο cod. H; οὗτος cod. L., sed in margine τοῦτο a m. sec. — [e] ὅ, τι; codd. ὅ, τί. — [f] περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή ex Plat. Phædr. p. 237; περὶ οὗ ἂν ἡ βουλὴ ἦν cod. L; περὶ οὗ ἂν βουλὴ ᾖ cod. H — [g] ἢ περὶ cum Fischero; παρὰ codd. — [h] εἰδότες ut apud Platonem l. c.; οὐκ εἰδότες codd. — [i] οὐ διομολογοῦνται cod. L. et Plato l. c; οὐδὲ ὁμολογοῦντες cod. H. — [k] ποτέ cod. L; ποτ' H. — [l] διάλογος. Ἔστι cod. L; διάλογος, οὐδὲ γὰρ ἄνευ τέχνης τινὸς καὶ δυνάμεώς εἰσι γεγραμμένοι. Ἔστι cod. H. — [m] συγκείμενος περί τινος cod. H; συγκείμενός τινος. —)

β'. Λόγος μὲν οὖν εἶναι [a] λέγεται ὁ διάλογος, καθάπερ ὁ ἄνθρωπος ζῷον. Ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ μὲν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ προφορικός, ἀκουσόμεθα τοῦ προφορικοῦ, καὶ ἐπεὶ τούτου ὁ μέν ἐστι κατὰ διέξοδον λεγόμενος, ὁ δὲ κατ' ἐρώτησιν [b] καὶ ἀπόκρισιν, ἴδιον τοῦ διαλόγου ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις· ὅθεν ὁ λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως εἶναι λέγεται. Τὸ δὲ περί τινος τῶν πολιτικῶν καὶ φιλοσόφων πραγμάτων πρόσκειται, διότι οἰκείαν εἶναι δεῖ τὴν ὑποκειμένην ὕλην τῷ διαλόγῳ. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ πολιτικὴ καὶ φιλόσοφος. Ὡς γὰρ τῇ τραγῳδίᾳ καὶ ὅλως τῇ ποιήσει

I. Platonis dialogos lecturum decet prius nosse hoc ipsum, quid tandem sit dialogus. Neque enim sine arte quadam et facultate scripti sunt, neque sollerter declarare facile est artis præceptorum imperito. Placet autem philosopho, quamcunque rem consideret, naturam ejus inquirere, tum quid possit vel non possit, quemque usum præbeat et quem non præbeat. Sic autem ait : In omnibus, o puer, unicum principium iis qui bene consulere volunt, est cognitum habere, quid illud sit, de quo deliberatur, quidquid id est, vel in eo errare necesse est; plerosque vero latet, se singularum rerum naturam ignorare. Tanquam igitur scientes in disceptationis principio non constituunt id de quo disputaturi sunt, procedentes vero justam quasi pœnam solvunt, ut nec sibi nec aliis consentanea loquantur. Ne igitur nobis hoc accidat Platonis dialogos legentibus, id ipsum, quod dicebam, consideremus, quid tandem sit dialogus. Est ergo nihil aliud quam sermo constans ex quæstione et responsione de rebus civilibus vel philosophicis, ita ut mores decentes personis assumtis tribuantur, et congruens orationis adhibeatur compositio.

II. Sermo de dialogo dicitur, ut de homine animal. Quum vero sermo alius animo conceptus, alius enuntiativus sit, ore prolatum intelligemus, et quoniam hic partim continua oratione procedit, partim quæstione et responsione constat, proprie dialogi fiunt interrogando et respondendo, unde sermo ex quæstione et responsione constare perhibetur. Verba *de rebus civilibus vel phi-*

οἰκεία ὕλη ὑποβέβληται τῶν μύθων, οὕτω [c] τῷ διαλόγῳ ἡ φιλόσοφος, τοῦτ' ἔστι τὰ πρὸς τὴν [d] φιλοσοφίαν. Τὸ δὲ μετὰ τῆς πρεπούσης ἠθοποιΐας τῶν παραλαμβανομένων προσώπων διαφόρων [e] ἐν τοῖς λόγοις ὄντων τὸν βίον, τῶν μὲν φιλοσόφων, τῶν δὲ σοφιστικῶν, τὰ οἰκεῖα ἤθη δεῖ ἑκάστῳ ἀνατιθέναι, τῷ μὲν φιλοσόφῳ τὸ γενναῖον καὶ τὸ ἁπλοῦν καὶ τὸ φιλάληθες, τῷ δὲ σοφιστικῷ τὸ ποικίλον καὶ τὸ παλίμβολον καὶ τὸ φιλόδοξον, τῷ δὲ ἰδιωτικῷ τὸ οἰκεῖον. Ἐπὶ τούτοις φησὶ καὶ περὶ τῆς [f] κατὰ τὴν λέξιν κατασκευῆς, καὶ μάλα εἰκότως. Ὡς γὰρ τῇ τραγῳδίᾳ καὶ τῇ κωμῳδίᾳ τὸ οἰκεῖον μέτρον δεῖ παρεῖναι [g] καὶ τῇ λεγομένῃ ἱστορίᾳ τὸ πλάσμα, οὕτω [h] καὶ τῷ διαλόγῳ τὴν οἰκείαν λέξιν καὶ σύνθεσιν, ἔχουσαν [i] τὸ ἀττικόν, τὸ εὔχαρι, τὸ ἀπέριττον, τὸ ἀνενδεές.

(Scripsi : [a] εἶναι cum cod. L.; vulgo deest. — [b] κατ' ἐρώτησιν cod. H; κατὰ ἐρώτησιν cod. L. — [c] οὕτω; codd. οὕτως. — [d] τὴν cod. L; vulgo deest. — [e] διαφόρων cod. H; διότι διαφόρων διαφόρων cod. L. — [f] περὶ τῆς cum Fabricio; codd. τῆς. — [g] δεῖ παρεῖναι καὶ τῇ cod. L; δεῖ (προσάπτεσθαι καὶ τῇ) Fabr.; δεῖ (καὶ τῇ) Fisch. — [h] οὕτω; codd. οὕτως. — [i] σύνθεσιν, ἔχουσαν cod. L; σύνθεσιν ἔχειν vulgo. —)

γ'. Εἰ δέ τις λεγόμενος λόγος μή, καθάπερ εἶπον, εἰδοποιούμενος, ἀλλ' ἐνδεὴς ὢν τούτων, λέγοιτο εἶναι διάλογος, οὐκ ὀρθῶς ἂν λέγοιτο [a]. Οὕτω τὸ παρὰ τῷ Θουκυδίδῃ [b] λεγόμενον ὑπὸ τῶν μὴ δυναμένων εἰδοποιεῖν τὴν ἰδιότητα τῶν διαλόγων οὐ φήσομεν εἶναι διάλογον [d], ἀλλὰ μᾶλλον δύο δημηγορίας κατ' ἐνθύμησιν ἀλλήλαις [e] ἀντιγεγραμμένας [f]. Ἐπεὶ οὖν ὅ, τι ποτέ ἐστιν ὁ διάλογος, τεθεωρήκαμεν, περὶ τῆς διαφορᾶς αὐτοῦ τοῦ κατὰ Πλάτωνα διαλόγου ἴδωμεν, τοῦτ' ἔστι περὶ τῶν χαρακτήρων, πόσοι τέ εἰσιν οἱ ἀνωτάτω, καὶ πόσοι ἐκείνων ὑποδιαιρεθέντες εἰς τοὺς ἀτόμους ἀπέβησαν [g].

(Scripsi : [a] λέγοιτο. Οὕτω cum cod. H; λέγοιτο οὗτος cod. L. — [b] τῷ Θουκυδίδῃ cod. L; Θουκυδίδῃ cod. H. — [c] ὑπὸ τῶν μὴ δυναμένων cum Schneidero; vulgo τῶν δυνάμεων. — [d] οὐ φήσομεν εἶναι διάλογον cod. L; vulgo hæc desiderantur. — [e] ἀλλήλαις cod. L; ἀλλήλοις cod. H. — [f] ἀντιγεγραμμένας cod. L; ἀναγεγραμμένας cod. H. — [g] ἀπέβησαν; codd. ἐστήσαντο. —)

δ'. Περὶ μὲν οὖν χαρακτήρων ἐν τοῖς ἑξῆς [a] τελεώτατα μετὰ ὑπογραφῆς εἰρήσεται· ἐνθάδε δὲ γνωστέον τοσοῦτον περὶ τῶν ἀνωτάτω χαρακτήρων, ὅτι δύο ὄντων, ὑφηγητικοῦ καὶ ζητητικοῦ, ὁ μὲν ὑφηγητικὸς ἥρμοσται πρὸς διδασκαλίαν καὶ πρᾶξιν καὶ ἀπόδειξιν [b] τοῦ ἀληθοῦς, ὁ δὲ ζητητικὸς πρὸς γυμνασίαν καὶ ἀγῶνα καὶ ἔλεγχον τοῦ ψεύδους, καὶ ὅτι ὁ μὲν ὑφηγητικὸς τῶν πραγμάτων στοχάζεται, ὁ δὲ ζητητικὸς τῶν προσώπων.

(Scripsi : [a] ἐν τοῖς ἑξῆς τελεώτατα μετὰ ὑπογραφῆς εἰρήσεται· ἐνθάδε δὲ γνωστέον τοσοῦτον περὶ τῶν ἀνωτάτω χαρακτήρων e cod. L; vulgo hæc desunt. Cæterum δὲ post ἐνθάδε a secunda manu in cod. additum est. — [b] καὶ ἀπόδειξιν e cod. L; vulgo desiderantur. —)

ε'. Τῶν μὲν οὖν τοῦ [a] Πλάτωνος διαλόγων ὑπάγονται τῷ μὲν φυσικῷ ὁ Τίμαιος, τῷ δὲ ἠθικῷ [b] ἡ Ἀπολογία [c], τῷ δὲ λογικῷ Θεάγης, Κρατύλος, Λύσις, Σοφιστής, Λάχης, Πολιτικός, τῷ δὲ ἐλεγκτικῷ Παρμενίδης, Πρωταγόρας, τῷ δὲ πολιτικῷ Κρίτων, Πολιτεία [d], Φαίδων, Μίνως, Συμπόσιον, Νόμοι, Ἐπιστολαί, Ἐπινομίς, Μενέξενος, Κλειτοφῶν, Φίληβος,

---

losophicis adjecta sunt, idcirco quia aptum dialogi argumentum esse debet, quod est civile et philosophicum. Quemadmodum enim tragœdiæ vel omnino poesi congruens subest materia ex fabulis depromta : sic dialogi materia ex philosophia sive rebus philosophicis petitur. Porro additur : *ut mores decentes personis assumtis tribuantur.* Quum enim in colloquiis pro vitæ ratione variæ sint ac diversæ personæ, aliæ philosophorum, sophistarum aliæ, suos cuique mores assignari oportet; philosopho ingenuitatem, simplicitatem, veritatis amorem : sophistæ contra calliditatem, inconstantiam, gloriæ cupiditatem, denique privato rei domesticæ studium. Postea monetur et *de accurata orationis compositione adhibenda,* haud injuria sane. Nam quomodo tragœdiæ vel comœdiæ conveniens metrum aptari debet et historiæ congruenter efficta oratio : sic suam etiam dialogo dictionem et compositionem inesse oportet, quæ habeat incorruptam attici sermonis integritatem, gratiam, simplicitatem, copiam.

III. Quodsi sermo quidam, qui hanc quam memoravi speciem non habet, sed illa destitutus nihilominus dicatur dialogus, non recte id fiat. Sic quæ apud Thucydidem ab iis qui dialogorum proprietatem effingere non possunt dicuntur, non appellabimus dialogum, sed potius duas orationes contrarii argumenti invicem oppositas. Postquam igitur, quidnam sit dialogus, perspeximus, differentiam quoque dialogorum Platonicorum consideremus, hoc est genera formasque eorum, quot sint summa eorum genera, et quot illorum genera subdivisa in formas individuas distribuantur.

IV. De generibus igitur deinceps plenissime adumbrata rei imagine dicetur; hic vero id tantum de summis generibus judicandum est, ex duplici isto quorum alterum in narrando, alterum in inquirendo versatur, prius illud ad docendum et agendum et ad veri demonstrationem accommodatum esse, posterius ad exercitationem et controversias et ad opinionum levitatem confutandam; præterea formam explicatricem ad res fere, exploratoriam ad personas pertinere.

V. E Platonis dialogis referuntur ad naturalem sapien-

τῷ δὲ πειραστικῷ Εὐθύφρων, Μένων, Ἴων, Χαρμίδης, τῷ δὲ μαιευτικῷ Ἀλκιβιάδης, τῷ δὲ ἀνατρεπτικῷ Ἱππίας, Εὐθύδημος, Γοργίας.

(Scripsi : [a] τοῦ Πλάτωνος cum cod. H; Πλάτωνος cod. L. — [b] ὁ Τίμαιος, τῷ δὲ ἠθικῷ cod. H; τῷ δὲ ἠθικῶι ὁ Τίμαιος habebat cod. L. ante correctionem. — [c] ἡ Ἀπολογία cod. H; Ἀπολογία cod. L. — [d] Πολιτεία cod. L; vulgo deest. —)

ς'. Ἐπεὶ οὖν τεθεωρήκαμεν τὴν διαφορὰν αὐτῶν, ὡς πέφυκε γίγνεσθαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας, ἐπὶ τούτοις λέγωμεν, ἀπὸ ποίων διαλόγων δεῖ ἀρχομένους ἐντυγχάνειν τοῦ Πλάτωνος λόγῳ. Διάφοροι γὰρ δόξαι γεγόνασιν. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Ἐπιστολῶν ἄρχονται, οἱ δέ τινες ἀπὸ τοῦ Θεάγους. Εἰσὶ δὲ οἳ [a] κατὰ τετραλογίαν διελόντες αὐτοὺς καὶ τάττουσι πρώτην τετραλογίαν περιέχουσαν τὸν Εὐθύφρονα καὶ τὴν Ἀπολογίαν καὶ τὸν Κρίτωνα καὶ τὸν Φαίδωνα· τὸν μὲν οὖν Εὐθύφρονα, ἐπεὶ καὶ ἀπαγγέλλεται [b] τῷ Σωκράτει ἐν αὐτῷ ἡ δίκη· τὴν δὲ Ἀπολογίαν, ἐπεὶ [c] ἀναγκαῖον αὐτῷ ἀπολογήσασθαι· ἐπὶ τούτοις τὸν [d] Κρίτωνα, διὰ τὴν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διατριβήν· ἔπειτα τὸν Φαίδωνα, ἐπεὶ ἐν αὐτῷ τέλος τοῦ βίου λαμβάνει ὁ Σωκράτης. Ταύτης [e] τῆς δόξης εἰσὶ Δερκυλλίδης καὶ Θράσυλλος. Δοκοῦσι δέ μοι προσώποις καὶ βίων περιστάσεσιν ἠθεληκέναι τάξιν ἐπιθεῖναι· ὅ ἐστι μὲν ἴσως χρήσιμον πρὸς ἄλλο τι, οὐ μὴν πρὸς ὃ ἡμεῖς νῦν βουλόμεθα· βουλόμεθα δὲ τὴν [f] ἀρχὴν καὶ διάταξιν διδασκαλίας τῆς κατὰ σοφίαν εὑρεῖν. Φαμὲν οὖν Πλάτωνος λόγου μὴ εἶναι μίαν καὶ ὡρισμένην ἀρχήν, ἐοικέναι γὰρ αὐτὸν τέλειον ὄντα τελείῳ σχήματι κύκλου. Ὥσπερ οὖν κύκλου μία καὶ ὡρισμένη οὐκ ἔστιν ἀρχή, οὕτως οὐδὲ τοῦ λόγου [g].

(Scripsi : [a] οἳ cum cod. L; vulgo οἱ. — [b] ἀπαγγέλλεται cod. L; vulgo ἐπαγγέλλεται. — [c] ἐπεὶ cod. H; ἐπειδὴ cod. L. — [d] ἀπολογήσασθαι· ἐπὶ τούτοις τὸν Κρίτωνα cod. L; vulgo ἀπολογήσασθαι ἐπὶ τούτοις. Τὸν Κρίτωνα. — [e] ταύτης τῆς cod. L; τῆς cod. H. — [f] βουλόμεθα δὲ τὴν cod. H; δὲ cod. L. — [g] τοῦ λόγου cod. L; διὰ τοῦ λόγου vulgo. —)

ζ'. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ὁπωσοῦν καὶ ὡς ἔτυχεν ἐντευξόμεθα αὐτῷ. Οὐδὲ γὰρ εἰ δέοι κύκλον γράφειν ἀφ' οὑτινοσοῦν [a] σημείου ἀρχόμενός τις γράφει τὸν κύκλον, ἀλλ' ἀφ' οὗ ἂν ἔχῃ εὐχερέστατα πρὸς τὸ γράφειν. Οὕτως οὐ κατὰ τύχην [b], ἀλλ' ἀφ' ἧς ἂν ἕκαστος ἡμῶν σχέσεως ἔχῃ πρὸς τὸν λόγον, ἀρχόμενος [c] ἐντεύξεται τοῖς διαλόγοις. Σχέσεις δὲ πλείους καὶ διάφοροί εἰσιν ἡμῶν πρὸς τὸν λόγον. Ἡ μὲν γάρ ἐστι κατὰ φύσιν οἷον εὐφυής, ἀφυής· ἡ δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν, οἷον ὥραν ἔχων τοῦ φιλοσοφεῖν ἢ παρηβηκώς [d]· ἡ δὲ κατὰ προαίρεσιν, οἷον φιλοσοφίας ἢ ἱστορίας [e] ἕνεκα· ἡ δὲ κατὰ ἕξιν [f], οἷον προτετελεσμένος ἢ ἀμαθής [g]· ἡ δὲ κατὰ τὴν ὕλην, οἷον ἐνασχολῶν φιλοσοφίᾳ ἢ περιελκόμενος ὑπὸ τῶν περιστάσεων [h].

(Scripsi : [a] οὑτινοσοῦν cum cod. L; οὗτινος οὖν cod. H. — [b] ἀλλ' ἀφ' οὗ ἂν ἔχῃ εὐχερέστατα πρὸς τὸ γράφειν. Οὕτως οὐ κατὰ τύχην addidi; vulgo hæc desiderantur. — [c] λόγον, ἀρχόμενος cod. H; λόγον ἀρχόμενος cod. L. — [d] παρηβηκώς cod. L;

---

tiam Timæus, ad moralem philosophiam Apologia, ad rationalem Theages, Cratylus, Lysis, Sophista, Laches, Politicus. Ad redarguendi rationem spectant Parmenides et Protagoras : Criton vero, Respublica, Phædo, Minos, Convivium, Leges, Epistolæ, Epinomis, Menexenus, Clitophon, Philebus ad prudentiam civilem. In tentatione versantur Euthyphron, Meno, Jon, Charmides; in obstetricia quasi institutione Alcibiades, in confutatione Hippias, Euthydemus, Gorgias.

VI. Postquam igitur, qualis fere sit dialogorum differentia quæque illorum genera sint et formæ, consideravimus, insuper exponamus, a quibus dialogis ad Platonis lectionem accessuros initium ducere oporteat. Est enim quædam hominum de hac re dissensio. Quidam videlicet ab epistolis, nonnulli a Theage ordiuntur. Sunt etiam qui Platonis dialogos in tetralogias digerentes primam ponant illam, quæ Euthyphronem, Apologiam, Critonem et Phædonem continet; Euthyphronem quidem, quia Socratem in jus vocatum perhibet; Apologiam, ob necessariam adversus allatas criminationes defensionem; præterea Critonem, propter disputationem in carcere habitam; deinde Phædonem, quia in illo Socrates ad vitæ exitum vocatur. Hujus quidem sententiæ Dercyllides sunt et Thrasyllus, qui mihi personas videntur variosque vitæ eventus ordinare voluisse, quod ad aliud quid fortasse prodest, sed nihil facit ad hoc quod nos in præsenti quærimus. Nunc enim initium et ordinem disciplinæ, quæ in sapientia versatur, invenire studemus. Quapropter affirmamus sermonum Platonicorum unum definitumque initium non esse, sed ipsos per se perfectos integri perfectique circuli figuræ esse simillimos. Ut igitur circuli nullum certum ac definitum est principium, ita nec sermonum sive dialogorum Platonicorum.

VII. Neque tamen propterea utcunque ac temere illorum lectionem auspicabimur. Neque enim quisquam, si circulum scribi oporteat, a quolibet puncto orsus orbem ducat, sed ab eo a quo ad ducendum promptissimus sit. Sic non forte fortuna, sed ut quisque libros hosce lecturus affectus erit, ita ad alios quoque dialogos legendos primum se conferet. Verum ad dialogorum rationem habitus nostri plures sunt ac diversi. Differunt autem inter se alii natura, ut ingeniosi et hebetes; alii ætate, ut sapientiæ studiis maturi aut longius ætate provecti; alii instituto, ut qui philosophiam discunt aut in historia cognoscenda versantur; alii facultate, ut eruditi aut ineruditi; alii materia, ut philosophiæ studiosi aut cura rerum, quæ incidunt, districti.

παραβεβηκώς cod. H. — [e] ἢ ἱστορίας cod. L; καὶ ἱστορίας cod. H. — [f] ἕνεκα· ἢ δὲ κατὰ ἕξιν cod. L; ἕνεκα ἕξιν cod. H. — [g] ἢ ἀμαθὴς cod. L; καὶ ἀμαθής cod. H. — [h] περιστάσεων codd., πολιτικῶν περιστάσεων Fischerus. —)

η'. Ὁ μὲν οὖν κατὰ φύσιν εὖ πεφυκώς, καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν ὥραν ἔχων τοῦ φιλοσοφεῖν, καὶ κατὰ [a] τὴν προαίρεσιν ἕνεκα τοῦ τὴν ἀρετὴν ἀσκῆσαι προσιὼν τῷ λόγῳ, καὶ κατὰ τὴν ἕξιν προτετελεσμένος τοῖς μαθήμασι, καὶ ἀφειμένος ἀπὸ τῶν πολιτικῶν περιστάσεων ἄρξεται ἀπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου πρὸς τὸ τραπῆναι καὶ ἐπιστραφῆναι καὶ γνῶναι, οὗ δεῖ τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, ὥσπερ πρὸς παράδειγμα καλὸν ἰδεῖν, τίς ἐστιν ὁ φιλόσοφος, καὶ τίς αὐτοῦ ἡ [b] ἐπιτήδευσις, καὶ ἐπὶ ποίᾳ ὑποθέσει ὁ παρ' αὐτῷ λόγος προσάγεται. Δεήσει τῷ Φαίδωνι ἑξῆς ἐντυγχάνειν· λέγει γὰρ ἐν τούτῳ, τίς ἐστι φιλόσοφος καὶ τίς ἐστιν ἡ αὐτοῦ ἐπιτήδευσις [c], καὶ ἐπὶ ὑποθέσει τοῦ ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν δίεισι [d] τὸν περὶ αὐτῆς λόγον. Μετὰ τοῦτο τῇ Πολιτείᾳ δέοι ἐντυγχάνειν· ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς πρώτης παιδεύσεως [e] ὑπογράφει πᾶσαν τὴν παιδείαν, ᾗ χρώμενος ἀφίκοιτο ἂν τις ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς κτῆσιν. Ἐπεὶ [f] δὲ δεῖ καὶ ἐν γνώσει τῶν θείων γενέσθαι, ὡς δύνασθαι κτησάμενον τὴν ἀρετὴν ὁμοιωθῆναι αὐτοῖς, ἐντευξόμεθα [g] τῷ Τιμαίῳ· αὐτῇ γὰρ τῇ περὶ τὴν [h] φύσιν ἱστορίᾳ ἐντυγχάνοντες καὶ τῇ λεγομένῃ θεολογίᾳ καὶ τῇ τῶν ὅλων διατάξει ἐποψόμεθα [i] τὰ θεῖα ἐναργῶς.

(Scripsi : [a] κατὰ cum cod. L; μετὰ cod. H. — [b] αὐτοῦ ἡ ἐπιτήδευσις cod. L; vulgo αὐτοῦ ἐπιτήδευσις. — [c] ἡ αὐτοῦ ἐπιτήδευσις cum Fabricio; ἥ τε ἐπιτήδευσις cod. L; ἡ ἐπιτήδευσις cod. H. — [d] δίεισι cum Schneidero; διήσι codd. — [e] παιδεύσεως cod. H; γενέσεως cod. L. — [f] ἐπεὶ δὲ δεῖ cod. L; ἐπειδὴ δὲ δεῖ cod. H. — [g] ἐντευξόμεθα; codd. ἐντευξώμεθα. — [h] τὴν φύσιν cod. L; φύσιν cod. H. — [i] ἐποψόμεθα; cod. L. ἀντοψόμεθα; cod. H ἄν; Fabr. ἀν[αμνήσομεν.])

θ'. Ἔτι [a] δέ τις καὶ ἐν κεφαλαίῳ δύναιτ' ἂν [b] κατιδεῖν τὴν προσήκουσαν τάξιν τῶν διαλόγων τῇ κατὰ Πλάτωνα διδασκαλίᾳ ὁ τὰ Πλάτωνος αἱρούμενος [c]. Ἀναγκαίου γὰρ ὄντος θεατὰς γενέσθαι καὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς καὶ τῶν θείων, καὶ τῶν θεῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ καλλίστου νοῦ τυχεῖν, δεῖ πρῶτον μὲν ἐκκαθᾶραι [d] τὰς ψευδεῖς δόξας τῶν ὑπολήψεων· οὐδὲ γὰρ οἱ ἰατροὶ νενομίκασι πρότερον τῆς προσφερομένης τροφῆς ἀπολαῦσαι τὸ σῶμα δύνασθαι, εἰ μὴ τὰ ἐμποδίζοντα ἐν τούτῳ τις ἐκβάλοι· μετὰ δὲ τὸ ἐκκαθᾶραι [e] ἐπεγείρειν καὶ προκαλεῖσθαι δεῖ τὰς φυσικὰς ἐννοίας καὶ ταύτας ἐκκαθαίρειν, καὶ εὐκρινεῖς ἀποφαίνειν ὡς ἀρχάς. Ἐπὶ τούτοις ὡς προκατεσκευασμένης τῆς ψυχῆς, δεῖ αὐτῇ τὰ οἰκεῖα ἐμποιεῖν δόγματα, καθ' ἃ τελειοῦται. Ταῦτα δέ ἐστι φυσικὰ καὶ θεολογικὰ καὶ τὰ ἠθικὰ καὶ πολιτικά. Ἵνα δὲ [g] τὰ δόγματα μένῃ ἐν τῇ ψυχῇ ἀναπόδραστα [h], δεήσει ἀποδοθῆναι [i] τῷ τῆς αἰτίας λογισμῷ, ἵνα τις βεβαίως ἔχηται [k] τοῦ προκειμένου σκοποῦ. Ἐπὶ τούτοις δεῖ πεπορίσθαι [l] τὸ ἀπαραλόγιστον, ἵνα μὴ ὑπό τινος σοφιστοῦ παρενεχθέντες τρέψωμεν ἐπὶ τὰ χείρω τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν [m]. Ἵν' οὖν ἐκβάλωμεν [n] τὰς ψευδεῖς δόξας, δεήσει ἐντυγχάνειν Πλάτωνος τοῖς τοῦ πειραστικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις, ἔχουσι τὸ ἐλεγκτικὸν καὶ τὸ λεγόμενον καθαρτικόν. Ἵνα δέ τις τὰς φυσικὰς ἐννοίας εἰς φῶς προκαλέσαιτο [o], τοῖς τοῦ μαιευτικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις δεήσει ἐντυγχάνειν· τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτῶν ἴδιον. Ἵνα δέ τις τὰ οἰκεῖα [p] δόγματα παραλάβῃ, τοῖς τοῦ ὑφηγητικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις δεήσει ἐντυγχάνειν· τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτῶν ἴδιον, εἴ γε ἐν τούτοις ἔστι μὲν τὰ φυσικὰ δόγματα, ἔστι δὲ καὶ τὰ ἠθικὰ καὶ τὰ πολιτικὰ καὶ οἰκονομικά, ὧν τὰ μὲν ἐπὶ θεωρίαν [q] καὶ τὸν θεωρητικὸν βίον ἔχει τὴν ἀναφοράν, τὰ δὲ ἐπὶ πρᾶξιν καὶ τὸν πρακτικὸν βίον, ἄμφω δὲ ταῦτα ἐπὶ τῷ ὁμοιωθῆναι θεῷ. Ἵνα δὲ τὰ ἐντεθέντα [r] ἄφυκτα ἡμῖν ὑπάρχῃ, τοῖς τοῦ λογικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις, ὄντος καὶ αὐτοῦ ζητητικοῦ, δεήσει ἐντυγχάνειν. Ἔχουσι γὰρ τάς τε διαιρετικὰς καὶ ὁριστικὰς μεθόδους καὶ πρός γε

VIII. Qui igitur tum bono ingenio et ætate philosophiæ matura est, tum ex instituto idcirco Platonem legere aggreditur, ut virtutem exerceat, nec non variarum disciplinarum facultatem jam consecutus est, neque ullam reipublicæ partem suscepit, ab Alcibiade principium ducet, ut illuc advertatur et referatur animus, atque intelligat, quantum curæ ac diligentiæ adhibendum sit ad pulcherrimum exemplar assequendum, quis sit philosophus, quæ ejus industria et in qua re sermones ipsius versentur. Phædonem deinceps legi oportebit, in quo docet Plato, quisnam philosophus sit, quod ejus studium, et de animi immortalitate disputans longum de illo habet sermonem. Post hæc libros de republica evolvere decebit, quoniam in illis a prima institutione orsus omnem depingit doctrinam, qua quisquis utitur virtutem adipisci possit Quum vero etiam divinarum rerum cognitio paranda sit, ut virtutis compos iis assimilari queat, Timæum adire fas erit, in quo historiam naturalem ac theologiam et universi descriptionem cognoscentes res divinas clare intuebimur.

IX. Præterea Platonicæ philosophiæ futurus sectator summatim etiam possit congruentem dialogorum ordinem ex philosophi doctrina cognoscere. Quum enim contemplatores animi nostri, rerum divinarum, ipsorum denique deorum evadere debeamus, et bonam mentem nobis comparare : primum quidem animus a præsumtarum opinionum commentis purgandus erit; neque enim medici prius corpus e sumtis cibis quidquam commodi consequi posse existimant, quam impedimenta ex illo fuerint ejecta; peracta vero purgatione tum notiones menti insi-

ἀναλυτικὰς καὶ συλλογιστικάς, δι' ὧν τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποδείκνυται, τὰ δὲ ψευδῆ ἐλέγχεται. Πρὸς δὲ τούτοις, ἐπεὶ δεῖ καὶ ἀπαραλογίστους ὑπὸ τῶν σοφιστῶν [t] εἶναι, τοῖς τοῦ ἐπιδεικτικοῦ καὶ ἀνατρεπτικοῦ χαρακτῆρος [u] διαλόγοις ἐντευξόμεθα, ἐν οἷς ἔστιν [x] ἐκμαθεῖν, ὅπως τε δεῖ ἐπαΐειν τῶν σοφιστῶν καὶ ὅπως αὐτοῖς [y] καὶ ὅντινα τρόπον προσφέρεσθαι κακουργοῦσι περὶ τοὺς λόγους [z].

(Scripsi : [a] ἔτι cum Schneidero; codd. εἰ. — [b] δύναιτ' ἂν cod. L; δύνατ' ἂν cod. H. — [c] ὁ τὰ Πλάτωνος αἱρούμενος; codd. τῷ τὰ Πλάτωνος αἱρουμένῳ. — [d] πρῶτον μὲν ἐκκαθᾶραι cod. L, nisi quod habet ἐκκαθάραι; πρῶτον ἐκκαθᾶραι cod. H. — [e] ἐκκαθᾶραι cod. H; ἐκκαθάραι cod. L. — [f] καθ' ἃ cod. L; καθὰ cod. H. — [g] ἵνα δὲ cum Fabricio; codd. ἵνα — [h] ψυχῇ ἀναπόδραστα cod. L; ψυχῇ καὶ ἀναπόδραστα cod. H. — [i] ἀποδοθῆναι codd.; ἀποδεθῆναι Schneiderus. — [k] ἔχηται cod. H; ἔχῃ cod. L. — [l] πεπορίσθαι cod. L; πεπορεῖσθαι cod. H. — [m] διάνοιαν cod. H; ἕξιν cod. L. — [n] ἵν' οὖν ἐκβάλωμεν cod. L; ἵνα οὖν ἐκβάλλωμεν cod. H. — [o] προκαλέσαιτο cod. L; προκαλέσοιτο H. — [p] ἵνα δέ τις τὰ οἰκεῖα δόγματα παραλάβῃ (cod. παραβάλῃ, sed superscripta altera lectione), τοῖς τοῦ ὑφηγητικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις δεήσει ἐντυγχάνειν· τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτῶν ἴδιον cod. L; vulgo hæc desiderantur. — [q] θεωρίαν cod. L; θεωρίᾳ cod. H. — [r] ἐντεθέντα; codd. δεθέντα. — [s] πρός γε cod. H; πρός cod. L. — [t] τῶν σοφιστῶν cod. H; σοφιστῶν cod. L. — [u] ἐπιδεικτικοῦ καὶ ἀνατρεπτικοῦ χαρακτῆρος cod. L; ἐπιδεικτικοῦ χαρακτῆρος cod. H. — [x] ἔστιν; codd. ἐστιν. — [y] ὅπως αὐτοῖς καὶ cod. L; ὅπως καὶ cod. H. — [z] In cod. L. subscriptum est τέλος τοῦ προλόγου. —)

tas excitari provocarique oportet, tum illas purgari et planas fieri tanquam principia. Post hæc animus quasi præparatus convenientibus formandus est præceptis, quorum ope perficitur; qualia sunt quæ de rebus naturalibus, divinis, moralibus ac civilibus dantur. Hæc vero ut perpetuo animo fixa maneant, par erit revocari ea ad causæ considerationem, ne quis a proposito scopo aberret. Deinde comparanda erit ratio errori non obnoxia, ne a sophista aliquo abducti ad deteriora animum attendamus. Ut igitur falsas opiniones ex animo evellamus, conveniet nos evolvere Platonicos dialogos ad genus tentationis proprium pertinentes, quippe qui in confutatione et purgatione versentur. Sed ad notiones menti insitas in lucem proferendas lectis dialogis ex obstetricia quasi institutione petitis opus erit; horum enim propria hæc virtus est. Porro ad percipienda commoda præcepta explicatricis formæ dialogorum lectione egebimus; hoc enim proprium eorum habetur, siquidem placita de rebus naturalibus, moralibus, civilibus, domesticis continent, quorum alia ad contemplationem vitamque contemplativam, alia ad actionem et vitam actuosam referuntur, ad eundem quidem finem utraque, ut deo similes efficiamur. Hæc animo comprehensa ne nobis excidant, pervolutandi erunt dialogi e rationali philosophia depromti, qui et ipsi sunt formæ exploratoriæ. Illis videlicet continentur viæ rationesque disserendi tam per divisiones ac definitiones, quam per resolutionem et ratiocinationem, quibus et vera demonstrantur et falsa convincuntur. Præterea quoniam sophistarum etiam rationibus decipi non oportet, demonstrativi et ad confutationem comparati generis dialogos cognoscemus, e quibus disci potest, simul quo pacto audiendi sint sophistæ, simul qua ratione et quomodo cavillationibus eorum occurrere deceat.

DE SALLUSTIO.

Sallustius, Platonicus posterioris ævi philosophus, quem Juliani imperatoris æqualem et amicum fuisse constat, unus sine dubio ex sapientibus illorum temporum hominibus est, cui merito tribuas elegantem de diis et mundo libellum. Etenim in maximo errore versantur viri quidam docti tale opusculum Sallustio Syro, Procli adversario ac Cynicæ institutionis doctori, assignantes. De hoc autem multa tradiderunt Photius Cod. 242 e Damascio in vita Isidori (1) et Suidas v. Σαλλούστιος (2) ἀπῆγεν (3), Ἀθηνόδωρος (4), Ζήνων (5) et Μαρκελλῖνος (6), testati non solum improborum inimicum, sed etiam acerrimum vitiorum reprehensorem et plebis insectatorem fuisse. Eundem refert Simplicius in Epictetum (7) pag. 90 sua memoria mirum tolerantiæ documentum dedisse. Nam vivum carbonem nudo femori impositum sufflasse perhibetur, periculum facturus, quam diu dolorem perpeti posset. Quæ omnia ut Cynico apta sunt:

(1) Photius Cod. 242 e Damascio in vita Isidori: ὁ Σαλλούστιος κυνίζων οὐ τὴν εἰθισμένην ὁδὸν ἐπορεύετο τῆς φιλοσοφίας, ἀλλὰ τὴν κεχαραγμένην πρὸς ἔλεγχόν τε καὶ λοιδορίαν καὶ τὸν μάλιστα δὴ πόνον ὑπὲρ ἀρετῆς. Ὑπεδέδετο δ' οὗτος σπανιάκις, ἢ τὰς ἀττικὰς ἰφικρατίδας ἢ τὰ συνήθη σανδάλια περιδεδεμένος· ἐφαίνετο δὲ οὐδέποτε ἐπὶ πλεῖστον χρόνον οὔτε ἀῤῥωστῶν τὸ σῶμα, οὔτε ταλαιπωρούμενος τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον εὐλόφῳ αὐχένι τὴν ἄσκησιν ὑπέμενε, καλὰ καὶ ἀξιέπαινα πολιτεύματα, καὶ ὅσα τοιαῦτα φιλανθρωπεύματα. Idem l. c. ὅτι ὁ Σαλλούστιος εἰς τοὺς τῶν ἐντυγχανόντων ὀφθαλμοὺς ἀφορῶν προέλεγεν ἑκάστοτε τὴν βίᾳ γενησομένην ἑκάστῳ τελευτήν· τὴν δὲ αἰτίαν τῆς προγνώσεως οὐδ' αὐτὸς εἶχε φράζειν. Καίτοι ἐπειρᾶτο ἐρωτώμενος τὸ σκοτεινὸν τῶν ὀφθαλμῶν αἰτιᾶσθαι καὶ ἀχλυῶδες καὶ νοτισμοῦ μεστόν, οἷον ἐπὶ πένθεσι ταῖς κόραις αὐταῖς ἐμφερόμενον. Idem l. c. ὁ δὲ Σαλλούστιος οὐκέτι τῷ δικανικῷ, ἀλλ' ἤδη τῷ σοφιστικῷ βίῳ προσεῖχε τὸν νοῦν· ἐξέμαθε δὲ καὶ τοὺς δημοσίους ἅπαντας τοῦ Δημοσθένους λόγους. Καὶ δὴ λέγειν αὖ ἱκανὸς οὐ τοὺς νέους μιμούμενος σοφιστάς, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀρχαῖον τόνον τῆς λογογραφίας ἁμιλλώμενος. Ἀμέλει καὶ ἔγραφε λόγους οὐ πολύ τι ἐκείνων λειπομένους, ἀνυπόδετος περιιὼν τὴν οἰκουμένην, ὡς φῆναι λόγον, ἅπασαν. — (2) Suidas v. Σαλλούστιος sic: Σαλλούστιος φιλόσοφος, ὃς ἔφη ἀνθρώποις οὐ ῥᾴδιον εἶναι φιλοσοφεῖν ἀλλ' ἀδύνατον· τοῦτον ἀκούσας ἀπέστυξα τὸν λόγον, ὡς οὔτε ἀληθῆ λεγόμενον, οὔτε λέγεσθαι ἄξιον. Ἀλλὰ γὰρ ὁ Σαλλούστιος ᾔδει, τὸ ἐμὸν εἰπεῖν· οὐ γὰρ διεβέβλητο πρὸς φιλοσοφίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ φύσει μισάνθρωπος ἦν, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον ὀχλολοίδορος, καὶ πᾶσιν ἐπιθέμενος τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ ὁπωσοῦν ἐκ πάσης προφάσεως ἐλέγχων ἑκάστους καὶ διακωμῳδῶν· ἐνίοτε μὲν σπουδάζων, τὰ δὲ πολλὰ τῷ γελοίῳ χαίρων ἤθει καὶ φιλοσκώμμονι. Καὶ γὰρ ἦν ὁ Σαλλούστιος εὐτράπελος ἱκανῶς καὶ σκώπτειν εὐφυέστατός τε καὶ προχειρότατος, ἐξαιρέτως μὲν ἔχων αὐτός, ἐκ γένους δὲ ὅμως τὰς τοιαύτας χάριτας. Ὁ γάρ τοι πέμπτην ἀρετὴν ὀνομάσας τὴν περὶ θεῶν δόξαν ἀληθῆ, δοκοῦσαν ἐνεῖναί ποτε τοῖς πονηροτάτοις, Σαλλούστιός ἐστιν. Ἔτι δὲ πρὸς ἐνίους τῶν ἀλλοφύλων τὰ μὲν ἄλλα αὐτοῦ ἐπαινοῦντας, ἐν δὲ αὐτῷ λείπειν εἰρηκότας, μὴ δοξάζειν περὶ θεῶν τὰ αὐτὰ τοῖς πολλοῖς· ἐᾶτε, ἔφη, τοῦτό γε διὰ τὴν Νέμεσιν προσεῖναί μοι· τῷ δὲ Παμπρεπίῳ μέγιστον ἤδη δυναμένῳ ἐντυχών, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὡραϊζόμενος, τί θεοὶ πρὸς ἀνθρώπους, ἔφη; τίς δέ, ἔφη, οὐκ οἶδεν, ὡς οὐκ ἐγὼ πώποτε θεὸς ἐγενόμην, οὔτε σὺ ἄνθρωπος; Ταῦτα περὶ Σαλλουστίου. Κυνικώτερον δὲ ἐφιλοσόφει. — (3) Suidas v. ἀπῆγεν Σαλλούστιος sic: Οὗτος εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἧκεν Ἀθήνηθεν σὺν Ἰσιδώρῳ τῷ φιλοσόφῳ. Παράδοξος δὲ ὁ τρόπος Σαλλουστίου πᾶσιν ἀνθρώποις, τὰ μὲν φιλοσοφοῦντος ἐπὶ τὸ καρτερώτερον, τὰ δὲ παίζοντος ἐπὶ τὸ γελοιότερον, ἑκάτερον οἶμαι πέρα τοῦ μετρίου. Καὶ δεῖ κρίσεως εἴπερ τινὶ ἄλλῳ, τῷδε τῷ βίῳ. Καὶ δὴ Σαλλούστιος τὰ μὲν πατρόθεν ὥρμητο ἀπὸ Συρίας, τὰ δὲ πρὸς μητρὸς Ἐμεσηνὸς ἐγεγόνει. Ὁ πατὴρ δὲ αὐτῷ Βασιλίδης ὠνομάζετο, Θεόκλεια δὲ ἡ μήτηρ. Εὐφυὴς δὲ ἐπὶ πολλὰ γεγονὼς καὶ τὸ ἦθος αὐστηρὸς καὶ φιλότιμος, τὰ μὲν πρῶτα ἔβλεπεν εἰς τὴν πολυάρατον δικανικήν, καὶ ἐπαιδεύετο λόγοις ῥητορικοῖς ὑπὸ Εὐνοΐῳ σοφιστῇ, τότε ὄντι κατὰ Ἔμεσαν· ὕστερον δὲ οὐκέτι δικανικῷ, ἀλλ' ἤδη τῷ σοφιστικῷ βίῳ προσεῖχε τὸν νοῦν, καὶ ἐπὶ τούτῳ διεμελέτα τοὺς λόγους, οὐδὲν ἧττον τῆς φύσεως ἐπὶ τοῖς πόνοις θαυμαζόμενος· τοὺς μὲν γὰρ δημοσίους τοῦ Δημοσθένους λόγους ὁμοῦ πάντας ἐξέμαθεν· ἀλλὰ πρὸς τούτῳ καὶ λέγειν ἦν ἱκανός, οὐ τοὺς νεωτέρους ἐκμιμούμενος σοφιστάς, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀρχαῖον πίνον τῆς λογογραφίας ἁμιλλώμενος. Ἀμέλει καὶ ἔγραφε τοὺς λόγους, οὐ πολύ τι ἐκείνων ἐκλειπομένους. Τὸν δὲ ἡμέτερον πολίτην Μάρκελλον, ἑταῖρον τοῦ Εὐνοΐου, καὶ τοῦτον ἐκμαθόντα μὲν ἀπεμνημόνευε τὰ ὀκτὼ βιβλία τῆς Θουκυδίδου ἱστορίας, οὐ μέν τι καὶ λέγοντα ἄξιον ἀκοῆς· καὶ Νόννον δέ φασιν ἐκμαθόντα ἑξάκις ὅλον τὸν Δημοσθένην, μηδὲ διᾶραι τὸ στόμα δύνασθαι πρός γε λόγων ἐπιεικῶν σύνθεσιν. Οὐ γάρ ἐστι ταὐτὸν εἰς πλῆθος ἀποστηθίζειν καὶ γράφειν εἰς κάλλος. Ὁ δὲ Σαλλούστιος ἁδρότερον ἤδη ἁπτόμενος τῆς τέχνης, ἐλάττω ἢ καθ' ἑαυτὸν ὑπολαβὼν τὸν Εὐνόϊον, ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ ἀπεπειρᾶτο τῶν ῥητορικῶν διδασκάλων. — (4) Suidas v. Ἀθηνόδωρος: ὅτι τῷ Ἀθηνοδώρῳ πάντα παρεσκεύαστο πρὸς φιλοσοφίαν, τά τε ἀπὸ φύσεως καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐπιεικοῦς προαιρέσεως, ὅτι Πρόκλος ἔζη, καὶ διαφανῶς ἐξηγεῖτο τοῖς πλησιάζουσιν. Ὃν ὁ Σαλλούστιος θαυμάζων ἐπὶ σπουδῇ ἔλεγεν, ὅτι πυρὶ ἄρα ἐῴκει ὁ ἄνθρωπος ἐξάπτοντι πάντα τὰ παρακείμενα. Ἀλλ' ὅμως ἔπεισεν Ἀθηνόδωρον μὴ φιλοσοφῆσαι. — (5) Suidas v. Ζήνων Ἀλεξανδρεύς. Ἦν δὲ καὶ ἕτερος Ζήνων τοῦ Πρόκλου ἑταῖρος κατὰ τὸν χρόνον, τῷ μὲν γένει Περγαμηνός, τῇ δὲ φύσει καὶ αὐτὸς ἐνδεέστερος τά γε πρὸς ἐπιστήμην, ἐπιεικὴς δέ, καὶ τὰ ἤθη κατηρτυμένος. Ὁπότερος δὲ αὐτοῖν ἀφορμὴν τῇ διαστάσει παρέσχετο Σαλλουστίῳ πρὸς τὸν Πρόκλον, οὐκ ἔχω φράζειν. — (6) Suidas v. Μαρκελλῖνος. Μαρκελλίνῳ δυνάστῃ Δαλματίας, ὃς ἦν αὐτόνομος, μετὰ δικαιοσύνης ἐξηγούμενος τῶν ὑπηκόων· (παρῆν δὲ αὐτῷ καὶ φρόνησις ἱκανή, πολίτευμα καὶ ἀνδρεία θαυμαστὴ μεμελετηκυῖα τὰ πρὸς πόλεμον) συνῆν Σαλλούστιος ὁ φιλόσοφος. — (7) Simplicius Comm. in Epict. Enchir. pag. 90 ed. Salmas. τὸν ἐφ' ἡμῶν Σαλούστιον, ἄνθρακα

ita in hujus libelli scriptorem non conveniunt Missum igitur faciamus Sallustium Syrum (8).

Jam vero Juliani sodalis sapientiæ professione clarus et amplissimis honoribus ornatus propterea maxime disputationis de diis et mundo auctor haberi potest, quod neque a Platonica sublimitate neque ab urbana purpuratorum vita abhorret. Hic autem Sallustius, quamvis veterum deorum cultor esset, tamen Julianum imperatorem a cruciandis Christianis deterruit, teste Theodoreto lib. III Hist. c. 11. Atque huic quidem Julianus orationem quartam dedicavit, qua solem laudibus prosequitur. Ad hunc porro quasdam dedit epistolas idem imperator, qui eum anno post Chr. n. trecentesimo sexagesimo secundo ad præfecturam promovit et anno sequenti in consulatum provexit (9). Quid? quod ad hominem nobilissimum contra temeraria Dioscori medici consilia scripsit S. Hilarius Pictaviensis episcopus, de quo editores Benedictini in præfatione ad ejus libros disseruerunt. Denique leges quædam eidem inscriptæ in Codice Theodosiano comparent. Cæterum apud Eunapium in Maximo pro Σαλούτιος reponendum est Σαλούστιος, quod nomen librariorum inscitia apud Codinum in Σαλτίων convertit.

Quemadmodum vero a rhetoribus illustrium virorum facta moresque commemorari et oratione exaggerari solebant : sic Latini Alcimi Alethii scriptis Julianum et Sallustium immortalitati traditos esse, D. Magnus Ausonius in carmine secundo de Professoribus Burdigalensibus prodidit. Verba ejus sunt :

Vivent per omnem posterorum memoriam,
quos tu sacræ famæ dabas.
Et Julianum tu magis famæ dabis
quam sceptra quæ tenuit brevi.
Sallustio plus conferent libri tui,
quam Consulatus addidit.

Videamus nunc strictim, qualis fuerit philosophus Sallustius. Perspicue nec non subtiliter de prima rerum causa, de diis eorumque simul bonitate simul providentia, de origine mali, de animo humano ejusque facultatibus, de mundo sempiterno, de animorum post mortem statu aliisque rebus gravissimis disputat, summatim perscribens, quæ Plotinus, Proclus, Porphyrius, Iamblichus amplissimis monumentis commendarunt. Sunt vero illi quos dixi scriptores pro fontibus habendi, unde philosophiæ præcepta maximam partem hausit Sallustius. Itaque dubium est, hujusne plus ad illos cognoscendos, an illorum plus ad hunc intelligendum valeat lectio : illud non dubium, quin a sapientiæ studiosis horum omnium scripta maximo cum fructu pervolutentur. Huc accedit, quod si a quarto capite discesseris, ubi Cornuti et Procli exemplo Sallustius allegorias et fabulas attingit, easque physice et mystice exponere aggreditur, cætera omnia præclare explicasse dicendus est.

Quum igitur nostro tempore crassa Procli et reliquorum ejusdem generis scriptorum volumina melius quam olim edita sint, par erat Sallustium quoque in lucem revocari. Illius autem de diis et mundo libellum a Luca Holstenio emendatum cum ejus annotationibus et Leonis Allatii translatione primus Romæ emisit Gabriel Naudæus anno 1630, quod exemplum repetitum est Lugduni Batavorum 1639. Postea Thomas Galeus hunc philosophum inseruit Opusculis mythologicis, physicis et ethicis Cantabrigiæ 1671 et Amstelodami 1688 divulgatis, gallice vertit Formejus Berolini 1748, germanice Io. Georg. Schultesius Turici 1779. At illi omnes Holstenii recensionem secuti verba scriptoris non castigarunt. Verumenimvero nostra ætate multam operam Sallustio et utilem præbuit Io. Conr. Orellius qui tum plurimis locis correctum tum suis et aliorum animadversionibus illustratum græce et latine Turici anno 1821 publicavit. Sed expetebatur jam accuratior Sallustiani opusculi recensio et nova interpretatio latina, quæ Allatianam diligentia vinceret. Utramque igitur lectoribus exhibui, appositis notis, quibus partim lectionum partim decretorum fontes indicarem.

πεπυρακτωμένον ἐπιθέντα γυμνῷ τῷ μηρῷ καὶ φυσῶντα αὐτόν, καὶ δοκιμάζοντα ἑαυτὸν μέχρι πόσου δύναται καρτερεῖν. — (8) De aliis Sallustiis vide Io. Alb. Fabricii Biblioth. Græc. lib. VI, cap. X, Tom. XIII pag. 644 (Hamburgi 1726).

ΣΑΛΛΟΥΣΤΙΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΠΕΡΙ ΘΕΩΝ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ.

SALLUSTII

PHILOSOPHI DE DIIS ET MUNDO LIBER.

Κεφ. α'.

Οἷον δεῖ εἶναι τὸν ἀκροατήν[a], καὶ περὶ κοινῆς ἐννοίας.

Τοὺς περὶ θεῶν ἀκούειν ἐθέλοντας δεῖ μὲν ἐκ παίδων ἦχθαι καλῶς, καὶ μὴ ἀνοήτοις συντρέφεσθαι δόξαις [b]· δεῖ δὲ καὶ τὴν φύσιν ἀγαθοὺς εἶναι [c] καὶ ἔμφρονας, [ἵνα ὀρθῶς] [c] προσέχωσι τοῖς λόγοις· δεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ τὰς κοινὰς ἐννοίας εἰδέναι. Κοιναὶ δέ εἰσιν ἔννοιαι [d], ὅσας πάντες ἄνθρωποι ἐρωτηθέντες ὁμολογήσουσιν· οἷον, ὅτι πᾶς θεὸς ἀγαθός [e], ὅτι ἀπαθής, ὅτι ἀμετάβλητος· πᾶν γὰρ τὸ μεταβαλλόμενον ἢ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον [f]. Καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τὸ χεῖρον, κακύνεται, εἰ δὲ ἐπὶ τὸ κρεῖττον, τὴν ἀρχὴν ἦν κακόν.

[a] ἀκροατήν] auditorem eorum qui de rebus divinis disserunt informat Proclus Theol. lib. I cap. 2. Vide etiam quæ Plato in fine libri V de Rep. et principio VI disputat de ingenio studiisque veri philosophi. Adde Alcinoum cap. 1 et Plotinum Ennead. lib. III cap. 3. — [b] ἀνοήτοις δόξαις] i. e. fabulis. Vide Plat. lib. II de Rep. — [c] ἀγαθοὺς εἶναι] Proclus Theol. Plat. lib. I cap. 11 ὁ δ' αὖ τῶν προκειμένων δογμάτων ἀκροατὴς ταῖς μὲν ἠθικαῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένος ὑποκείσθω, καὶ πάντα τὰ ἀγεννῆ καὶ ἀνάρμοστα τῆς ψυχῆς κινήματα τῷ τῆς ἀρετῆς λόγῳ καταδησάμενος, καὶ πρὸς ἓν τὸ τῆς φρονήσεως εἶδος ἁρμόσας. Μὴ καθαρῷ γὰρ (φησὶ Σωκράτης) καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Cf. Alcinous cap. 1. — [c] ἵνα ὀρθῶς προσ.] deesse videntur in Holstenii codice. — [d] κοιναὶ ἔννοιαι] Iamblichus de mysteriis I, 3 συνυπάρχει ἡμῶν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ ἡ περὶ θεῶν ἔμφυτος γνῶσις. De communibus notionibus vid. Just. Lipsius Manuduct. ad Stoic. phil. lib. II cap. 11; Eusebius Præp. Evang. lib. II cap. 6; Proclus Theol. Plat. lib. I cap. 17 et dissert. II in libros de Rep. — [e] θεὸς ἀγαθός] Proclus Theol. Plat. lib. I cap. 17 πρῶτον μὲν ἀξιοῖ (ὁ Πλάτων) κατὰ τὴν ἀδιάστροφον περὶ θεῶν ἔννοιαν καὶ τῆς ἀγαθότητος αὐτῶν, ἁπάντων μὲν ἀγαθῶν αὐτοὺς χορηγοὺς ἀποφαίνειν, κακοῦ δὲ οὐδενὸς οὐδενί ποτε τῶν ὄντων αἰτίους. — [f] scilicet μεταβάλλεται. —)

Κεφ. β'.

Ὅτι ὁ θεὸς ἀμετάβλητος, ἀγέννητος, ἀΐδιος, ἀσώματος, οὐδὲ ἐν τόπῳ.

Καὶ ὁ μὲν ἀκούων ἔστω τοιοῦτος· οἱ δὲ λόγοι [a] τοιοίδε γενέσθωσαν. Αἱ τῶν θεῶν οὐσίαι οὐδὲ ἐγένοντο· (τὰ γὰρ ἀεὶ ὄντα οὐδέποτε γίνονται [b]. Ἀεὶ δέ εἰσιν, ὅσα δύναμίν τε ἔχει τὴν πρώτην [c] καὶ πάσχειν οὐδὲν πέφυκεν). Οὐδὲ ἐκ σωμάτων εἰσί· καὶ γὰρ τῶν σωμάτων αἱ δυνάμεις ἀσώματοι. Οὐδὲ τόπῳ [d] περιέχονται· σωμάτων γὰρ τοῦτό γε. Οὐδὲ τῆς πρώτης αἰτίας ἢ ἀλλήλων χωρίζονται, ὥσπερ οὐδὲ νοῦ αἱ νοήσεις οὐδὲ ψυχῆς αἱ ἐπιστῆμαι.

Cap. I.

Qualem oporteat esse auditorem, et de communi notione.

Qui de diis sermones audire cupiunt, eos a pueris liberali doctrina satis excultos esse oportet, nec vanis opinionibus postmodum infici : natura etiam bonos et prudentes esse decet, ut dictis aures præbeant, denique communes notiones habere convenit. Sunt autem communes notiones, quas omnes homines rogati confitebuntur, verbi causa quemlibet deum bonum esse, impatibilem, immutabilem. Quodcunque enim mutatur, aut in melius mutatur aut in pejus : si in pejus, corrumpitur : si in melius, jam principio erat malum.

Cap. II.

Deum immutabilem esse, non generatum, sempiternum, incorporeum, nulloque loco circumscribi.

Et hic quidem qui audit esto talis : sermones autem hujusmodi habeantur. Deorum naturæ neque factæ sunt : (quæ enim semper sunt, nunquam fiunt. Semper vero sunt, quæcunque tum primariam habent vim, tum in

[a] λόγοι] de sermonibus theologicis vide Proclum Theol. Plat. lib. I cap. 4 et in Cratylum cap. 117. — [b] γίνονται] Possis γίνεται exspectare. Sed vide Hermannum ad Soph. Electr. vs. 430. — [c] πρώτη] Proclus Instit. theol. 120 ἐστὶ δὴ οὖν ἡ πρωτίστη δύναμις ἐν τοῖς θεοῖς, οὐ τῶν μὲν κρατοῦσα, τῶν δὲ οὔ, πάντων δὲ ἐξ ἴσου προλαβοῦσα τὰς δυνάμεις ἐν ἑαυτῇ τῶν ὄντων. — [d] τόπῳ] Proclus theol. Plat. lib. I cap. 19 διὸ δὴ καὶ πανταχοῦ παρόντες οἱ θεοὶ πάντων ὁμοίως ἐξῄρηνται καὶ πάντα συνέχοντες ὑπ' οὐδενὸς κρατοῦνται τῶν συνεχομένων, ἀλλ' εἰσὶν ἀμιγεῖς πρὸς πάντα καὶ ἄχραντοι. —)

Κεφ. γ'.

Περὶ μύθων, καὶ ὅτι θεῖοι, καὶ διὰ τί.

Τί δήποτε οὖν τούτους ἀφέντες τοὺς λόγους οἱ παλαιοὶ μύθοις[a] ἐχρήσαντο, ζητεῖν ἄξιον. Καὶ τοῦτο πρῶτον ἐκ τῶν μύθων ὠφελεῖσθαι τό γε ζητεῖν καὶ μὴ ἀργὸν τὴν διάνοιαν ἔχειν. Ὅτι μὲν οὖν θεῖοι οἱ μῦθοι, ἐκ τῶν χρησαμένων ἔστιν ἰδεῖν. [b] Καὶ γὰρ τῶν ποιητῶν οἱ θεόληπτοι, καὶ τῶν φιλοσόφων οἱ ἄριστοι[c], οἵ τε τὰς τελετὰς καταδείξαντες, καὶ αὐτοὶ δὲ ἐν χρησμοῖς οἱ θεοὶ μύθοις ἐχρήσαντο. Διὰ τί δὲ θεῖοι οἱ μῦθοι, φιλοσοφίας ζητεῖν. Ἐπεὶ τοίνυν πάντα τὰ ὄντα ὁμοιότητι μὲν χαίρει, ἀνομοιότητα δὲ ἀποστρέφεται, ἐχρῆν καὶ τοὺς περὶ θεῶν λόγους ὁμοίους εἶναι ἐκείνοις, ἵνα τῆς τε οὐσίας αὐτῶν ἄξιοι γίνωνται καὶ τοῖς λέγουσι τοὺς θεοὺς ποιῶσιν εὐμενεῖς, ὅπερ καὶ διὰ τῶν μύθων μόνως ἂν γένοιτο. Αὐτοὺς μὲν οὖν τοὺς θεοὺς κατὰ[d] τὸ ῥητόν τε καὶ ἄῤῥητον, ἀφανές τε καὶ φανερὸν, σαφές[e] τε καὶ κρυπτόμενον οἱ μῦθοι μιμοῦνται καὶ[f] τὴν τῶν θεῶν ἀγαθότητα· ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰ μὲν ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἀγαθὰ κοινὰ πᾶσιν ἐποίησαν, τὰ δὲ ἐκ τῶν νοητῶν μόνοις τοῖς ἔμφροσιν, οὕτως οἱ μῦθοι τὸ μὲν εἶναι θεοὺς πρὸς ἅπαντας λέγουσι, τίνες δὲ οὗτοι καὶ ὁποῖοι, τοῖς δυναμένοις εἰδέναι. Καὶ τὰς ἐνεργείας δὲ μιμοῦνται τῶν θεῶν· ἔξεστι γὰρ καὶ τὸν κόσμον μῦθον εἰπεῖν[g], σωμάτων μὲν καὶ χρημάτων ἐν αὐτῷ φαινομένων, ψυχῶν δὲ καὶ νόων[h] κρυπτομένων. Πρὸς δὲ τούτοις τὸ μὲν πάντας τὴν περὶ θεῶν ἀλήθειαν διδάσκειν ἐθέλειν τοῖς μὲν ἀνοήτοις, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι μανθάνειν, καταφρόνησιν, τοῖς δὲ σπουδαίοις ῥαθυμίαν ἐμποιεῖ· τὸ δὲ διὰ μύθων τ' ἀληθὲς ἐπικρύπτειν τοὺς μὲν καταφρονεῖν οὐκ ἐᾷ, τοὺς δὲ φιλοσοφεῖν ἀναγκάζει. [i] Ἀλλὰ διὰ τί μοιχείας καὶ κλοπὰς καὶ πατέρων δεσμοὺς καὶ τὴν ἄλλην ἀτοπίαν ἐν τοῖς μύθοις εἰρήκασιν; ἢ καὶ τοῦτο ἄξιον θαύματος, ἵνα[k] διὰ τῆς φαινομένης ἀτοπίας εὐθὺς ἡ ψυχὴ τοὺς μὲν λόγους ἡγήσηται προκαλύμματα, τὸ δὲ ἀληθὲς ἀπόῤῥητον εἶναι νομίσῃ;

[a] μύθοις] Theon Progymn. μῦθός ἐστι λόγος ψευδὴς εἰκονίζων τὴν ἀλήθειαν. Proclus Theol. Plat. lib. I cap. 4 ἔστι μὲν γὰρ ὁ τῆς μυθολογίας τρόπος ἀρχαῖος δι' ὑπονοιῶν τὰ θεῖα μηνύων, καὶ πολλὰ παραπετάσματα τῆς ἀληθείας προβεβλημένος, καὶ τὴν φύσιν ἀπεικονιζόμενος, ἣ τῶν νοητῶν αἰσθητά, καὶ τῶν ἀΰλων ἔνυλα, καὶ τῶν ἀμερίστων μεριστὰ προτείνει πλάσματα, καὶ τῶν ἀληθινῶν εἴδωλα καὶ ψευδῶς ἔχοντα κατασκευάζει. — [b] ἔστιν ἰδεῖν] scripsi, quod legitur cap. 9; codd. ἐστὶν εἰπεῖν. — [c] ἄριστοι] ut Orpheus, Empedocles, Parmenides, alii. — [d] κατὰ τὸ ῥητόν] scripsi; codd. κατά τε τὸ ῥητόν.

---

malum incidere non solent :) neque ex corporibus constant, quia corporum vires corpore vacant. Neque loco circumscribuntur; quippe hoc ad res corporeas pertinet. Neque a prima causa vel aliæ ab aliis disjunguntur, non magis quam a mente cogitationes vel ab animo disciplinæ.

Cap. III.

De fabulis, eas divinas esse et quam ob rem.

Cur tandem hisce sermonibus neglectis veteres fabulis usi sint, quærere decet. Et hæc quidem prima e fabulis utilitas capitur, ut expulso mentis languore investigandi studio incendamur. Divinas autem fabulas esse ex illorum qui eas usurparunt dignitate intelligitur. Ex poetis enim divino numine afflati, ex philosophis optimi quique et qui initia hominibus monstrarunt, quin etiam dii ipsi in edendis oraculis fabulis usi sunt. Cur vero fabulæ divinæ sint, philosophorum est inquirere. Quum igitur omnia quæ sunt similitudine delectentur, dissimilitudinem aversentur, de diis quoque sermones similes illis esse par erat, ut eorum natura digni fierent, redderentque enuntiantibus propitios deos, quod fabulis tantum effici queat. Deos ergo ipsos secundum fanda et nefanda, obscura et manifesta, aperta et occulta et deorum bonitatem fabulæ imitantur. Quippe ut dii, quæ ex sensibilibus bona nascuntur, omnibus, quæ vero ex intelligibilibus, solis prudentibus impertierunt, ita fabulæ deos quidem esse omnibus aperiunt; at quinam illi sint et quales, iis tantum qui res divinas capere possunt. Quin etiam deorum actiones imitantur fabulæ. Licet enim et mundum hunc fabulam nominare, quum in eo corpora resque conspiciantur, animi vero mentesque lateant. Præterea veram de diis doctrinam omnibus tradere velle insipientibus, quum eam addiscere non possint, contemtum, bonis autem viris segnitiem parit : at veritas fabulis tecta illos contemtores esse non patitur, hos ad philosophandum compellit. Sed quam ob rem adulteria, furta, parentum vincula et reliquam turpitudinem fabulis complexi sunt? An etiam hoc ita admirabile est, ut perspecta rei insulsitate confestim animus sermones involucra existimans veritatem non divulgandam esse statuat?

— [e] σαφές] edidi cum Orellio; libri σοφόν. — [f] μιμοῦνται καὶ τὴν] posui cum eodem; vulgo μιμοῦνται, τήν. — [g] τὸν κόσμον μῦθον εἰπεῖν] Iamblichus de Myster. Ægypt. VII, 1 ἡ φύσις τοῖς ἐμφανέσιν εἴδεσι τοὺς ἀφανεῖς λόγους διὰ συμβόλων, τρόπον τινά, ἀπετυπώσατο. — [h] νόων] scripsi; codd. νοῶν — [i] φιλοσοφεῖν ἀναγκάζει] Iamblichus de Myster. III, 15 καθάπερ οὖν δι' εἰκόνων γεννῶσι πάντα οἱ θεοὶ καὶ σημαίνουσιν, ὡσαύτως διὰ συνθημάτων· ἴσως δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν σύνεσιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀφορμῆς εἰς ὀξύτητα πλείονα ἀνακινοῦσι. — [k] ἵνα] i. e. ὥστε. Similiter Plutarchus de Alex. fort. I, 12 τί μοι τοιοῦτο συνέγνως, ἵνα τοιαύταις με κολακεύσῃς ἡδοναῖς. —)

Κεφ. δ'.

Ὅτι πέντε τὰ εἴδη μύθων, καὶ ἑκάστου ὑποδείγματα.

Τῶν δὲ μύθων οἱ μέν εἰσι θεολογικοί, οἱ δὲ φυσικοί, οἱ δὲ ψυχικοί τε καὶ ὑλικοί, καὶ ἐκ τούτων μικτοί. Εἰσὶ δὲ θεολογικοὶ μὲν οἱ μηδενὶ σώματι χρώμενοι, ἀλλὰ τὰς οὐσίας αὐτὰς τῶν θεῶν θεωροῦντες· οἷον αἱ τοῦ Κρόνου καταπόσεις τῶν παίδων [a]· ἐπειδὴ νοερὸς ὁ θεός, πᾶς δὲ νοῦς εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, τὴν οὐσίαν ὁ μῦθος αἰνίττεται τοῦ θεοῦ. Φυσικῶς δὲ τοὺς μύθους ἔστι θεωρεῖν, ὅταν τὰς περὶ τὸν κόσμον ἐνεργείας λέγῃ τις τῶν θεῶν, ὥσπερ ἤδη τινὲς χρόνον μὲν τὸν Κρόνον ἐνόμισαν [b], τὰ δὲ μέρη τοῦ χρόνου παῖδας τοῦ ὅλου καλέσαντες καταπίνεσθαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοὺς παῖδάς φασιν. Ὁ δὲ ψυχικὸς τρόπος ἐστίν [c], αὐτῆς τῆς ψυχῆς τὰς ἐνεργείας σκοπεῖν, ὅτι καὶ τῶν ψυχῶν αἱ νοήσεις, κἂν εἰς τοὺς ἄλλους προέλθωσιν, ἀλλ' οὖν ἐν τοῖς γεννήσασι μένουσιν. Ὑλικὸς δέ ἐστι καὶ ἔσχατος, ᾧ μάλιστα οἱ Αἰγύπτιοι δι' ἀπαιδευσίαν ἐχρήσαντο [d], αὐτὰ τὰ σώματα θεοὺς νομίσαντες καὶ καλέσαντες· καὶ Ἶσιν μὲν τὴν γῆν [e], Ὄσιριν δὲ τὸ ὑγρόν [f], Τυφῶνα δὲ τὴν θερμότητα, ἢ Κρόνον μὲν ὕδωρ, Ἄδωνιν δὲ καρπούς [g], Διόνυσον δὲ οἶνον. Ταῦτα δὲ ἀνακεῖσθαι μὲν θεοῖς λέγειν, ὥσπερ καὶ βοτάνας καὶ λίθους καὶ ζῷα, σωφρονούντων ἐστὶν ἀνθρώπων, θεοὺς δὲ καλεῖν μαινομένων, εἰ μὴ ἄρα ὥσπερ τοῦ ἡλίου τὴν σφαῖραν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς σφαίρας ἀκτῖνα ἥλιον ἐν συνηθείᾳ καλοῦμεν. Τὸ δὲ μικτὸν εἶδος τῶν μύθων ἐν πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ἔστιν ἰδεῖν· καὶ μέντοι καὶ ἐν συμποσίῳ φασὶ τῶν θεῶν τὴν Ἔριν μῆλον ῥῖψαι χρυσοῦν, καὶ περὶ τούτου τὰς θεὰς φιλονεικούσας ὑπὸ τοῦ Διὸς πρὸς τὸν Πάριν πεμφθῆναι κριθησομένας· τῷ δὲ καλήν τε φανῆναι τὴν Ἀφροδίτην, καὶ ταύτῃ δοῦναι τὸ μῆλον. Ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν συμπόσιον τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις δηλοῖ τῶν θεῶν· καὶ διὰ τοῦτο μετ' ἀλλή-

---

Cap. IV.

Quinque fabularum species esse, et uniuscujusque exempla.

Fabularum aliæ ad res divinas, aliæ ad rerum naturam, aliæ ad animum, aliæ ad materiam pertinent, aliæ denique ex his mixtæ sunt. Ac theologicæ quidem nulla utentes re corporea ipsas deorum naturas spectant: quales sunt devorati a Saturno filii; quum enim deus intelligens sit, omnisque intellectus in se ipsum revertatur, dei naturam fabula significat. Physice fabulæ considerantur, quum deorum actiones ad mundi curam pertinentes effamur, quemadmodum jam quidam tempus statuerunt Saturnum, temporis partes vero universi filios appellaverunt, filios a patre devorari dicentes. Est porro ratio fabularum ad animum relata, qua ipsius animi actiones contemplamur, quod etiam mentis cogitata, quamvis ad alios transeant, tamen in auctoribus manent. Postrema erit materialis fabularum species, qua Ægyptii potissimum per ignorantiam usi sunt, ipsa corpora deos existimantes nominantesque: Isidem videlicet terram, Osiridem humorem, Typhonem calorem, vel Saturnum quidem aquam, Adonidem vero fructus, Bacchum denique vinum. Hæc porro diis consecrata esse asseverare, sicut et herbas et saxa et animalia, sapientum; sed deos illa vocare furiosorum hominum est, nisi forte ea ratione loquuntur, qua et solis orbem et ex orbe exsilientem radium solem nostra consuetudo appellat. Sed mixtam fabularum speciem cum in multis aliis deprehendere licet, tum in eo quod ajunt Discordiam in deorum convivium malum aureum immisisse, deasque inter se de eo litigantes a Jove missas esse ad Paridem judicandas; illum autem cui Venus pulchra esset visa, huic deæ malum dedisse. Hic enim convivium cœlestes indicat deorum facultates, ideoque omnes una sunt; at malum aureum mundum, qui ex contrariis conflatus merito a Discordia conjici perhibetur. Verum quum alia alii dii mundo impertiantur, de malo inter se rixari videntur. Cæterum animus sensuum beneficio vegetus, hic enim Paris est, cæteras in mundo potestates non intuens, sed pulchritudinem solam, malum Veneri attribuit. Ex fabulis autem theologicæ philosophis conveniunt, contra illæ, quæ ad rerum naturam vel animum pertinent, poetas, mixtæ denique cærimonias decent, quia etiam omnes cærimoniæ cum mundo nos diisque conjungere tendunt. Quodsi alia etiam fabula enarranda est, deorum matrem Attin apud Gallum fluvium jacentem conspicatam ferunt amore ejus arsisse arreptumque stellato pileo exornasse, ac posthac secum habuisse. At ille nymphæ amore captus, relicta deorum matre cum nympha consuescebat. Quamobrem deorum mater Attin ad insaniam adegit, effecitque ut abscissa genitalia apud nympham relinqueret reversusque rursus cum ipsa versaretur. Deorum igitur mater dea vitalis est, ideoque mater nominatur; Attis vero eorum quæ generantur atque intereunt artifex. Hinc apud Gallum fluvium repertus esse traditur; Gallus enim galaxiam seu lacteum

λων εἰσί· τὸ δὲ χρυσοῦν μῆλον τὸν κόσμον, ὃς ἐκ τῶν ἐναντίων γενόμενος εἰκότως ὑπὸ τῆς Ἔριδος λέγεται ῥίπτεσθαι. Ἄλλων δὲ ἄλλα τῷ κόσμῳ χαριζομένων θεῶν, φιλονεικεῖν ὑπὲρ τοῦ μήλου δοκοῦσιν· ἡ δὲ κατ' αἴσθησιν ζῶσα ψυχή, τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ Πάρις, τὰς μὲν ἄλλας ἐν τῷ κόσμῳ δυνάμεις οὐχ ὁρῶσα, μόνον δὲ τὸ κάλλος, τῆς Ἀφροδίτης εἶναι τὸ μῆλόν φησι. Πρέπουσι δὲ τῶν μύθων οἱ μὲν θεολογικοὶ φιλοσόφοις [h], οἱ δὲ φυσικοὶ καὶ ψυχικοὶ ποιηταῖς [i], οἱ δὲ μικτοὶ τελεταῖς· ἐπειδὴ καὶ πᾶσα τελετὴ πρὸς τὸν Κόσμον ἡμᾶς καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς συνάπτειν ἐθέλει [k]. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἕτερον μῦθον εἰπεῖν, τὴν μητέρα τῶν θεῶν [l] φασι τὸν Ἄττιν παρὰ τῷ Γάλλῳ κείμενον ἰδοῦσαν ποταμῷ, ἐρασθῆναί τε καὶ λαβοῦσαν τὸν ἀστερωτὸν αὐτῷ περιθεῖναι πῖλον, καὶ τοῦ λοιποῦ μεθ' ἑαυτῆς ἔχειν. Ὁ δὲ νύμφης ἐρασθεὶς τὴν θεῶν μητέρα ἀπολιπών, τῇ νύμφῃ συνῆν, καὶ διὰ τοῦτο ἡ μήτηρ τῶν θεῶν ποιεῖ μανῆναι τὸν Ἄττιν, καὶ τὰ γόνιμα ἀποκοψάμενον ἀφεῖναι παρὰ τῇ νύμφῃ· πάλιν δὲ ἀνελθόντα αὐτῇ συνοικεῖν. Ἡ μὲν οὖν μήτηρ τῶν θεῶν ζωογόνος ἐστὶ θεά, καὶ διὰ τοῦτο μήτηρ καλεῖται· ὁ δὲ Ἄττις τῶν γινομένων καὶ φθειρομένων δημιουργός [m], καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῷ Γάλλῳ λέγεται εὑρεθῆναι ποταμῷ· ὁ γὰρ Γάλλος τὸν γαλαξίαν αἰνίττεται κύκλον, ἀφ' οὗ τὸ παθητὸν ἔρχεσθαι σῶμα [n]. Τῶν δὲ πρώτων θεῶν τελειούντων τοὺς δευτέρους, ἐρᾷ μὲν ἡ μήτηρ τοῦ Ἄττεως, καὶ οὐρανίους αὐτῷ δίδωσι δυνάμεις· τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ πῖλος [o]· ἐρᾷ δὲ ὁ Ἄττις τῆς νύμφης· αἱ δὲ νύμφαι γενέσεως ἔφοροι· πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον [p] ῥεῖ. Ἐπεὶ δὲ ἔδει στῆναι τὴν γένεσιν [q], καὶ μὴ τῶν ἐσχάτων γενέσθαι τὸ χεῖρον, ὁ ταῦτα ποιῶν δημιουργός, δυνάμεις γονίμους ἀφεὶς εἰς τὴν γένεσιν, πάλιν συνάπτεται τοῖς θεοῖς. Ταῦτα δὲ ἐγένετο μὲν οὐδέποτε, ἔστι δὲ ἀεί. Καὶ ὁ μὲν νοῦς ἅμα πάντα ὁρᾷ, ὁ δὲ λόγος τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα λέγει. Οὕτω δὲ πρὸς τὸν κόσμον οἰκείως ἔχοντος τοῦ μύθου, ἡμεῖς τὸν κόσμον μιμούμενοι, (πῶς γὰρ ἂν μᾶλλον κοσμηθείημεν;) ἑορτὴν ἄγομεν διὰ ταῦτα. Καὶ πρῶτον μὲν καὶ αὐτοὶ πεσόντες ἐξ οὐρανοῦ [r] καὶ τῇ νύμφῃ συνόντες ἐν κατηφείᾳ ἐσμὲν σίτου [s] τε καὶ τῆς ἄλλης παχείας καὶ ῥυπαρᾶς τροφῆς ἀπεχόμεθα· ἑκάτερα γὰρ ἐναντία ψυχῇ· εἶτα δένδρου τομαὶ [t] καὶ νηστεία, ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἀποκοπτομένων τὴν περαιτέρω τῆς γενέσεως πρόοδον· ἐπὶ τούτοις γάλακτος τροφή, ὥσπερ ἀναγεννωμένων· ἐφ' οἷς ἱλαρεῖαι καὶ στέφανοι [u], καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς οἷον ἐπάνοδος. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ τῶν δρωμένων καιρός [v]· περὶ γὰρ τὸ ἔαρ καὶ τὴν ἰσημερίαν δρᾶται τὰ δρώμενα, ὅτε τοῦ μὲν γίνεσθαι παύεται τὰ γινόμενα, ἡμέρα δὲ μείζων γίνεται τῆς νυκτός, ὅπερ οἰκεῖον ἀναγομέναις ψυχαῖς. Περὶ γοῦν τὴν ἐναντίαν ἰσημερίαν ἡ τῆς Κόρης ἁρπαγὴ μυθολογεῖται γενέσθαι [x], ὃ δὴ κάθοδός ἐστι τῶν ψυχῶν. Τοσαῦτα περὶ μύθων εἰποῦσιν ἡμῖν αὐτοί τε οἱ θεοὶ καὶ τῶν γραψάντων τοὺς μύθους αἱ ψυχαὶ ἵλεῳ γένοιντο [y].

[a] Αἱ τοῦ Κρόνου καταπόσεις τῶν παίδων] Sic Macrobius Saturn. lib. I cap. 8. Sed Proclus theol. Plat. lib. V cap. 37 et in Cratyl. cap. 106, item Plotinus Ennead. V. lib. I cap. 7 theologorum more explicant, quod omnia a deo profecta ad eum revertantur. Ait autem Proclus theol. Plat. l. c. καὶ ἡ ὁλότης αὕτη θεότης ἐστὶν συνεκτικὴ τῶν νοητῶν ἐν ἑαυτῇ μερῶν, ὠδίνουσα μὲν τὸ πλῆθος τὸ νοερὸν καὶ πάντα γεννῶσα μονίμως, καὶ τὰ γεννηθέντα πάλιν ἐγκολπιζομένη καὶ συνάγουσα εἰς αὑτήν, καὶ (ὥς φασιν οἱ τραγικώτεροι τῶν μύθων) καταπίνουσα, καὶ ἐν ἑαυτῇ κατατιθεμένη. Idem in Cratyl. p. 6 ed. Boissonad. νοῦς γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς Κρόνος καὶ πάσης νοερᾶς ζωῆς ὑποστάτης, ἀλλὰ νοῦς ἐξῃρημένος τῆς πρὸς τὰ αἰσθητὰ συντάξεως, καὶ ἄλλος καὶ χωριστός, αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἐπεστραμμένος, ὅς γε καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ προκύψαντας εἰς ἑαυτὸν αὖθις ἐπέτρεψε καὶ ἐνεκολπίσατο καὶ ἐν ἑαυτῷ σταθερῶς ἵδρυσεν. — [b] ἤδη τινὲς χρόνον μὲν τὸν Κρόνον ἐνόμισαν] cf. Macrobius Sat. I cap. XIII. Cæterum inter καταπίνεσθαι et ὑπὸ vulgo interponitur δὲ quod omisi. — [c] ψυχικὸς τρόπος ἐστίν] fabulæ quæ

---

ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν. — (8) Plutarchus de musica cap. XVII Vol. XIV pag. 224 ed. Hutten. πάνυ γὰρ προέσχε τῇ μουσικῇ ἐπιστήμῃ Πλάτων, ἀκουστὴς γενόμενος Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου καὶ Μετέλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου. Porphyrius apud Cyrillum lib. I contra Julianum: ἐπαιδεύθη δὲ ὁ Πλάτων παρὰ μὲν Διονυσίῳ γράμματα, παρὰ δὲ Ἀρίστωνι, τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ, τὰ κατὰ τὴν γυμναστικήν. Olympiodorus vit. Plat. Μουσικῆς δὲ διδάσκαλον ἔσχε Δράκοντα τὸν Δάμωνος μαθητήν· μέμνηται δὲ τούτου ἐν τῇ Πολιτείᾳ. Τρία δὲ καὶ ταῦτα ἐπαιδεύοντο οἱ Ἀθήνησι παῖδες· φημὶ δέ· γράμματα, μουσικήν, παλαίειν· οὐχ ἁπλῶς· ἀλλὰ γράμματα μὲν διὰ τὸ κοσμεῖν τὸν λόγον τὸν ἐν αὐτοῖς, μουσικὴν δὲ διὰ τὸ τιθασσεύειν τὸν θυμόν, παλαίειν δὲ καὶ γυμνάζεσθαι διὰ τὸ ἀναῤῥωννύναι τὸ τῆς ἐπιθυμίας χαλαρόν. (Καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης δὲ παρ' αὐτῷ τὰ τρία ταῦτα φαίνεται παιδευθείς· διὸ καί φησι πρὸς αὐτὸν Σωκράτης, Αὐλεῖν δὲ οὐκ ἐβούλου, καὶ τὰ ἑξῆς.) Ἐφοίτησε δὲ καὶ παρὰ γραφεῦσι, παρ' ὧν ὠφελήθη τὴν μῖξιν τῶν χρωμάτων, ὧν ἐν Τιμαίῳ μέμνηται. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ παρὰ τοῖς τραγικοῖς ἐπαιδεύθη, παιδευταῖς νομιζομένοις εἶναι τῆς Ἑλλάδος. Προσῆλθε δὲ τούτοις διὰ τὸ ἀπὸ τῆς τραγικῆς γνωμικὸν καὶ σεμνόν, καὶ ἡρωϊκὸν τῶν ὑποθέσεων. Καὶ τοῖς διθυράμβοις δὲ πρὸς τιμὴν τοῦ Διονύσου, ἐφόρου λεγομένου τῆς γενέσεως, ὡμίλησε· τούτῳ γὰρ ὁ διθύραμβος ἀνέκειτο, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα εἶχε. Διθύραμβος γὰρ ὁ Διόνυσος, ὡς ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθών, τῆς τε Σεμέλης καὶ τοῦ μηροῦ Διός. Εἰώθεισαν γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τὰ αἰτιατὰ ὀνομάζειν τοῖς τῶν αἰτίων ὀνόμασι, καθάπερ καὶ τὸν Διόνυσον καλοῦσι· διὸ καὶ ὁ Πρόκλος περὶ τούτων φησίν, Ὅσσ' εἶδον τεκέεσσιν ἐφημίξαντο τοκῆες. Ὅτι δὲ τοὺς διθυράμβους ὁ Πλάτων ἤσκητο, δῆλον ἐκ τοῦ Φαίδρου τοῦ διαλόγου, πάνυ πνέοντος τοῦ διθυραμβώδους χαρακτῆρος· ἅτε τοῦ Πλάτωνος τοῦτον πρῶτον γράψαντος διάλογον, ὡς λέγεται. Ἐποίησε δὲ καὶ τραγικὰ ποιήματα καὶ διθυραμβικά, καὶ ἄλλα τινά, ἅπερ πάντα κατέκαυσε τῆς Σωκράτους πειραθεὶς διατριβῆς, εἰπών τι τοιοῦτον ἔπος, Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε· Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει. — (9) Diogenes Laertius III, 5 λέγεται δὲ ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδεν κύκνου νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι, ἡδὺ κλάγξαντα· καὶ μεθ' ἡμέραν Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι· τὸν δέ, τοῦτον εἰπεῖν εἶναι τὸν ὄρνιν. Pausanias lib. I, cap. XXX, 3 Ἀκαδημίας δὲ οὐ πόῤῥω Πλάτωνος μνῆμά ἐστιν, ᾧ προεσήμαινεν ὁ θεὸς ἄριστον τὰ ἐς φιλοσοφίαν ἔσεσθαι. Προεσήμαινε δὲ οὕτως. Σωκράτης τῇ προτέρᾳ νυκτὶ ᾗ Πλάτων ἔμελλεν ἔσεσθαί οἱ μαθητής, ἐσπτῆναί οἱ κύκνον ἐς τὸν κόλπον εἶδεν ὄνειρον· ἔστι δὲ κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξα, ὅτι Λιγύων τῶν Ἠριδανοῦ πέραν [ὑπὲρ] γῆς τῆς Κελτικῆς Κύκνον ἄνδρα μουσικὸν γενέσθαι βασιλέα φασί, τελευτήσαντα δὲ Ἀπόλλωνος γνώμῃ μεταβαλεῖν λέγουσιν αὐτὸν ἐς τὸν ὄρνιθα. Apulejus doctr. Plat. init. somnium etiam Socratis scitum ferunt. Nam vidisse sibi visus est cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, volasse, et in ejus (leg. suo) gremio resedisse: et postea olorem illum pennis cœlum petiisse, canore musico auditus hominum deorumque mulcentem. Quum hoc ergo Socrates in conventu hominum referret, Aristo Platonem puerum, oblaturus Socrati magistro commodum prosequebatur. Quem ubi aspexit ille, ingeniumque intimum de exteriori conspicatus est facie: Hic ille erat, amici, inquit, de Academia cupidinis cygnus. Olympiodorus vit. Plat. Φασὶ δ' ὅτι, ἡνίκα ὁ Σωκράτης ἤμελλε δέχεσθαι, ὄναρ εἶδεν, ὅτι κύκνος ἄπτερος ἐν τοῖς γόνασιν αὐτοῦ καθῆστο, καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσας ἀνέπτη εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἔκλαγξέ τι λιγυρόν, ὡς πάντας θέλξαι τοὺς ἀκούοντας· τοῦτο δὲ ἐδήλου τὴν μέλλουσαν δόξαν τοῦ ἀνδρός. — (10) Diogenes Laertius III, 6-7. Τοὐντεῦθεν δὴ γεγονώς, φασίν, εἴκοσιν ἔτη, διήκουσε Σωκράτους. Ἐκείνου δ' ἀπελθόντος προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ Ἡρακλειτείῳ, καὶ Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι. Ἔπειτα γενόμενος ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, καθά φησιν Ἑρμόδωρος, εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν. Ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν· κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικούς, Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον· ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας. Διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγοις συμμῖξαι, διὰ δὲ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη. Olympiodorus vit. Plat. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Σωκράτους διδασκάλῳ πάλιν ἐχρήσατο Κρατύλῳ τῷ Ἡρακλειτείῳ, εἰς ὃν καὶ διάλογον ὁμώνυμον ἐποίησεν, ἐπιγράψας Κρατύλος, ἢ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων. Μετὰ τοῦτον δὲ πάλιν στέλλεται εἰς Ἰταλίαν, καὶ διδασκαλεῖον εὑρὼν ἐκεῖ τῶν Πυθαγορείων συνιστάμενον Ἀρχύταν, πάλιν ἔσχε διδάσκαλον τὸν Πυθαγόρειον ὁμώνυμον· ἔνθα καὶ Ἀρχύτου μέμνηται· (leg. ἔνθεν καὶ κτλ.) Aristoteles Metaph. I, 6 μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν. Ἐκ νέου τε γὰρ συνήθης γενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν καὶ ὕστερον οὕτως ὑπέλαβεν κτλ. Apulejus doctr. Plat. I, 1. Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus. Verum quum se Socrati dedisset, non solum ingenio atque doctrina cæteros Socraticos vicit, verum etiam labore et elegantia illustravit. Sapientiam ab eo sibi traditam labore quoque asserere nisus est, et eleganti perque venusta majestate verborum plurimum ei adhibuit dignitatis. Sed posteaquam Socrates homines reliquit, quæsivit, unde proficeret, et ad Pythagoræ disciplinam se contulit. Quam etsi ratione diligenti et magnifica instructam videbat, rerum tamen continentiam et castitatem magis cupiebat imitari. Et quod Pythagoreorum ingenium adjutum aliis disciplinis

geni Parmenidis philosophiam profitenti operam dedit. Deinde quum esset annorum duodetriginta, varias terras regionesque lustravit. Nam non solum Megara se contulit, ut cum Euclide versaretur, sed etiam Cyrenas profectus Theodorum mathematicum convenit atque inde petita Italia Archytam Tarentinum et reliquos Pythagoreos Philolaum, Eurytum, Echecratem, denique Timæum, et Acrionem Locros cognovit. Quemadmodum vero in Italiam discendi causa contenderat, Pythagoreorum disciplinam Socraticis sermonibus adjuncturus : sic postea Ægyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et cœlestia acciperet. Statuerat insuper Persarum magos adire, sed hoc consilium propter bella quæ tum in Asiam gerebantur abjecit.

Ex Ægypto reversus Deliis explanavit sensum oraculi, quo Græci jubebantur, si e præsentibus malis se emergere vellent, aram in insula Delo Apollini consecratam duplicare (11). Sed plenam eum tot itineribus factis ac tot sapientiæ doctoribus auditis artium mathematicarum cognitionem consecutum esse, intelligitur ex illo invento, quod Vitruvii verbis exponam. Ait ille Lib. IX cap. 1 : « Et primum Platonis e multis ratiocinationibus utilissimis unam, quemadmodum ab eo explicata sit, ponam. Locus aut ager paribus lateribus si erit quadratus, eumque oportuerit iterum ex paribus lateribus duplicare, quia id genere numeri ac multiplicationibus non invenitur, ex descriptionibus linearum emendatis reperitur. Est autem ejus rei hæc demonstratio Quadratus locus, qui erit longus et latus pedes denos, efficit areæ pedes centum. Si ergo opus fuerit eum duplicare, et aream pedum ducentorum item ex paribus lateribus facere, quærendum erit, quam magnum latus ejus quadrati fiat, ut ex eo ducenti pedes duplicationibus areæ respondeant. Id autem numero nemo potest invenire : namque si XIV constituentur, erunt multiplicati pedes CXCVI. Si XV, pedes CCXXV. Ergo quoniam id non explicatur numero in eo quadrato longo et lato pedes decem (a b c d), quæ fuerit linea ab angulo (b) ad angulum (d) diagonios (b d) perducatur, uti dividatur in duo trigona æqua magnitudine (b a d et b c d), singula areæ pedum quinquagenum : ad ejus lineæ diagonalis longitudinem locus quadratus (b e f d) paribus lateribus describatur. Ita quam magna duo trigona in minore quadrato quinquagenum pedum linea diagonia fuerint designata, eadem magnitudine et eodem pedum numero quatuor in majore erunt effecta. Hac ratione duplicatio grammicis rationibus a Platone, uti est schema subscriptum, fuit explicata. »

---

sentiebat, ad Theodorum Cyrenas, ut geometriam disceret, est profectus. Et astrologiam adusque Ægyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret. Et ad Italiam iterum venit, et Pythagoreos Eurytum Tarentinum et seniorem Archytam sectatur; atque ad Indos et magos intendisset animum, nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica. Hieronymus lib. II, epist. 1 ad Paulinum : Plato Ægyptum et Archytam Tarentinum eamque oram Italiæ, quæ quondam Magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragravit, ut qui Athenis magister erat et potens, cujusque doctrinam Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus, malens aliena verecunde discere, quam impudenter ingerere. Cicero Tuscul. I, 17: Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et in ea cum alios multos, tum Archytam Timæumque cognovisse, et didicisse Pythagorea omnia, primumque de animorum æternitate non solum sensisse idem quod Pythagoram, sed rationes etiam attulisse. Cf. de fin. V, 29. Valerius Maximus lib. VIII cap. 7: Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, et locum et hominem doctrinæ fertilissimum, ingenii quoque divina instructus abundantia, quum omnium jam mortalium sapientissimus haberetur, eo quidem usque, ut si ipse Jupiter cœlo descendisset, nec elegantiore, nec beatiore facundia usurus videretur. Ægyptum peragravit, dum a sacerdotibus ejus gentis geometriæ multiplices numeros atque cœlestium observationum rationem percipit. Quoque tempore a studiosis juvenibus certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebantur, ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas vastissimosque campos, effusam barbariem et flexuosos fossarum ambitus Ægyptiorum senum discipulus lustrabat. Quo minus miror eum in Italiam transgressum, ut ab Archyta Tarenti, a Timæo et Arione et Cœto Locris Pythagoræ præcepta et instituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia litterarum undique colligenda erat; ut invicem per totum terrarum orbem dispergi et dilatari posset. Philostratus lib. I Apoll. cap. 1 Πλάτων βαδίσας εἰς Αἴγυπτον καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν τε καὶ ἱερέων ἐγκαταμίξας τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις. Clemens Alexandrinus in Admonitione ad gentes pag 46 ed. Sylburg. Platonem alloquens : οἶδά σου τοὺς διδασκάλους, κἂν ἀποκρύπτειν ἐθέλῃς. Γεωμετρίαν παρ' Αἰγυπτίων μανθάνεις· ἀστρονομίαν παρὰ Βαβυλωνίων· ἐπῳδὰς τὰς ὑγιεῖς παρὰ Θρᾳκῶν λαμβάνεις· πολλά σε καὶ Ἀσσύριοι πεπαιδεύκασι· νόμους δὲ τοὺς ὅσοι ἀληθεῖς, καὶ δόξαν τὴν τοῦ θεοῦ παρ' αὐτῶν ὠφέλησαι τῶν Ἑβραίων. Cf. Lactantius lib. IV Instit. cap. 2. — (11) Plutarchus de genio Socratis cap. 7 vol. X p. 309 ed. Hutten. ἦν δὲ χρησμὸς Δηλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι παῦλαν τῶν παρόντων κακῶν ἔσεσθαι διπλασιάσασι τὸν ἐν Δήλῳ βωμόν. Οὔτε δὲ τὴν διάνοιαν ἐκεῖνοι συμβάλλειν δυνάμενοι, καὶ περὶ τὴν τοῦ βωμοῦ κατασκευὴν γελοῖα πάσχοντες, (ἑκάστης γὰρ τῶν τεσσάρων πλευρῶν διπλασιαζομένης, ἔλαθον τῇ αὐξήσει τόπων στερεὸν ὀκταπλάσιον ἀπεργασάμενοι, δι' ἀπειρίαν ἀναλογίας, ἣ τῷ μήκει διπλάσιον παρέχεται) Πλάτωνα τῆς ἀπορίας ἐπεκαλοῦντο βοηθόν. Ὁ δέ, τοῦ Αἰγυπτίου μνησθείς, προσπαίζειν ἔφη τὸν θεὸν Ἕλλησιν, ὀλιγωροῦσι παιδείας, οἷον ἐφυβρίζοντα τὴν ἀμαθίαν ἡμῶν, καὶ κελεύοντα γεωμετρίας ἅπτεσθαι μὴ παρέργως· οὐ γάρ τοι φαῦλον οὐδ' ἀμβλὺ διανοίας ὁρώσης, ἄκρως δὲ τὰς γραμμὰς ἠσκημένης ἔργον εἶναι, καὶ δυοῖν μέσων ἀνάλογον λῆψιν· ᾗ μόνῃ διπλασιάζεται σχῆμα κυβικοῦ σώματος, ἐκ πάσης ὁμοίως αὐξόμενον διαστάσεως· τοῦτο μὲν οὖν Εὔδοξον αὐτοῖς τὸν Κνίδιον ἢ τὸν Κυζικηνὸν Ἑλικῶνα

Ter maria transmisit tum ad Siciliæ res visendas, tum ad utrumque Dionysium penitus cognoscendum ac Dionem propius inspiciendum (12). Verum Sicilienses illæ peregrinationes obfuerunt ei magis quam profuerunt, quum modo benigne exciperetur ac liberaliter haberetur, modo vitæ periculum adiret, atque adeo in servitutem assertus venundaretur. Recuperata libertate Athenas regressus philosophiæ præcepta in suburbano gymnasio, quod in nemore situm ab Academo heroë Academia vocabatur, tradere cœpit (13). Quo factum est, ut ejus sectatores a loco ubi docebat postera ætate οἱ ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας appellarentur. Clavum imperii tenere noluit, quamvis rerum civilium peritus esset, ut ex ejus dialogis apparet (14). Sunt autem hæc apud Platonem scripta divinitus: Quales in republica principes sint, tales reli-

συντελέσειν. Μὴ τοῦτο δὲ οἴεσθαι χρῆναι ποθεῖν τὸν θεόν, ἀλλὰ προστάσσειν Ἕλλησι πᾶσι, πολέμου καὶ κακῶν μεθεμένους, Μούσαις ὁμιλεῖν, καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ μαθημάτων τὰ πάθη καταπραΰνοντας, ἀβλαβῶς καὶ ὠφελίμως ἀλλήλοις συμφέρεσθαι. — (12) Diog. Laert. III, 18 τρὶς δὲ πέπλευκεν εἰς Σικελίαν· πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων, ὅτε καὶ Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους, τύραννος ὤν ἠνάγκασεν ὥστε συμμῖξαι αὐτῷ. Ὁ δέ, διαλεγόμενος περὶ τυραννίδος, καὶ φάσκων ὡς οὐκ ἔστι τοῦτο κρεῖττον ὃ συμφέρον αὐτῷ μόνον, εἰ μὴ καὶ ἀρετῇ διαφέροι, προσέκρουσεν αὐτῷ. Ὀργισθεὶς γάρ, οἱ λόγοι σου, φησί, γεροντιῶσι. Καὶ ὅς, Σοῦ δέ γε τυραννιῶσιν. Ἐντεῦθεν ἀγανακτήσας ὁ τύραννος πρῶτον μὲν ἀνελεῖν ὥρμησεν αὐτόν· εἶτα παρακληθεὶς ὑπὸ Δίωνος καὶ Ἀριστομένους, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, παρέδωκε δ' αὐτὸν Πόλιδι τῷ Λακεδαιμονίῳ κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ, ὥστε ἀποδόσθαι. Κἀκεῖνος ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν, ἐπίπρασκεν. Ὅτε καὶ Χάρμανδρος Χαρμανδρίδου ἐγράψατο αὐτῷ δίκην θανάτου, κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς τεθέντα νόμον, τὸν πρῶτον ἐπιβάντα Ἀθηναίων τῇ νήσῳ ἄκριτον ἀποθνήσκειν. Ἦν δ' αὐτὸς ὁ θεὶς τὸν νόμον, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Εἰπόντος δέ τινος, ἀλλὰ κατὰ παιδιάν, φιλόσοφον εἶναι τὸν ἐπιβάντα, ἀπέλυσαν. Ἔνιοι δέ φασι παραχθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τηρούμενον μηδ' ὁτιοῦν φθέγξασθαι· ἑτοίμως δὲ ἐκδέξασθαι τὸ συμβαῖνον. Οἱ δὲ ἀποκτεῖναι μὲν αὐτὸν οὐ διέγνωσαν, πωλεῖν δὲ ἔκριναν τῷ τρόπῳ αἰχμαλώτων. Λυτροῦται δὴ αὐτὸν κατὰ τύχην παρὼν Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος εἴκοσι μνῶν· οἱ δέ, τριάκοντα· καὶ ἀναπέμπει Ἀθήναζε πρὸς τοὺς ἑταίρους. Οἱ δ' εὐθὺς τἀργύριον ἐξέπεμψαν, ὅπερ οὐ προσήκατο, εἰπών, μὴ μόνους ἐκείνους ἀξίους εἶναι Πλάτωνος κήδεσθαι. Ἔνιοι δὲ καὶ Δίωνα ἀποστεῖλαί φασι τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν μὴ προσέσθαι, ἀλλὰ κηπίδιον αὐτῷ τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ πρίασθαι. Τὸν μέντοι Πόλιδα λόγος ὑπό τε Χαβρίου ἡττηθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Ἑλίκῃ καταποντωθῆναι, τοῦ δαιμονίου μηνίσαντος αὐτῷ διὰ τὸν φιλόσοφον, ὡς καὶ Φαβωρῖνός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων. Οὐ μὴν δὲ ἡσύχαζεν ὁ Διονύσιος· μαθὼν δὲ ἐπέστειλε Πλάτωνι, μὴ κακῶς ἀγορεύειν αὐτόν. Καὶ ὃς ἀντεπέστειλε, μὴ τοσαύτην αὐτῷ σχολὴν εἶναι, ὥστε Διονυσίου μεμνῆσθαι. Δεύτερον πρὸς νεώτερον ἧκε Διονύσιον, αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζησομένους. Ὁ δέ, καίπερ ὑποσχόμενος, οὐκ ἐποίησεν. Ἔνιοι δέ φασι καὶ κινδυνεῦσαι αὐτὸν ὡς ἀναπείθοντα Δίωνα καὶ Θεώταν ἐπὶ τῇ τῆς νήσου ἐλευθερίᾳ· ὅτε καὶ Ἀρχύτας αὐτὸν ὁ Πυθαγορικός, γράψας ἐπιστολὴν πρὸς Διονύσιον, παρῃτήσατο, καὶ διέσωσεν εἰς Ἀθήνας. Ἔστι δὲ ἡ ἐπιστολὴ ἥδε (Vid. Fragm. Phil. Gr. Vol. I, p. 562). Τρίτον ἦλθε διαλλάξων Δίωνα Διονυσίῳ. Οὐ τυχὼν δέ, ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα. Eadem narrat Plutarchus vit. Dionis c. 13 seq. sed latius omnia perscribit, usus Platonis epistolis, quas subditicias esse nobis persuasum est. Vide Salomon. de Platonis quæ vulgo feruntur epistolis. Berol. 1835. Olympiodorus vit. Plat. ἐπειδὴ δὲ δεῖ τὸν φιλόσοφον φιλοθεάμονα εἶναι τῶν τῆς φύσεως ἔργων, στέλλεται καὶ εἰς Σικελίαν θεασόμενος τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρός, τοὺς ἐν τῇ Αἴτνῃ· καὶ οὐ Σικελικῆς τραπέζης χάριν, ὦ γενναῖε Ἀριστείδη, ὡς σὺ φής. Γενόμενος ἐ Συρακούσαις πρὸς Διονύσιον τὸν μέγαν, τύραννον ὄντα, ἐπειρᾶτο εἰς ἀριστοκρατίαν μεταβάλλειν τὴν τυραννίδα· διὸ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφῖκτο, καὶ τοῦ Διονυσίου ἐρομένου αὐτόν, τίνα νομίζεις ἐν ἀνθρώποις εὐδαίμονα εἶναι; ὡς δὴ νομίζων, ὅτι περὶ αὐτοῦ φήσει ὁ φιλόσοφος, κολακεύων αὐτόν· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι Σωκράτην. Πάλιν ἐπανήρετο αὐτόν, τί νομίζεις ἔργον ἀνδρὸς εἶναι πολιτικοῦ; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, τοὺς πολίτας βελτίους ποιεῖν. Τρίτον αὐτὸν ἐπανήρετο, Τί οὖν; τὸ ὀρθῶς δικάζειν σμικρὸν σοὶ δοκεῖ; δόξαν γὰρ εἶχεν ὁ Διονύσιος ἐπὶ τῷ ὀρθῶς δικάζειν· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο μηδὲν ὑποστειλάμενος, Σμικρὸν μὲν οὖν, καὶ πολιτικοῦ μέρος ἔσχατον· ἀκεσταῖς γὰρ ἐοίκασιν οἱ ὀρθῶς δικάζοντες, οἵτινες τὰ διερρωγότα ἱμάτια ἀνυφαίνουσι. Τέταρτον αὐτὸν ἐπανήρετο, τί τύραννον εἶναι; οὐκ ἀνδρεῖον; Πάντων μὲν οὖν, ἔφη, δειλότατον, ὁπότε καὶ τὰ κουρευτικὰ μαχαίρια διαδέδοικε, μὴ διὰ τούτων ἀπόληται. Ἐπὶ τούτοις οὖν ὁ Διονύσιος ἀγανακτήσας προεῖπεν αὐτῷ ἡλίου ὄντος ὑπὲρ γῆς ἐκ τῶν Συρακουσῶν ἀπαλλάττεσθαι. Καὶ οὕτως ἀτίμως ὁ Πλάτων ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν ἐδιώχθη. Τῆς δὲ δευτέρας ὁδοῦ τῆς εἰς Σικελίαν αἰτία αὕτη. Μετὰ τὸν θάνατον Διονυσίου τοῦ μεγάλου διαδέχεται τὴν τυραννίδα Διονύσιος ὁ Διονυσίου, μητρὸς ἀδελφὸν ἔχων τὸν Δίωνα, ὃς ἐκ πρώτης ὁδοῦ ὁμιλητὴς ἐγένετο Πλάτωνος. Γράφει οὖν αὐτῷ ὁ Δίων, Ὅτι, ἐὰν παραγένῃ, νῦν ἐλπίς ἐστι μεταβαλεῖν τὴν τυραννίδα εἰς ἀριστοκρατίαν. Διὰ τοῦτο τοίνυν τὴν δευτέραν ὁδὸν ποιησάμενος, καὶ διαβληθεὶς ὑπὸ τῶν δορυφόρων τοῦ Διονυσίου πρὸς αὐτόν, ὡς βουλεύεται τὴν ἀρχὴν περιποιῆσαι τῷ Δίωνι, καὶ καταλῦσαι τὸν Διονύσιον, κρατηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, παρεδόθη Πόλλιδι τῷ Αἰγινήτῃ, ἐμπορευομένῳ εἰς Σικελίαν, πρὸς πρᾶσιν. Ὁ δὲ ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν, εὗρεν Ἀννίκεριν ἐκεῖ, τὸν Λίβυν, μέλλοντα πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἦλιν, ἐφ' ᾧ τεθρίππῳ ἀγωνίσασθαι. Περιτυχὼν οὖν τῷ Πόλλιδι, ὠνεῖται παρ' αὐτοῦ τὸν Πλάτωνα, κρείττω τὴν δόξαν ταύτην πάσης ἐν τεθρίππῳ νίκης ἀγωνισάμενος· περὶ οὗ καὶ Ἀριστείδης φησίν, ὅτι οὐδεὶς ἐγίνωσκεν Ἀννίκεριν, εἰ μὴ Πλάτωνα ἐπρίατο. Τῆς δὲ τρίτης ὁδοῦ πάλιν ἀφορμὴ γέγονε τῆς εἰς Σικελίαν αὕτη· δημευθεὶς ὁ Δίων ὑπὸ τοῦ Διονυσίου καὶ ἀφαιρεθεὶς τῶν ὄντων, ἐν δεσμωτηρίῳ ἐβλήθη. Γράφει οὖν τῷ Πλάτωνι, ὅτι ὑπέσχετο ὁ Διονύσιος ἀφεῖναι αὐτόν, εἰ Πλάτων αὖθις ἀφίξεται πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ τῷ ἑταίρῳ βοηθήσων ἑτοίμως ὑπέστη καὶ τὴν τρίτην ὁδόν. — (13) Diogenes Laertius III, 7 ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας, διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. Τὸ δ' ἐστὶ γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἀκαδήμου, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν ἀστρατεύτοις φησίν. Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ Τίμων εἰς τὸν Πλάτωνα λέγων φησί· τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν. Vid. Fragm. Phil. vol. I p. 89, Olympiodorus vit. Plat. ἀφικόμενος δὲ εἰς τὰς Ἀθήνας διδασκαλεῖον ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ συνεστήσατο, μέρος τι τούτου τοῦ γυμνασίου τέμενος ἀφορίσας ταῖς Μούσαις. — (14) Diogenes Laertius III, 23 πολιτείας μὲν οὐχ ἥψατο, καίτοι πολιτικὸς ὢν ἐξ ὧν γέγραφεν. Αἴτιον δὲ τὸ ἤδη τὸν δῆμον ἄλλοις πολιτεύμασιν ἐνεθίσθαι. —

quos solere esse cives (15). Idem porro jubet tantum contendere in republica, quantum probare tuis civibus possis; vim neque parenti, neque patriæ afferri oportere. Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ rei publicæ fuisse : quod quum offendisset populum Atheniensem prope jam desipientem senectute, quemque nec persuadendo nec cogendo regi posse vidisset, tum persuaderi posse diffideret, tum cogi fas esse non arbitraretur. (16) Consiliis tamen juvare nunc Dionem nunc alios rerum publicarum rectores non dubitavit. Quid? quod Archelao Macedonum regi carissimus fuit, licet in scriptis eum reprehenderit. Philippum quoque Macedonem Perdiccæ primum commendare non erubuit, qui provinciæ ab hoc præpositus copiisque, quas aluerat, confisus, regnum post ejus obitum occupavit (17).

De Platonis eloquentia et ornato dicendi genere nulla inter scriptores controversia est, quia nemo dubitat illum sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate divina quadam et Homerica excellere. Multum enim supra prosam orationem surgit, ut non hominis ingenio, sed Delphico quodam oraculo instinctus videatur (18). Quis enim uberior in dicendo quam Plato? Quare Jovem si Græce loquatur, sic loqui ajunt philosophi (19). Neque injuria Cicero hunc unum quasi quendam philosophorum deum (20) eundemque simul intelligendi simul dicendi gravissimum auctorem et magistrum nominat (21). Recte autem Aristoteles apud Diogenem Laertium III, 37 Platoni illud sermonis genus quod inter poema et prosam medium sit, assignat. (22) Itaque videmus visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam comicorum poetarum : apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis (23).

Summa temperantia in victu id consecutus est Plato, ut ad extremam senectutem veniret (24). Idem jamjam moriturus genium suum fortunamque laudavit, primum quod homo potius quam brutum animal, deinde quod Græcus, non barbarus, denique quod Socratis temporibus natus esset (25). Mortem obiit archonte Theo-

(15) Cicero Epist. ad Fam. I, 9; Plato de legg. lib. IV μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλην θᾶττον, καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν, καὶ τοὺς νόμους ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ. — (16) Cicero Epist. ad Fam. I, 9; Plato Crit. c. 12 πανταχοῦ ποιητέον ἃ ἂν κελεύῃ ἡ πόλις καὶ ἡ πατρίς, ἢ πείθειν αὐτήν, ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε, βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα. —

(17) Athenæus XI p. 506. d. e. f. καὶ ὁ Κρίτων δ' αὐτοῦ Σοφοκλέους περιέχει καταδρομήν. ὁ δὲ Γοργίας οὐ μόνον ἀφ' οὗ τὸ ἐπίγραμμα, ἀλλὰ καὶ Ἀρχελάου τοῦ Μακεδονίας βασιλέως· ὃν οὐ μόνον ἐπονείδιστον γένος ἔχειν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπέκτεινε τὸν δεσπότην. Οὗτος δ' ἐστὶ Πλάτων, ὃν Σπεύσιππός φησι φίλτατον ὄντα Ἀρχελάῳ, Φιλίππῳ τῆς βασιλείας αἴτιον γενέσθαι. Γράφει γοῦν Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν οὕτως· « Σπεύσιππος πυνθανόμενος Φίλιππον βλασφημεῖν περὶ Πλάτωνος εἰς ἐπιστολὴν ἔγραψέ τι τοιοῦτον, Ὥσπερ ἀγνοοῦντας τοὺς ἀνθρώπους ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας Φίλιππος διὰ Πλάτωνος ἔσχεν. Εὐφραῖον γὰρ ἀπέστειλε τὸν Ὠρείτην πρὸς Περδίκκαν Πλάτων, ὃς ἔπεισεν ἀπομερίσαι τινὰ χώραν Φιλίππῳ. Διατρέφων δ' ἐνταῦθα δύναμιν, ὡς ἀπέθανε Περδίκκας, ἐξ ἑτοίμου δυνάμεως ὑπαρχούσης, ἐπέπεσε τοῖς πράγμασι. » — (18) Quintilianus X, 1, 81. — (19) Cicero Brut. cap. 31. — (20) Cicero de nat. deor. II, 12. — (21) Cicero Orat. cap. 3. — (22) Diogenes Laertius III, 37 φησὶ δ' Ἀριστοτέλης τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου. — (23) Cicero Orat. cap. 20. — (24) Seneca epist. 58 Plato ad senectutem se diligentia pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte sortitus, et illi nomen latitudo pectoris fecerat : sed navigationes ac pericula multum detraxerant viribus : parsimonia tamen et eorum, quæ aviditatem evocant, modus, et diligens sui tutela perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus causis. Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiæ suæ beneficio contigisse, quod natali suo decessit, et annum unum atque octogesimum implevit sine ulla deductione. Ideo magi, qui forte Athenis erant, immolaverunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanæ rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. —

(25) Plutarchus vit. Marii cap. 46 Vol. III p. 129 ed. Hutten. Πλάτων μὲν οὖν ἤδη πρὸς τῷ τελευτᾷν γενόμενος, ὕμνει τὸν αὑτοῦ δαίμονα καὶ τὴν τύχην, ὅτι πρῶτον μὲν ἄνθρωπος, εἶτα Ἕλλην, οὐ βάρβαρος, οὐδ' ἄλογον τῇ φύσει θηρίον γένοιτο· πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τοῖς Σωκράτους χρόνοις ἀπήντησεν ἡ γένεσις αὐτοῦ. Lactantius div. inst. lib. III cap. 19. Non dissimile Platonis illud est, quod ajebat, se gratias agere naturæ : primum, quod homo natus esset potius quam mutum animal : deinde, quod mas potius, quam femina : quod Græcus, quam barbarus : postremo, quod Atheniensis, et quod temporibus Socratis. Dici non potest, quantam mentibus cæcitatem, quantosque pariat errores ignoratio veritatis. Ego plane contenderim, nunquam quidquam dictum esse in rebus humanis delirius : quasi vero si aut barbarus, aut mulier, aut asinus denique natus esset, idem ipse Plato esset, ac non ipsum illud, quod natus fuisset. Sed videlicet Pythagoræ credidit, qui, ut vetaret homines animalibus vesci, dixit, animas de corporibus in aliorum animalium corpora commeare, quod et vanum et impossibile est : vanum, quia necesse non fuit veteres animas in nova corpora inducere, quum idem artifex, qui primas aliquando fecerat, potuerit semper novas facere : impossibile, quia rectæ rationis anima tam immutare naturam status sui non potest, quam ignis, aut deorsum niti, aut in transversum fulminis modo flammam suam fundere. Existimavit igitur homo sapiens, potuisse fieri, ut anima, quæ tunc erat in Platone, in aliquod mutum animal includeretur; essetque humano sensu prædita, ut intelligeret ac doleret incongruenti se corpore oneratam. Quanto sanius faceret, si gratias agere se diceret, quod ingeniosus,

philo primo Olymp. 108 anno, ante Chr. 348, unum et octoginta annos natus (26) · Atque alii quidem scribentem fato perfunctum esse ajunt, alii inter nuptialem cœnam mortalitate interceptum putant. Vitam autem natali suo die finivit tertio decimo Philippi regis anno successore in Academia relicto Speusippo, septem annis ante natum Epicurum (27).

Primus ac præcipuus dialogorum auctor habetur Plato qui hoc scriptionis genus non intentatum aliis philosophis maxime excoluit summamque ei dignitatem adjecit. Ante eum videlicet Zeno Eleates et Alexamenus Teïus dialogos scripserant, postea Platonis exemplum secuti plerique philosophi tales libros qui in magna argumentorum varietate versabantur ediderunt. Nam et Aristotelis et Theophrasti et Dicæarchi Peripatetici, et Zenonis et Chrysippi et Epicuri et aliorum hujusmodi sermones memorantur, qui tamen omnes interciderunt. Addo Plutarchum et Lucianum, quorum plurimi exstant et pulcherrimi dialogi, alterius graves et severi, ac de rebus seriis conscripti, alterius jocosi et urbani. Sed de horum virtutibus dicere nihil attinet, quum satis habeam notare, Platonis ingenio rudem adhuc et impolitam dialogorum formam sic immutatam esse, ut merito ei ornatæ orationis et inventionis palma deferatur (28).

Platonem qui multos artium liberalium magistros et vivendi præceptores habuisset, Pythagoræ, Heracliti, Socratis, Zenonis ac Parmenidis potissimum decreta confudisse et communi-

---

quod docilis natus esset, quod in iis opibus, ut liberaliter erudiretur. Nam quod Athenis natus est, quid in eo beneficii fuit? An non plurimi exstiterunt in aliis civitatibus excellenti ingenio atque doctrina viri, qui meliores singuli, quam omnes Athenienses fuerunt? — (26) Diogenes Laertius III, 2 τελευτᾷ δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν γάμοις δειπνῶν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος, βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. Νεάνθης δέ φησιν αὐτὸν τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν. Ἔστιν οὖν Ἰσοκράτους νεώτερος ἔτεσιν ἕξ· ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ Λυσιμάχου, Πλάτων δὲ ἐπὶ Ἀμεινίου γέγονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησεν· ἦν δὲ τὸν δῆμον Κολυττεύς, ὥς φησιν Ἀντιλέων ἐν δευτέρῳ Περὶ χρόνων. Idem III, 40 καὶ ἐτελεύτα μὲν ὃν εἴπομεν τρόπον, Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος τρισκαιδέκατον, καθὰ καὶ Φαβωρῖνός φησιν ἐν ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ· ὑφ' οὗ καὶ ἐπιτιμηθῆναί φησιν αὐτὸν Θεόπομπος. Μυρωνιανος δ' ἐν ὁμοίοις φησὶ, Φίλωνα παροιμίας μνημονεύειν περὶ τῶν Πλάτωνος φθειρῶν, ὡς.οὕτως αὐτοῦ τελευτήσαντος. Και ἐτάφη ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, ἔνθα τὸν πλεῖστον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν, ὅθεν καὶ Ἀκαδημαϊκὴ προσηγορεύθη ἡ ἀπ' αὐτοῦ αἵρεσις. Καὶ παρεπέμφθη πανδημεὶ πρὸς τῶν αὐτόθι. Pausanias lib. I cap. XXX, 3 Ἀκαδημίας δὲ οὐ πόῤῥω Πλάτωνος μνῆμά ἐστιν. Lucianus Longæv. cap. 21 Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα· [ἔτη βιοὺς ἐτελεύτησεν]. Censorinus de die natali cap. 15 tales viros non prius vita excessisse, quam ad annum illum octogesimum et unum pervenerint, in quo Plato finem vitæ et legitimum esse existimavit et habuit. Valerius Maximus VIII, 7. Altero etiam et octogesimo anno decedens sub capite Sophronis mimos habuisse fertur : sic ne extrema quidem ejus hora agitatione studii vacua fuit. Cicero de Senect. 5 : Est etiam quiete et pure et eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus, qualem accepimus Platonis, qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est. Hieronymus epist. ad Nepotianum de vita Clericorum : Plato octogesimo primo anno scribens est mortuus. Athenæus V p. 217. b. δύο δὲ καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ μετὰ Καλλίμαχον. Olympiodorus vit. Plat. μέλλων τελευτᾷν ἐνύπνιον εἶδεν, ὡς κύκνος γενόμενος ἀπὸ δένδρου εἰς δένδρον μετέρχεται, καὶ ταύτῃ πόνον πλεῖστον παρεῖχε τοῖς ἰξευταῖς. Ὁ Σιμμίας, ὁ Σωκρατικός, ἔκρινεν, ὅτι ἄληπτος ἔσται τοῖς μετ' αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι βουλομένοις αὐτόν· ἰξευταῖς γὰρ ἐοίκασιν οἱ ἐξηγηταί, τὰς ἐννοίας τῶν ἀρχαίων πειρᾶσθαι βουλόμενοι· ἄληπτος δέ ἐστιν, ἐπειδὴ καὶ φυσικῶς καὶ ἠθικῶς καὶ θεολογικῶς καὶ ἁπλῶς πολλαχῶς ἐστιν ἀκούειν τῶν αὐτοῦ, καθάπερ καὶ τῶν Ὁμήρου. Δύο γὰρ αὗται ψυχαὶ λέγονται γενέσθαι παναρμόνιοι· διὸ παντοδαπῶς ἐστιν ἀκούειν ἀμφοτέρων. Ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ, πολυτελῶς αὐτὸν ἔθαψαν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπέγραψαν ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ· Τοὺς δύ' Ἀπόλλων φῦσ' Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα· τὸν μὲν ἵνα ψυχήν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σόοι. — (27) Diogenes Laertius X, 14 ἐγεννήθη δὲ (φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς) κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐννάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Σωσιγένους ἄρχοντος μηνὸς Γαμηλιῶνος ἑβδόμῃ ἔτεσιν ὕστερον τῆς Πλάτωνος τελευτῆς ἑπτά. (28) Diogenes Laertius III, 47-48 διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πρώτῳ περὶ ποιητῶν Ἀλεξαμενὸν Στυρέα ἢ Τήϊον, ὡς καὶ Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασι. Δοκεῖ δέ μοι Πλάτων, ἀκριβώσας τὸ εἶδος, καὶ τὰ πρωτεῖα δικαίως ἂν ὥσπερ τοῦ κάλλους οὕτω καὶ τῆς εὑρέσεως ἀποφέρεσθαι. Athenæus XI pag. 505. B [Πλάτων] ὁ τοὺς ἄλλους ἁπαξαπλῶς κακολογήσας, ἐν μὲν τῇ Πολιτείᾳ Ὅμηρον ἐκβάλλων καὶ μιμητικὴν ποίησιν, αὐτὸς δὲ τοὺς διαλόγους μιμητικῶς γράψας, ὧν τῆς ἰδέας οὐδ' αὐτὸς εὑρετής ἐστιν. Πρὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦθ' εὗρε τὸ εἶδος τῶν λόγων ὁ Τήϊος Ἀλεξαμενός, ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ καὶ Σωτίων. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ ποιητῶν οὕτως γράφει « Οὐκοῦν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις, ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηΐου τοὺς πρώτους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων. » ἄντικρυς φάσκων ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης πρὸ Πλάτωνος διαλόγους γεγραφέναι τὸν Ἀλεξαμενόν. Patet autem in verbis λόγους καὶ μιμήσεις pro λόγους reponendum esse διαλόγους. Vide Valckenarium ad Theocriti Adoniaz p. 194. Olympiodorus vit. Plat. Ἔχαιρε δὲ πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ, καὶ Σώφρονι· παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. Λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καί, ἡνίκα ἐτελεύτησεν, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα· καὶ ἐπίγραμμα δὲ τοιοῦτον εἰς Ἀριστοφάνην αὐτὸς πεποίηκεν· Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται, Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους. Dionysius Halicarnassensis de Compositione verborum vol. V pag. 208 seq. ed. Reisk. ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Πᾶσι γὰρ δή που τοῖς φιλολόγοις γνώριμος τὰ περὶ τῆς φιλοπονίας τἀνδρὸς ἱστορούμενα, τά τ' ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὴν δέλτον, ἣν τελευτήσαντος αὐτοῦ λέγουσιν εὑρεθῆναι ποικίλως μετακειμένην τὴν ἀρχὴν τῆς πολιτείας ἔχουσαν τήνδε· « κα-

scuisse, res est certissima (29). Namque in naturæ contemplatione Pythagoreos atque Heraclitum, in morali philosophia Socratem, in disserendi subtilitate Zenonem et Parmenidem, Eleaticos philosophos, sequitur. Neque tamen reprehendendus est Aristoteles, quod Platonis rationem ex Heraclitea et Socratica doctrina potissimum repetit. Quippe Plato partim Heracliteis placitis adductus, ut visa quæ a sensibus proficiscuntur sciri posse negaret, partim Socratem imitatus, qui ad quærendas communes notiones incubuerat, semotas a rebus fluxis quæ sensibus percipiuntur statuit ideas, quarum communione visa illa exorirentur. Præter sensibilia autem et idearum exempla formas geometricas cum numeris medio inter utrumque genus loco ponendas ideasque omnium rerum principia esse censuit. Quibus in præceptis quid habeat ille commune cum Pythagoreis, quid ascitum ab aliis, quid proprium, dedita opera docet Stagirites. Sed hæc hactenus.

Transeo ad Platonis scripta quæ ex inferioris ætatis scriptoribus recensuit Thrasyllus. De hoc igitur prius nobis commentandum est, quam ad Platonem accedere liceat. Quamvis autem multi citentur Thrasylli, quos Jonsius (30) de scriptt. hist. ph. lib. III cap. 3, 2 p. 13 enumerat, eum tamen de quo hic agitur, non esse alium quam philosophum illum et mathematicum qui sub Augusto et Tiberio imperatoribus (31) vixit, jam pri-

τέθην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος. » — (29) Diogenes Laertius III, 8 μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. Τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ' Ἡράκλειτον, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. Apulejus doct. Plat. I, 1 Nam quamvis de diversis officinis hæc ei essent philosophiæ membra suscepta, naturalis ab Heracliticis, intellectualis a Pythagoreis atque moralis ex ipso Socratis fonte : unum tamen ex omnibus et quasi proprii partus corpus effecit. Hesychius Milesius : Οὗτος μῖξιν ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων, Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. Τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καθ' Ἡράκλειτον, τα δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν, τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. Apulejus Flor. 2 extr. Porro noster Plato nihil ab hac secta vel paululum devius pythagorissat. Aristoteles Metaph. I, 6 μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν. Ἐκ νέου τε γὰρ συγγενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλειτείαις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν καὶ ὕστερον οὕτως ὑπέλαβεν. Σωκράτους δὲ περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐθέν, ἐν μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος καὶ περὶ ὁρισμῶν ἐπιστήσαντος πρώτου τὴν διάνοιαν, ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος διὰ τὸ τοιοῦτον ὑπέλαβεν ὡς περὶ ἑτέρων τοῦτο γινόμενον καὶ οὐ τῶν αἰσθητῶν τινος· ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὸν κοινὸν ὅρον τῶν αἰσθητῶν τινος, ἀεί γε μεταβαλλόντων. Οὗτος μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα· κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων τοῖς εἴδεσιν. Τὴν δὲ μέθεξιν τοὔνομα μόνον μετέβαλεν· οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι μιμήσει τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν, Πλάτων δὲ μεθέξει, τοὔνομα μεταβαλών. Τὴν μέντοι γε μέθεξιν ἢ τὴν μίμησιν, ἥτις ἂν εἴη τῶν εἰδῶν, ἀφεῖσαν ἐν κοινῷ ζητεῖν. Ἔτι δὲ παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ εἴδη τὰ μαθηματικὰ τῶν πραγμάτων εἶναί φησι μεταξύ κτλ. Vid. Bonitzii Commentar. p. 86 seqq.

(30) Cf. Meurs. Opp. ed. Lam. T. VI p. 447; Voss. Histor. gr. II, 6 p. 479; Fabric. Bibl. græc. IV, 22, 1; Sevin in *Mémoires de l'Académie des inscriptions et belles-lettres* 1732, Tom. X p. 89-97; Hepke de philosophis qui Romæ docuerunt. Berol. 1842. 8. p. 56; Muller Fragm. hist. gr. T. III p. 501-504; Martin. ad Theon. Smyrn. de Astron. p. 69-72; C. Fr. Hermannus in disputatione de Thrasyllo grammatico et mathematico. Gottingæ 1852 et nos ad Democriti fragm. p. 95-106. — (31) De hoc Juvenalis scholiasta ad Sat. VI, 574 ait : Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicæ sectæ ac deinde mathesi, qua præcipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore ejusdem artis familiariter vixit : quem postea Tiberius in insula Rhodo præcipitare voluit in pelagum quasi conscium promissæ dominationis. Quem dolum quum præsensisset, fugit. Tacitus Ann. VI, 20-21 scientia Chaldæorum artis, cujus apiscendæ etiam apud Rhodum magistrum Thrasyllum habuit, peritiam ejus hoc modo expertus. Quotiens super tali negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. Is litterarum ignarus, corpore valido, per avia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset, et regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subjectum mare præcipitabat, ne index arcani exsisteret. Igitur Thrasyllus iisdem rupibus inductus, postquam percunctantem commoverat, imperium ipsi et futura sollerter patefaciens, interrogatur, an suam quoque genitalem horam comperisset : quem tum annum, qualem diem haberet? Ille, positus siderum ac spatia dimensus, hærere primo, dein pavescere, et quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo exclamat, ambiguum sibi ac prope ultimum discrimen instare. Tum complexus eum Tiberius, præscium periculorum et incolumem fore gratatur; quæque dixerat oraculi vice accipiens inter intimos amicorum tenet. Suetonius vit. Tiber. c. 14 Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiæ professorem contubernio admoverat, tum maxime expertus est affirmantem, nave provisa gaudium afferri, quum quidem illum, durius et contra prædicta cadentibus rebus, ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatur una, præcipitare in mare destinasset. Idem c. 62. Quod nisi eum et mors prævenisset, et Thrasyllus consulto, ut ajunt, differre quædam, spe longioris vitæ, compulisset : plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur. Idem vit. Octav. c. 98 versum, compositum ex tempore, clare pronuntiavit : κτιστοῦ δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον. Conversusque ad Thrasyllum, Tiberii comitem, contra accubantem et ignarum rei, interrogavit, cujusnam poetæ putaret esse : quo hæsitante, subjecit alium : ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον; ac de hoc quoque consuluit : quum ille nihil aliud responderet, quam, cujuscunque essent, optimos esse : cachinnum sustulit atque in jocos effusus est. Idem vit. Calig. c. 19 quod Thrasyllus, mathematicus, anxio de successore Tiberio et in verum nepotem proniori, affirmasset, non magis Cajum imperaturum, quam per Baja-

dem viri docti animadverterunt. Is enim Platonis pariter ac Democriti (32) scripta in tetralogias digessit. Quod ipsum testatur Diogenes Laertius lib. IX, 45 his verbis : τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὡσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Quippe ut in eo opere cui indicem fecerat τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων teste Diogene lib. IX, 41 et 45 de Democriti vita et ingenii monumentis disputaverat : ita eum in alio volumine de Platone copiose dixisse probabile est. Cæterum non antiquiorem Thrasyllum a Laertio significari, e pluribus patet erroribus, in quos non incidisset, si aut vivendo attigisset Democritum, aut saltem prior ætate fuisset. Inter hos errores numeramus et eum, quod de temporis spatio, quo vixerit Democritus, falsa tradidit, et quod de Anterastis ita judicavit, ut neque, sintne Platonis an non sint exploratum ei fuisse appareat, neque quibus argumentis Democrito in hoc dialogo locum vindicaverit, satis intelligatur. Sed de utroque lapsu jam alibi disseruimus (33). Quæ quum ita sint, tamen ne Thrasyllus quidem nobis despiciendus est, qui in conficiendo et Platonis et Democriti scriptionum elencho antiquiores videtur auctores secutus. Quod ut credam, pluribus adducor rationibus.

Ac primum quidem Thrasyllus apud Diogenem lib. III, 56 affirmat, Platonem libros suos ita dedisse foras, ut tragicorum poetarum tetralogias imitaretur, vel ut verba græca ponam : Θρασύλαος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους (34). Thrasyllus igitur opinabatur, quemadmodum tragici Græcorum poetæ in publicis ludis ac certaminibus de palma inter sese certantes compositis quattuor fabulis in publicum prodire solebant, sic Platonem non singulos, sed quaternos dialogos argumento plerumque cohærentes emisisse. Atqui si eodem Diogene (35) auctore nonnulli, in quibus Aristophanes grammaticus fuit, dialogos Platonicos magnam partem (36) in trilogias descripserunt a republica incipientes, ex qua cum Timæo et Critia prima classis constaret, alii contra mutato ordine ac diversissimis rationibus operum Platonicorum classes constituerunt, hoc inter cæteros et Thrasyllum interesse judicandum est, quod cæteri quidem ad libidinem aliter atque aliter vel ipsius materiæ, vel rerum tractationis, vel scribendi generis habita ratione Platonis scripta distribuerunt, hic autem singulis quas condidisse fertur classibus quattuor assignans dialogos ipsumque Platonem opera sua κατὰ τετραλογίαν publicasse contendens, non tam novi quid invenit, quam quod a veteribus acceperat intactum reliquit. Neque

---

num sinum equis discursurum. Notandum vero, Thrasyllum proximo ante Tiberii obitum anno Tauro et Libone Coss. debitum naturæ reddidisse, quum fatalem sibi horam ex astris auguratus esset. Dio Cassius LVIII, 27 τότε μὲν γὰρ ὁ Θράσυλλος, τῷ δ' ἐπιόντι ἦρι ἐκεῖνος ἐπί τε Γναίου Πρόκλου καὶ ἐπὶ Ποντίου Νιγρίνου ὑπάτων ἐτελεύτησε. Idem Tacito et Suetonio consentanea refert lib. LV, 11 αὐτός τε γὰρ ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ὢν καὶ Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων, πάντα καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐκείνοις πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο· καὶ λόγος ἔχει, ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐπεὶ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνῄδει, ὤσειν, ὡς εἶδεν αὐτὸν σκυθρωπάσαντα, ἤρετο διὰ τί συννένοφεν, εἰπόντος δὲ κίνδυνόν τινα ὑποπτεύειν, θαυμάσας οὐκέτ' αὐτὸ ἐποίησεν. Οὕτω γάρ που πάντα ἐκεῖνος σαφῶς ᾔδει, ὥστε καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς εἰς Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρά τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον πόῤῥωθεν κατιδὼν προσπλέον προειπεῖν αὐτῷ ὃ ἀγγέλλειν ἔμελλεν. Cf. Crameri Anecd. Par. T. II p. 277. Ejusdem Thrasylli filium Neronis imperium prædixisse Tacitus narrat Annal. VI, 22. Nominis varia scriptura apud Græcos est. A Latinis constanter Thrasyllus appellatur. Adde locis supra allatis hunc Juvenalis versum Sat VI, 575 : Non ibit pariter numeris revocata Thrasylli. Græce autem qui Θράσυλλος dicitur, eundem licet Θρασύλον vocare et Θρασύλαον. Vide C. Keilium doctissime de hoc nominum genere disserentem in spec. onomatolog. gr (Lipsiæ 1840) pag. 68 et quos ibi excitat veterum scriptorum explicatores. Nam, ut unum hujusmodi nomen præterea proferam, notissimæ sunt variæ ejusdem vocabuli formæ Βάθυλλος, Βαθύλος, Βαθύλαος. Cf. Demosth. πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ προικὸς μητρῴας pag. 1009, 26 Steph. (pag. 265 ed. Bekker). Anthol. Pal. 7, 30. Athen. I p. 20. D. Alciph. III, 68, 6. Hinc efficitur, errasse Huebnerum qui in Diogenis Laertii editione ubique scripsit Θρασύλος pro Θράσυλλος, fisus Ambrosiana Diogenis translatione laudatoque Boissonadio ad Aristæneti epist. p. 441. Vide ejus adn. ad Diog. lib. III, 1; IX, 41, ubi codd. Θράσυλλος habent, et ad III, 56 ubi cunctæ membranæ in scriptura Θρασύλαος consentiunt. — (32) Vid. Phil. Gr. Fragm. Vol. I pag. 337. — (33) Democriti Abderitæ fragm. p. 10-24, 54 seqq. — (34) Bœckhius Ind. lectt. Berol. 1841, 42 pag. 4 : « ἐκδοῦναι αὐτὸν, inquit, *refertur ad Platonem; Thrasyllus tamen hæc de se, non de Platone dixerat; ipse enim Thrasyllus hunc instituerat dialogorum ordinem.* » Sed hæc explicatio grammaticæ legibus repugnat, nisi forte scriptor inepte locutus est. Vid. Matthiæ Gramm. gr. § 536. not. — (35) Diogenes Laertius lib. III, 61 : ἔνιοι δέ, ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός, εἰς τριλογίας ἕλκουσι τοὺς διαλόγους. Καὶ πρώτην μὲν τιθέασιν, ἧς ἡγεῖται Πολιτεία, Τίμαιος, Κριτίας· δευτέραν, Σοφιστής, Πολιτικός, Κρατύλος· τρίτην, Νόμοι, Μίνως, Ἐπινομίς· τετάρτην, Θεαίτητος, Εὐθύφρων, Ἀπολογία· πέμπτην, Κρίτων, Φαίδων, Ἐπιστολαί· τὰ δ' ἄλλα καθ' ἓν καὶ ἀτάκτως. Ἄρχονται δὲ οἱ μὲν ὡς προείρηται ἀπὸ τῆς Πολιτείας· οἱ δ' ἀπὸ Ἀλκιβιάδου τοῦ μείζονος· οἱ δ' ἀπὸ Θεάγους· ἔνιοι δὲ Εὐθύφρονος· ἄλλοι Κλειτοφῶντος· τινὲς Τιμαίου· οἱ δ' ἀπὸ Φαίδρου· ἕτεροι Θεαιτήτου· πολλοὶ δὲ Ἀπολογίαν τὴν ἀρχὴν ποιοῦνται. — (36) Non omnes Platonis libros hac lege diviserunt, sed quum quindecim ejus volumina quinque trilogiis complexi essent, reliquæ

enim dubium est, quin multi alii eandem dividendorum Platonis operum viam rationemque probarint. Nam etiamsi Diogenes (37) ait, a Thrasyllo primam ob argumenti similitudinem eam poni tetralogiam, qua ostendere velit, qualis philosophi vita esse debeat, atque idcirco Thrasyllus videri potest non servasse receptum dialogorum ordinem, sed quodammodo mutasse, tamen e verbis, quæ lib. III, 61 indici librorum Platonicorum ad Thrasyllum auctorem relato subjungit, καὶ οὗτος μὲν οὕτω διαιρεῖ, καί τινες *atque is quidem sic dividit et* (alii) quidam (pari modo distribuunt), cogi oportet, præter Thrasyllum alios quoque eodem modo libros Platonicos ordinasse. Huc accedit gravissima Varronis auctoritas, qui de ling. lat. lib. VII, 37 Phædonem spectans citat Platonem in quarto (38). Est autem in Thrasylli classibus Phædon quartus primæ tetralogiæ dialogus. Inde probabilis ducitur conjectura, Platonis librorum ordinem qui Thrasyllo tribuitur, et qui nunc quoque in plerisque codd. manu exaratis reperitur, jam ante Thrasyllum non tantum Varroni, sed omnibus fuisse notum, ita ut solus librorum numerus ad designandos singulos dialogos sufficeret. Jam si recte argumentamur, cum ea quam modo pronuntiavimus sententia fortasse sic conjungi potest quod memoriæ prodit Thrasyllus, Platonem opera sua κατὰ τετραλογίαν foras dedisse, ut dicamus Thrasyllum, quum a veteribus accepisset, a Platone nonnullos dialogos κατὰ τετραλογίαν divulgatos esse, quumque eum quem Varro et reliqui omnes noverant dialogorum Platonicorum ordinem in membranis invenisset, hac servata librorum serie suas tetralogias constituisse. In his tetralogiis negari nequit quin quædam sint Platone non indignæ, veluti prima et secunda, quarum illa ex Euthyphrone, Apologia Socratis, Critone et Phædone composita est, hæc ex Cratylo, Theæteto, Sophista et Politico constat; sed plerasque omnes minus bene materiæ similitudine esse partas, quasdam etiam vix ferendas videri, perspicuum est. Sed enim, si primam tetralogiam cum secunda comparamus, jam hæc nascitur difficultas, quod Cratylus et Theætetus temporis ordine Euthyphronem præcedunt, id quod facile est ad intelligendum Cratyli finem cum Theæteti argumento, ac Theæteti finem cum Euthyphronis initio conferenti. Neque vero diffiteor, referri Theætetum ad Sophistam, omninoque, si unius materiæ, non temporis ducatur ratio, Cratylum, Theætetum, Sophistam et Politicum justam haberi posse tetralogiam. Quodsi Thrasylli tetralogiæ unam nobis hanc utilitatem afferunt, quod nunc quoque videmus, quo ordine jam ante ipsius ætatem Platonis scripta in vulgatis exemplaribus fuerint, quæritur, unde ortus sit hic ordo quo in universum non minus temporis quam materiæ ratio negligitur. Hujus originem inde repetendam reor, quod Plato quem verisimile est ante Socratis mortem et majora quæ suscepit itinera, nihil quod litteris consignasset, emisisse, forsitan omnium prima ingenii sui monumenta junctim ediderit Euthyphronem, Socratis Apologiam, Critonem et Phædonem, ut gratissimum erga præceptoris manes animum testificaretur, neve posteras gentes (æquales enim omnes sciebant) ignorare sineret, quæ causa mortis et qualis ipsa mors Socratis fuisset. Quæ res nescio an effecerit, ut, quoniam primi, quos Platonem edidisse opinor, dialogi numero quattuor sunt, quumque fieri queat, ut postea quoque aliquando quattuor dialogos una vulgaverit, incertus rumor ad posteros serperet, Platonem opera sua omnia κατὰ τετραλογίαν in lucem protulisse. Enimvero huic opinioni non obstat, quod inter Platonicos qui exstant dialogos nonnulli repeviuntur longe illis quattuor et rudiores et imperfectiores, quos ante illos a philosopho scripto mandatos esse a verisimilitudine non abhorret, et quod multi tam argumento quam tempore scripta sine ordine posuerunt. — (37) Diogenes Laertius lib. III, 57 : πρώτην μὲν οὖν τετραλογίαν τίθησι τὴν κοινὴν ὑπόθεσιν ἔχουσαν· παραδεῖξαι γὰρ βούλεται, ὁποῖος ἂν εἴη ὁ τοῦ φιλοσόφου βίος. — (38) Optimi codd. locum sic exhibent : *Plato in quarto de fluminibus apud inferos quæ sint, de his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo græca.* In nonnullis legitur : *Plato in* 1111 *de fl.* etc. Muellerus e Scioppii conjectura edidit : « *Plato in quattuor fluminibus apud inferos quæ sint, in his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo græca*, » testem adhibens Platonem Phædone p. 112 multa fabulose de quattuor illis fluminibus narrantem. At vereor, ne Muellerus Platonem ipsum hic non inspexerit, neve cum Scioppio initium quod integrum est, male tentaverit, haud levi mendo in mediis verbis relicto. Nimirum quattuor illa flumina apud Platonem l. c. sunt Oceanus, Acheron, Pyriphlegethon et Styx sive Cocytus. Ait enim scriptor, ut bene Wyttenbachius interpretatur, postremum cognominari (ἐπονομάζεσθαι) Stygem, proprium autem ei nomen esse (ὄνομα δὲ τούτῳ ἐστί) Cocytum. Tartarum vero Plato perhibet esse hiatum, in quem fluvii omnes confluant et unde rursus effluant (εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα συῤῥέουσί τε πάντες οἱ ποταμοὶ καὶ ἐκ τούτου πάλιν ἐκρέουσιν). Itaque Varronis verba in hunc modum emendo : *Plato in quarto de fluminibus apud inferos loquens hiatum, in quem se effundunt*, Tartarum appellat; quare *Tartari origo græca.*

(38) Diogenes Laertius lib. III, 57 εἰσὶ τοίνυν, φησὶν (ὁ Θράσυλλος), οἱ πάντες αὐτῷ γνήσιοι διάλογοι ἓξ καὶ πεντήκοντα, τῆς μὲν πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης, τῶν δὲ

illas quattuor scriptiones prægrediuntur. Neque enim necesse est, quæ colloquia sive tempore prius quam alia vel a Platone perscripta vel ab iis qui colloquentes inducuntur conserta sunt sive argumento aliis sunt priora, ea etiam ante illa lucem aspexisse. Quapropter forsitan non infelix sit conjector qui suspicetur, ordinem, quo Platonis opera vel vivo adhuc auctore vel mortuo prodierunt, non multum discrepare ab eo qui Varronis et Thrasylli ævo in codicibus manu exaratis erat. Verumtamen tantum abest, ut quæcunque comparent in Thrasylli catalogo, eam ob rem genuina Platonis scripta esse dicam, ut hominem nulla re minus quam critica facultate valuisse existimem. Siquidem eos etiam dialogos Platonicos judicavit (38), quos doctorum nostri sæculi virorum acumen e librorum Platonicorum numero exemit. Huc accedit, quod singulis libris duplicem titulum inscripsit, alterum, ut ait Diogenes, a nomine (39), alterum a re ductum. In quo valde mihi videtur peccasse. Nam quum nomina hominum propria quæ titulorum loco haud dubie jam ab ipso Platone libris imposita sunt, novis titulis qui dialogorum argumenta complecterentur, explicanda esse sibi persuasisset, nunquam ea usus est cautione, ut pluribus verbis auctoris in scribendo dialogo consilium exprimeret, sed ea quam elegit inscriptione haud raro a Platonis mente aberravit aut partem tantum propositæ quæstionis attigit. Quo factum est, ut multi inferioribus sæculis posteriore inscriptione in errorem inducti male de plerisque Platonis operibus judicaverint. Sunt autem hae Thrasylli tetralogiæ (40) :

I. 1. Εὐθύφρων, ἢ περὶ ὁσίου.
2. Ἀπολογία Σωκράτους.
3. Κρίτων, ἢ περὶ πρακτοῦ.
4. Φαίδων, ἢ περὶ ψυχῆς.
II. 5. Κρατύλος, ἢ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων.
6. Θεαίτητος, ἢ περὶ ἐπιστήμης.
7. Σοφιστής, ἢ περὶ τοῦ ὄντος.
8. Πολιτικός, ἢ περὶ βασιλείας.
III. 9. Παρμενίδης, ἢ περὶ ἰδεῶν.
10. Φίληβος, ἢ περὶ ἡδονῆς.
11. Συμπόσιον, ἢ περὶ ἔρωτος.
12. Φαῖδρος, ἢ περὶ καλοῦ.
IV. 13. Ἀλκιβιάδης πρῶτος, ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως.
14. Ἀλκιβιάδης δεύτερος, ἢ περὶ προσευχῆς.
15. Ἵππαρχος, ἢ φιλοκερδής.
16. Ἀντερασταί, ἢ περὶ φιλοσοφίας.
V. 17. Θεάγης, ἢ περὶ σοφίας.
18. Χαρμίδης, ἢ περὶ σωφροσύνης.
19. Λάχης, ἢ περὶ ἀνδρείας.
20. Λύσις, ἢ περὶ φιλίας.
VI. 21. Εὐθύδημος, ἢ ἐριστικός.
22. Πρωταγόρας, ἢ σοφισταί.
23. Γοργίας, ἢ περὶ ῥητορικῆς.
24. Μένων, ἢ περὶ ἀρετῆς.
VII. 25. Ἱππίας πρῶτος [μείζων], ἢ περὶ τοῦ καλοῦ.
6. Ἱππίας δεύτερος [ἐλάττων], ἢ περὶ τοῦ ψεύδους.
27. Ἴων, ἢ περὶ Ἰλιάδος.
28. Μενέξενος, ἢ ἐπιτάφιος.
VIII. 29. Κλειτοφῶν, ἢ προτρεπτικός.
30. Πολιτεία, ἢ περὶ δικαίου.
31. Τίμαιος, ἢ περὶ φύσεως.
32. Κριτίας, ἢ Ἀτλαντικός.
IX. 33. Μίνως, ἢ περὶ νόμου.
34. Νόμοι, ἢ περὶ νομοθεσίας.
35. Ἐπινομίς, ἢ νυκτερινὸς σύλλογος, ἢ φιλόσοφος.
36. Ἐπιστολαὶ τρισκαίδεκα.

νόμων εἰς δυοκαίδεκα· τετραλογίαι δὲ ἐννέα, ἑνὸς βιβλίου χώραν ἐπεχούσης τῆς πολιτείας καὶ ἑνὸς τῶν νόμων. — (39) Diogenes Laertius l. l. διπλαῖς δὲ χρῆται ταῖς ἐπιγραφαῖς ἑκάστου τῶν βιβλίων, τῇ μὲν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, τῇ δὲ ἀπὸ τοῦ πράγματος.

(40) Diogenes Laertius lib. III 58-61 ταύτης τῆς τετραλογίας, ἥτις ἐστὶ πρώτη, ἡγεῖται Εὐθύφρων, ἢ περὶ ὁσίου· ὁ διάλογος δ' ἐστὶ πειραστικός· δεύτερος, Ἀπολογία Σωκράτους, ἠθικός· τρίτος, Κρίτων, ἢ περὶ πρακτέου, ἠθικός· τέταρτος, Φαίδων, ἢ περὶ ψυχῆς, ἠθικός. Δευτέρα τετραλογία, ἧς ἡγεῖται Κρατύλος, ἢ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων, λογικός· Θεαίτητος, ἢ περὶ ἐπιστήμης, πειραστικός· Σοφιστής, ἢ περὶ τοῦ ὄντος, λογικός· Πολιτικός, ἢ περὶ βασιλείας, λογικός. Τῆς τρίτης ἡγεῖται Παρμενίδης, ἢ περὶ ἰδεῶν, λογικός· Φίληβος, ἢ περὶ ἡδονῆς, ἠθικός· Συμπόσιον, ἢ περὶ ἔρωτος, ἠθικός· Φαῖδρος, ἢ περὶ καλοῦ, ἠθικός. Τῆς τετάρτης ἡγεῖται Ἀλκιβιάδης, ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως, μαιευτικός· Ἀλκιβιάδης δεύτερος, ἢ περὶ προσευχῆς, μαιευτικός· Ἵππαρχος, ἢ φιλοκερδής, ἠθικός· Ἀντερασταί, ἢ περὶ φιλοσοφίας, ἠθικός. Τῆς πέμπτης ἡγεῖται Θεάγης, ἢ περὶ φιλοσοφίας, μαιευτικός· Χαρμίδης, ἢ περὶ σωφροσύνης, πειραστικός· Λάχης, ἢ περὶ ἀνδρείας, μαιευτικός. Λύσις, ἢ περὶ φιλίας, μαιευτικός. Τῆς ἕκτης ἡγεῖται Εὐθύδημος, ἢ ἐριστικός, ἀνατρεπτικός· Πρωταγόρας, ἢ Σοφισταί, ἐνδεικτικός· Γοργίας, ἢ περὶ ῥητορικῆς, ἀνατρεπτικός· Μένων, ἢ περὶ ἀρετῆς, πειραστικός. Τῆς ἑβδόμης ἡγοῦνται Ἱππίαι δύο· πρῶτος, ἢ περὶ τοῦ καλοῦ· δεύτερος, ἢ περὶ τοῦ ψεύδους, ἀνατρεπτικοί· Ἴων, ἢ περὶ Ἰλιάδος, πειραστικός· Μενέξενος, ἢ ἐπιτάφιος, ἠθικός. Τῆς ὀγδόης ἡγεῖται Κλειτοφῶν, ἢ προτρεπτικός, ἠθικός· Πολιτεία, ἢ περὶ δικαίου, πολιτικός. Τίμαιος, ἢ περὶ φύσεως, φυσικός· Κριτίας, ἢ Ἀτλαντικός, ἠθικός. Τῆς ἐννάτης ἡγεῖται Μίνως, ἢ περὶ νόμου, πολιτικός· Νόμοι, ἢ περὶ νομοθεσίας, πολιτικός· Ἐπινομίς, ἢ νυκτερινὸς σύλλογος, ἢ φιλόσοφος, πολιτικός· Ἐπιστολαὶ τρισκαίδεκα, ἠθικαί· ἐν αἷς ἔγραφεν, Εὖ πράττειν· Ἐπίκουρος δέ, Εὖ διάγειν· Κλέων, Χαίρειν· πρὸς Ἀριστόδημον, μία· πρὸς Ἀρχύταν, δύο· πρὸς Διονύσιον, τέτταρες· πρὸς Ἑρμείαν, καὶ Ἔραστον, καὶ Κορίσκον, μία· πρὸς Λεωδάμαντα, μία· πρὸς Δίωνα, μία· πρὸς Περδίκκαν, μία· πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκείους, δύο. Καὶ οὗτος μὲν οὕτω διαι-

Interciderunt vero poemata (41), quæ Plato adolescens scripsisse traditur (42). Restat, ut pauca de dubiis scriptis quæ Thrasyllus non commemoravit ac de libris subditiciis dicam. Neque enim attinet hic subtilius et uberius de iis Platonis dialogis, qui falso inscripti et tanquam spurii familia submovendi videntur, disputare. Antiqui (43) igitur quosdam dialogos Platoni suppositos esse contenderunt. Eorum nomina sunt :

1. Μίδων, ἢ Ἱπποτρόφος.
2. Ἐρυξίας, ἢ Ἐρασίστρατος.
3. Ἀλκυών.
4. Ἀκέφαλος, ἢ Σίσυφος.
5. Ἀξίοχος (44).
6. Φαίακες.
7. Δημόδοκος (45).
8. Χελιδών.
9. Ἑβδόμη (46).
10. Ἐπιμενίδης (47).

At librarii de talium librorum auctoritate minime solliciti non modo eos quos dixi dialogos frequenter descripserunt, sed alios quoque Platoni assignarunt. In his sunt :

11. περὶ ἀρετῆς.
12. περὶ δικαίου.
13. ὅροι.

Quo factum est, ut etiam nunc pars codicum tanquam Platonica scripta exhibeat primo Axiochum, deinde dialogos de justo ac de virtute, tum Demodocum, Sisyphum et Eryxiam, denique definitiones. Ex his Eryxiam sive Erasistratum, Sisyphum, Axiochum, postremo libellum de virtute Æschini Socratico vindicat Suidas. Contra Alcyon Leonti Academico ascribitur a Nicia Nicæensi apud Athenæum lib. XI p. 506. c. et Favorino apud Diogenem Laertium lib. III, 62. Videtur autem idem esse dialogus qui hodie inter Luciani opera edi solet. Porro disputationis de justo meminit Isidorus Pelusiota lib. IV, epist. 91, plures ejusmodi commentarios a Platone confectos esse affirmans. Sed nos ut dialogum ita inscriptum Platonis esse negamus : ita etiam Definitiones non Platoni, sed Speusippo tribuimus. De hoc igitur nunc commentabimur.

Speusippus (48), Atheniensis (49), pago Myrrhinusius (50), quarto, ut opinor, Olympiadis 96 anno vel ante Chr. 393 natus, patrem Eurymedontem, matrem autem Potonen, Platonis sororem habuit. De cujus studiorum initiis nihil traditum est, siquidem a quo præceptore primis litteris imbutus sit, ignoramus. Sed contigit ei postea, ut a Platone ex itineribus reverso educaretur. Quippe avunculus adolescentis partim segnis partim intemperantis mores emendavit. Qua in re nullo nec dicto nec facto ei molestus fuit, sed fugienti semper parentum convicia et probra placidum se minimeque iratum præbuit, magnumque homini pudorem suique et philosophiæ admirationem incussit. Quum igitur a multis amicorum reprehenderetur philosophus, quod non castigaret adolescentem : Ego vero, inquit, castigo, vitæ meæ ratione et institutione ipsi demonstrans, quod sit honestorum et turpium discrimen (51). Pietatis erga Platonem multis annis interjectis Speusippus plura dedit docu-

ρεῖ, καί τινες. — (41) Diogenes Laertius lib. III, 4 καὶ ποιήματα γράψαι, πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας. — (42) Tribuuntur tamen ei epigrammata, quæ collegit Th. Bergkius Poet. Lyr. Græc. p. 489-496. —

(43) Diogenes Laertius lib. III, 62 νοθεύονται δὲ τῶν διαλόγων ὁμολογουμένως, Μίδων, ἢ Ἱπποτρόφος, Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος, Ἀλκυών, Ἀκέφαλος ἢ Σίσυφος, Ἀξίοχος, Φαίακες, Δημόδοκος, Χελιδών, Ἑβδόμη, Ἐπιμενίδης· ὧν ἡ Ἀλκυὼν Λέοντός τινος εἶναι δοκεῖ, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων. Athenæus lib. XI p. 506. c. ὡς καὶ ἡ Ἀλκυὼν Λέοντος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, ὥς φησι Νικίας ὁ Νικαεὺς [εἶναι λέγεται]. — (44) Cf. Phil. Græc. Fragm. Vol. II pag. 139-142. — (45) Clemens Alexandrinus Strom. lib. I pag. 315 ed. Sylb. εἰσὶ γὰρ δή, ὥς φασι, περὶ τὰς τελετὰς ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, Βάκχοι δέ τε παῦροι, πολλοὺς μὲν τοὺς κλητούς, ὀλίγους δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς αἰνιττόμενος. Ἐπιφέρει γοῦν σαφῶς· οὗτοι δε εἰσι, κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς· ὧν δὴ κἀγώ, κατά γε τὸ δυνατόν, οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προὐθυμήθην γενέσθαι. Εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην καὶ τί ἠνύσαμεν, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, ἐὰν θεὸς θέλῃ, ὀλίγον ὕστερον. Ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι πίστεως ἐκ τῶν ἑβραϊκῶν γραφῶν τὴν μετὰ θάνατον ἐλπίδα τοῦ δικαίου σαφηνίζειν; Κἀν τῷ Δημοδόκῳ, εἰ δὴ τοῦ Πλάτωνος τὸ σύγγραμμα κτλ. — (46) ἑβδόμη intelligendum ut apud Herodotum lib. VI, 57. — (47) Platonicum etiam librum Epimenidem esse vult Eusebius Præparat. evang. lib. X cap. 4 p. 471. —

(48) Cf. Maximiliani Achillis Fischeri de Speusippi Atheniensis vita dissertatio. Rastadii 1843. — (49) Diogenes Laertius IV, 1 Σπεύσιππος Εὐρυμέδοντος, Ἀθηναῖος. Τὸν δὲ δῆμον Μυῤῥινούσιος ἦν· ὃς ἦν υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Ποτώνης. Suidas : Σπεύσιππος, Εὐρυμέδοντος, ἀδελφιδοῦς Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου, ἀπὸ Ποτώνης τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς, ἀκουστὴς αὐτοῦ Πλάτωνος καὶ διάδοχος γενόμενος τῆς ἀκαδημίας. Ammonius in vita Aristotelis : μετὰ δὲ τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν διαδέχεται τὴν τούτου σχολὴν Σπεύσιππος, ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ· υἱὸς γὰρ ἦν οὗτος Ποτώνης, τῆς τούτου ἀδελφῆς. Cicero Acad. I, 4 Nam quum Speusippum, sororis filium, Plato philosophiæ quasi heredem reliquisset. Athenæus lib. VII pag. 279. e. οὐ μακρὰν δὲ τούτων ἦν καὶ Σπεύσιππος, ὁ Πλάτωνος ἀκουστὴς καὶ συγγενής. — (50) Stephanus Byzantius pag. 464 ed. Meineke : Μυῤῥινοῦς, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς· ὁ δημότης Μυῤῥινούσιος. — (51) Plutarchus de fraterno amore cap. 21 Vol. X pag. 67 seq. ed. Hutten. Οὕτω καὶ Πλάτων ἀδελφιδοῦν ὄντα Σπεύσιππον ἐκ πολλῆς ἀνέσεως καὶ ἀκολασίας ἐπέστρεψεν, οὐδὲν οὔτ' εἰπὼν ἀνιαρόν, οὔτε ποιήσας πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ φεύγοντι τοὺς γονεῖς ἐλέγχοντας αὐτὸν ἀεὶ κἂν λοιδοροῦν-

menta. Constat enim eum et versibus et soluta oratione tanti philosophi laudes celebrasse. Notum est ejus in Platonem epigramma (52), inter ipsius autem scripta Diogenes Laertius IV, 5 memorat Πλάτωνος ἐγκώμιον et III, 2 Πλάτωνος περίδειπνον, de quibus infra agemus.

Jam vero simulatque Plato scholam aperuit, huic magistro tam diu operam dedit, ut omnium ejus discipulorum princeps haberetur. Neque vero magis cognatione et consuetudine, qua cum Platone conjunctus erat, quam ingenii præstantia et litterarum studio hoc consecutus videtur, ut in sapientiæ fastigio staret. Patebat tum Athenis Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam atque officina dicendi. Hunc quem unum mirabatur Plato, licet cæteros rhetores exagitaret (53), Speusippus ita coluit, ut in ejus sectatoribus nomen suum profiteretur. Quum enim perspexisset, quantum valeret ars oratoria ad fingendos hominum animos, ingenia acuenda, dicendi denique facultatem comparandam, illius scholas frequentavit; utque æqualibus et posteris prodesset, rhetoricæ quæ vocabantur a magistro arcana (ἀπόῤῥητα) primus evulgavit (54). Videntur autem hæc fuisse præcepta, quæ de oratione tam conformanda quam numeris astringenda Isocrates dabat, quorumque corpus a Cicerone in epistolis ad Atticum myrothecii nomine notatur (55).

Illam igitur artem quæ sub Isocratis nomine ferebatur, veteres modo e Speusippi modo ex aliorum discipulorum commentariis petiisse probabile est, quoniam ipse Isocrates nullum hujusmodi librum scripserat (56). Nunc primarium fontem adire prohibiti e Ciceronis libris rhetoricis multa quæ ad hanc rem pertineant cognoscimus (57).

Pythagoreorum quoque litteris ipso Platone, ut arbitror, auctore studuit eorumque sectam explosa sæpe magistri sententia secutus est (58). Etenim Philolai scripta sive e Sicilia sive Thebis Athenas perlata evolvit (59), iisque et aliis

---

τας, ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν εὐμενῆ καὶ ἀμήνιτον, αἰδῶ τε πολλὴν ἐνειργάσατο, καὶ ζῆλον ἑαυτοῦ καὶ φιλοσοφίας· καίτοι πολλοὶ τῶν φίλων ἐνεκάλουν ὡς μὴ νουθετοῦντι τὸ μειράκιον· ὁ δὲ καὶ πάνυ νουθετεῖν ἔλεγε, τῷ βίῳ καὶ τῇ διαίτῃ τῆς πρὸς τὰ αἰσχρὰ τῶν καλῶν διαφορᾶς παρέχων κατανόησιν. Plutarchus de adul. et amic. discrim, cap. 47 vol. VII pag. 230 ed. Hutten. ὁ γοῦν Πλάτων ἔλεγε νουθετεῖν τῷ βίῳ τὸν Σπεύσιππον. — (52) Vid. fragm. 186. — (53) Diogenes Laertius III, 8 ὁ δ' οὖν φιλόσοφος καὶ Ἰσοκράτει φίλος ἦν. Cicero orat. cap. 13. At ea de seniore scribit Plato, et scribit æqualis, et quidem, exagitator omnium rhetorum, hunc miratur unum. Me autem, qui Isocratem non diligunt, una cum Socrate et cum Platone errare patiantur. —(54) Diogenes Laertius IV, 2 καὶ πρῶτος παρὰ Ἰσοκράτους τὰ καλούμενα ἀπόῤῥητα ἐξήνεγκεν, ὥς φησι Καινεύς. — Cicero ad Attic. II, 1 Meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον atque omnes ejus discipulorum arculas ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. Cæterum recte Dionysius Halicarnassensis libro de admiranda orationis Demostheneæ v. cap. 2 Vol. VI p. 957 ed. Reisk. a superiorum oratorum, Periclis, Alcibiadis, Critiæ, Theramenis granditate ac sublimitate distinguit secundum dictionis genus, tenue videlicet et simplex, quod compositione et robore communi et vulgari loquendi modo persimile apparet atque imprimis Lysiæ proprium fuit adjungitque tertium dicendi genus e duobus prioribus compositum, quod mixtum appellari solebat. Hoc vero, quamvis multorum etiam aliorum commune esset, Isocrates coluit et ad fastigium pæne perduxit. Fuit enim magnus orator et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam quam nemo fortasse postea consecutus est. (Cf. Cicero Brut. cap. 8.) Is et scripsit multa præclare et docuit alios, et cum cætera melius quam superiores, tum primus intellexit, etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen et numerum quendam oportere servari. Quum enim antea verborum quasi structura et quædam ad numerum conclusio nulla fuisset, ipse orationis elationem atque altitudinem cum elegantia copulavit observatoque numero mirabilis circumductionem sive periodorum artifex exstitit. — (56) Cicero de invent. II, 2 Nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus et nobilis rhetor Isocrates: cujus ipsius quam constet esse artem, non invenimus. Discipulorum autem atque eorum, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus — (57) Cicero de orat. lib, III cap. 43-51. Orator, cap. 41-68. — (58) Vid. fragm. 195. 198.

(59) Theologumen. arithm. auctor p. 61 ed. Ast. ὅτι καὶ Σπεύσιππος, ὁ Ποτώνης μὲν υἱὸς τῆς τοῦ Πλάτωνος ἀδελφῆς, διάδοχος δὲ ἀκαδημίας, πρὸ Ξενοκράτους ἐξαιρέτως σπουδασθεισῶν ἀεὶ Πυθαγορικῶν ἀκροάσεων, μάλιστα δὲ τῶν Φιλολάου συγγραμμάτων, βιβλίδιόν τι συντάξας γλαφυρὸν ἐπέγραψε μὲν αὐτὸ περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν, ἀπ' ἀρχῆς δὲ μέχρι ἡμίσους περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς γραμμικῶν ἐμμελέστατα διεξελθών, πολυγωνίων τε καὶ παντοίων τῶν ἐν ἀριθμοῖς ἐπιπέδων ἅμα καὶ στερεῶν, περί τε τῶν πέντε σχημάτων, ἃ τοῖς κοσμικοῖς ἀποδίδοται στοιχείοις, ἰδιότητος αὐτῶν πρὸς ἄλληλα καὶ κοινότητος, ἀναλογίας τε καὶ ἀνακολουθίας, μετὰ ταῦτα λοιπὸν θάτερον τὸ τοῦ βιβλίου ἥμισυ περὶ δεκάδος ἄντικρυς ποιεῖται, φυσικωτάτην αὐτὴν ἀποφαίνων καὶ τελεστικωτάτην τῶν ὄντων, οἷον εἶδός τι τῶν κοσμικῶν ἀποτελεσμάτων τεχνικὸν ἀφ' ἑαυτῆς, ἀλλ' οὐχ ἡμῶν νομισάντων ἢ ὡς ἔτυχεν ἢ ἤθελεν, ὑπάρχουσα καὶ παράδειγμα παντελέστατον τῷ τοῦ παντὸς ποιητῇ θεῷ προεκκειμένη. Λέγει δὲ τὸν τρόπον τοῦτον περὶ αὐτῆς. Ἔστι δὲ τὰ δέκα τέλειος, καὶ ὀρθῶς τε καὶ κατὰ φύσιν εἰς τοῦτον καταντῶμεν παντοίως ἀριθμοῦντες Ἕλληνές τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, οὐδὲν αὐτοὶ ἐπιτηδεύοντες· πολλὰ γὰρ ἴδια ἔχει, ἃ προσήκει τὸν οὕτω τέλειον ἔχειν [πολλὰ δὲ ἴδια μὲν οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· δεῖ δὲ ἔχειν αὐτὰ τέλειον]· πρῶτον μὲν οὖν ἄρτιον δεῖ εἶναι, ὅπως ἴσοι ἐνῶσιν οἱ περισσοί τε καὶ ἄρτιοι, καὶ μὴ ἑτερομερεῖς· ἐπεὶ γὰρ πρότερος ἀεί ἐστιν ὁ περισσὸς τοῦ ἀρτίου, εἰ μὴ ἄρτιος εἴη ὁ συμπεραίνων, πλεονεκτήσει ὁ ἕτερος· εἰ δὲ ἴσους ἔχει, χρὴ τοὺς πρώτους καὶ ἀσυνθέτους καὶ τοὺς δευτέρους καὶ συνθέτους· ὁ δὲ δέκα ἔχει ἴσους, καὶ οὐδεὶς ἂν ἄλλος ἐλάσσων τῶν δέκα τοῦτο ἔπαθεν ἀριθμός, πλείων δὲ τάχα· καὶ γὰρ ὁ ιβʹ καὶ ἄλλοι τινές· ἀλλὰ πυθμὴν αὐτῶν ὁ δέκα, καὶ πρῶτος τοῦτο ἔχων, καὶ ἐλάχιστος τῶν ἐχόντων τέλος τι ἔχει, καὶ ἴδιόν πως αὐτὸ τοῦτο γέγονε τὸ ἐν πρώτῳ αὐτῷ ἴσους ἀσυνθέτους

Pythagoreorum disputationibus adhibitis elegantem de numeris Pythagoricis libellum composuit. Quid? quod cum Platone in Siciliam profectus cum alios Pythagoreorum familiæ principes, qui eo tempore vel in Italia commorabantur vel Siciliæ rebus se immiscebant, tum Archytam convenit. Fuerunt etiam alii quibuscum commercium habuit Speusippus. Nimirum in ejus operibus comparent (60) epistolæ ad Dionem, Dionysium, Philippum datæ. Atque ex epistola quidem ad Dionem pauca profert Plutarchus de adul. et amic. discr. cap. 43 (61), Dionysii vero ad Speusippum scribentis dicta quædam servarunt Athenæus lib. VII pag. 279. e. et Diogenes Laertius IV, 2 (62). Denique ex epistola Philippo Macedonum regi inscripta Carystius Pergamenus in commentarios suos rettulit locum, quem inseruit Athenæus lib. XI p. 506. E (63). Qui locus gravis testimonii instar habere visus est Wesselingio ad Diodori Siculi libr. XVI tom. 7 pag. 508. Continet enim opinionem de primordiis regni Philippi a vulgatiore fama diversam. Philippum Platoni obtrectantem reprehendit Speusippus, quasi ignorantibus hominibus Philippum Platonis beneficio ad regnum pervenisse. Platonem enim, misso Euphræo Oritano ad Perdiccam effecisse, ut hic regionem quandam Philippo assignaret, qui postquam ibi exercitum aluisset mortuo fratre rerum potitus sit. Quæ si vera sunt, id quod Athenæus in suspenso relinquit, statuendum est Philippum jam ante fratris obitum Thebis elapsum in Macedonia versatum esse. Similia in Socraticorum, quæ exstant, epistolis leguntur. Namque eam, quæ inter illas trigesima numeratur et omisso auctoris nomine simpliciter Philippo inscripta est, cum Leone Allatio et aliis Speusippo vindicamus, quia convenit cum ejusdem philosophi verbis apud Athenæum (64). Nobiscum I. G. Bœhneckius quoque facit in Quæstionum de orat. Att. Vol. I. (*Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner*) pag. 364 et p. 672 seq. qui eam pro genuina habet nec multo post secundum Olympiadis CVIII annum exaratam esse contendit. Intelligitur hoc ex extrema epistolæ parte. Quippe Speusippus sic eam claudit : ἀλλὰ γὰρ τὰς λοιπὰς σκήψεις γράψοντα ἐπιλείπει με τὸ βυβλίον· τοσαύτην ἡμῖν σπάνιν βυβλίων βασιλεὺς Αἴγυπτον λαβὼν πεποίηκεν. Nam eo tempore Artaxerxes Ochus Ægypto potitus erat (65), qui videtur chartam vel papyrum ex Ægypto in alias terras exportari vetuisse (66). Nihil autem est quod solum Allatio opposuit Orellius in annot. ad Socraticorum epist. p. 262, in fine hujus epistolæ missam eam ex Ægypto dici, ubi Speusippus nunquam fuerit. Nempe scriptorem vir doctus non intellexit. Fuerunt quidem qui Bentlejo (67) astipulati, velut Antonius Westermannus in commentationis de epistolarum scriptoribus græcis parte septima (68) cum hac omnes Socraticorum epistolas tanquam subditicias familia submoverent. Conquisitis scilicet rationibus illi hoc docere conantur. Ajunt ergo primum obstare totius epistolæ habitum et argumentum, deinde istam qua redundet eruditionem satis putidam eamque nec Speu-

τε καὶ συνθέτους ὦφθαι· ἔχων τε τοῦτο ἔχει πάλιν καὶ τοὺς πολλαπλασίους καὶ τοὺς ὑποπολλαπλασίους, ὧν εἰσι πολλαπλάσιοι· ἔχει μὲν γὰρ ὑποπολλαπλασίους τοὺς μέχρι πέντε, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἓξ μέχρι τῶν δέκα πολλαπλασίους αὐτῶν· ἐπεὶ δὲ τὰ ζ' οὐδενός, ἐξαιρετέον· καὶ τὰ δ', ὡς πολλαπλάσια τοῦ β', ὥστε ἴσους εἶναι πάλιν δεῖ. Ἔτι πάντες οἱ λόγοι ἐν τῷ ι', ὅ τε τοῦ ἴσου καὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος καὶ τοῦ ἐπιμορίου καὶ τῶν λοιπῶν εἰδῶν ἐν αὐτῷ, καὶ οἱ γραμμικοὶ οἱ ἐπίπεδοι καὶ οἱ στερεοί· τὸ μὲν γὰρ α' στιγμή, τὸ δὲ β' γραμμή, τὰ δὲ τρία τρίγωνον, τὰ δὲ δ' πυραμίς· ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶ πρῶτα καὶ ἀρχαὶ τῶν καθ' ἕκαστον ὁμογενῶν. Καὶ ἀναλογιῶν δὲ πρώτη αὐτή ἐστιν ἡ ἐν αὐτοῖς ὀφθεῖσα ἡ τῷ ἴσῳ μὲν ὑπερέχουσα, τέλος δὲ ἔχουσα ἐν τοῖς δέκα. Ἔν τε ἐπιπέδοις καὶ στερεοῖς πρῶτά ἐστι ταῦτα, στιγμή, γραμμή, τρίγωνον, πυραμίς· ἔχει ταῦτα τὸν τῶν δέκα ἀριθμὸν καὶ τέλος ἴσχει· τετρὰς μὲν γὰρ ἐν πυραμίδος γωνίαις ἢ βάσεσι, ἑξὰς δὲ ἐν πλευραῖς, ὥστε δέκα, τετρὰς δὲ πάλιν ἐν στιγμῆς καὶ γραμμῆς διαστήμασι καὶ πέρασι, ἑξὰς δὲ ἐν τριγώνου πλευραῖς καὶ γωνίαις, ὥστε πάλιν δέκα. Καὶ μὴν καὶ ἐν τοῖς σχήμασι κατ' ἀριθμὸν σκεπτομένῳ συμβαίνει· πρῶτον γάρ ἐστι τρίγωνον τὸ ἰσόπλευρον, ὃ ἔχει μίαν πως γραμμὴν καὶ γωνίαν· λέγω δὲ μίαν, διότι ἴσας ἔχει· ἄσχιστον γὰρ ἀεὶ καὶ ἑνοειδὲς τὸ ἴσον· δεύτερον δὲ τὸ ἡμιτετράγωνον· μίαν γὰρ ἔχον παραλλαγὴν γραμμῶν καὶ γωνιῶν ἐν δυάδι ὁρᾶται· τρίτον δὲ τὸ τοῦ ἰσοπλεύρου ἥμισυ τὸ καὶ ἡμιτρίγωνον· πάντως γάρ ἄνισον καθ' ἕκαστον, τὸ δὲ πᾶν αὐτοῦ τρία ἐστί. Καὶ ἐπὶ τῶν στερεῶν εὑρίσκοις ἂν ἄχρι τῶν τεττάρων προϊὸν τὸ τοιοῦτο, ὥστε δεκάδος καὶ οὕτως ψαύει· τριὰς γάρ πως ἡ μὲν πρώτη πυραμὶς μίαν πως γραμμήν τε καὶ ἐπιφάνειαν ἐν ἰσότητι ἔχουσα, παρὰ τῆς ἐπὶ τῆς βάσεως γωνίας ὑπὸ τριῶν ἐπιπέδων περιεχομένη, τὴν κατὰ κορυφὴν ὑπὸ τεττάρων συγκλειομένη, ὥστε ἐκ τούτου δυάδι ἐοικέναι· ἡ δὲ τρίτη τριάδι, ἐπὶ ἡμιτετραγώνου βεβηκυῖα, καὶ σὺν τῇ ὀφθείσῃ μιᾷ ὡς ἐν ἐπιπέδῳ τῇ ἡμιτετραγώνῳ ἔτι καὶ ἄλλην ἔχουσα διαφορὰν τὴν τῆς κορυφαίας γωνίαν, ὥστε τριάδι ἂν ὁμοιοῖτο πρὸς ὀρθὰς τὴν γωνίαν ἔχουσα τῇ τῆς βάσεως μέσῃ πλευρᾷ· τετράδι δὲ ἡ τετάρτη κατὰ ταῦτα, ἐπὶ ἡμιτετραγώνῳ βάσει συνισταμένη, ὥστε τέλος ἐν τοῖς δέκα λαμβάνειν τὰ λεχθέντα. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἐν τῇ γενέσει· πρώτη μὲν γὰρ ἀρχὴ εἰς μέγεθος στιγμή, δευτέρα γραμμή, τρίτη ἐπιφάνεια, τέταρτον στερεόν. — (60) Diogenes Laertius lib. IV, 5 ἐπιστολαὶ πρὸς Δίωνα, Διονύσιον, Φίλιππον. — — (61) Vid. fragm. 191. — (62) Vid. fragm. 226-227. — (63) Vid. fragm. 192. — (64) Vid. fragm. 187. — (65) Vid. Diodor. Sicul. lib. XVI cap. 51. — (66) Cf. *Ambroise Firmin Didot, sur le prix du papier dans l'antiquité* p. 9 (Paris 1857). — (67) Bentlejus Opusc. phil. pag. 47 seqq. (Lipsiæ 1781). — (68) Ant. Westermann. in Commentationis de epistolarum scriptoribu græcis parte septima (Lipsiæ 1855). —

sippo nec Philippo dignam. Tum injuriosam eam in Isocratem esse, cui Speusippus multa debuerit. Denique invectionem in Isocratem per se spectatam rhetorem potius quam philosophum redolere.

Fateor hæc, quæ dicuntur a pluribus (69), posse speciosa videri. Sed quoniam veteres minus bene moratum fuisse Speusippum testificantur (70), omnia quæ ad imminuendam epistolæ auctoritatem afferri solent argumenta, pro nihilo putamus. Est enim hominis ingrati et maligni magistros, a quibus litteras et artes didicerit, asperioribus facetiis perstringere. Huc accedit simplicitas orationis sine pigmentis fucoque puerili et quæ maximam illius opusculi partem tenet narratio de Philippi majoribus ex Antipatri historiarum libris excerpta, quæ ob jejunitatem nemini nisi Philippo, ad quem scripta esse fertur, placere posset. Præterea ex Socraticorum epistolis trigesimam primam etiam, ad Philippum item datam, cum Orellio præf. p. VII ad Speusippum auctorem referre non dubitamus (71). Denique epistolam incerto auctore vulgatam ab Orellio, quæ inter Socraticas trigesima secunda est, æque ac sequentem Speusippi esse ad Xenocratem missas ex Diogenis Laertii verbis in ejus vita recte collegit Allatius. Etenim ille lib. IV, 3 ait : ἤδη δὲ ὑπὸ παραλύσεως καὶ τὸ σῶμα διέφθαρτο, καὶ πρὸς Ξενοκράτην διεπέμπετο, παρακαλῶν αὐτὸν ἐλθεῖν, καὶ τὴν σχολὴν διαδέξασθαι. Quamobrem nos quoque utramque epistolam Speusippo attribuimus.

Quæ de Speusippi itinere in Macedoniam ad Cassandrum facto narrantur, incredibilia sunt. Ferunt enim Speusippum lucri causa ad Cassandri nuptias in Macedoniam profectum levibus quibusdam carminibus conditis publiceque decantatis quæstum fecisse (72). At Cassander Thessalonicen, Philippi filiam, in matrimonium duxit primo Olympiadis 116 anno vel ante Chr. 316 (73). Quare in Chronicis Eusebianis eo ipso anno notatum est Speusippum floruisse (74). Hæc tamen quominus ad nostrum Speusippum referamus, temporum ratio obstat, quippe qui jam ante tertium Olympiadis 111 annum i. e. annum 334 æræ vulgaris fato perfunctus sit.

Speusippo magistro usæ sunt duæ mulieres, quæ Platonis jam discipulæ fuerant, Lasthenia, Mantineæ alumna, et Axiothea Phliasia. Quarum de utraque ab antiquis memoria prodita est. Illa enim virilis animi femina virili vestitu induta fuisse perhibetur (75) : hæc Diotimæ, Platonis convivio nobilitatæ, popularis, eaque ingeniosa, ut puto, et festiva, jucunda consuetudine cum philosopho nostro conjuncta erat. Quam consuetudinem non defuisse qui sinistris sermonibus carperent, nemo mirabitur, præsertim quum Speusippus simul avari hominis speciem præberet. Huc spectant mordacissima Dionysii dicta sic ad eum scribentis : *Etiam ab Arcade discipula tua philosophiam discere nobis licet.* Et alibi : *Plato discendi studiosos gratis docebat, tu vero tributa exigis et æque a volentibus atque a nolentibus accipis* (76). Quin etiam scriptor epistolæ (77) Socraticæ sextæ et trigesimæ quandam

---

(69) Cf. Fischeri de Speusippi Atheniensis vita dissertatio p. 29. — (70) Diogenes Laertius IV, 1 καὶ γὰρ ὀργίλος καὶ ἡδονῶν ἥττων ἦν. Suidas v. Σπεύσιππος· αὐστηρὸς τὴν γνώμην, εἰς ἄκρον ὀξύθυμος. — (71) Vid. fragm. 188. — (72) Philostratus vit. Apollon. cap. 35 Σπεύσιππον τὸν Ἀθηναῖον οὕτω τοι ἐρασιχρήματον γενέσθαι φασίν, ὡς ἐπὶ τὸν Κασσάνδρου γάμον ἐς Μακεδονίαν κωμάσαι (leg. κομίσασθαι) ποιήματα ψυχρὰ ξυνθέντα, καὶ δημοσίᾳ ταῦθ' ὑπὲρ χρημάτων ᾆσαι. Quæ repetit. Suidas s. v. Αἰσχίνης ὁ τοῦ Λυσανίου. Sed Diogenes Laertius IV, 1 eum delectationis causa Macedoniam, ut Cassandri nuptiis interesset, petivisse refert (ὑφ' ἡδονῆς ἐλθεῖν εἰς Μακεδονίαν ἐπὶ τὸν Κασσάνδρου γάμον). — (73) Diodorus Siculus lib. XIX cap. 49. Justinus lib. XIV cap. 6. —

(74) Euseb. Chron. pag. 178 ed. Scaliger. Cf. Eusebii Chron. p. 348 ed. Mai. An. Abram. 1701 : « Menander et Speusippus philosophi cognoscebantur. » Syncell. p. 274. D. (p. 521 Dindorf.) Μενέδημος καὶ Σπεύσιππος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο. — (75) Diogenes Laertius. lib, IV, 1 ἐλέγοντο δὲ αὐτοῦ καὶ αἱ Πλάτωνος ἀκούειν μαθήτριαι, Λασθένειά τε ἡ Μαντινικὴ καὶ Ἀξιοθέα ἡ Φλιασία. Id. lib. III, 46 Ἀξιοθέα Φλιασία ἣ καὶ ἀνδρεῖα ἠμπίσχετο, ὥς φησι Δικαίαρχος. Olympiodorus in vita Platonis : πολλοὺς δὲ πάνυ πρὸς μάθησιν ἀφείλκετο καὶ ἄνδρας, καὶ γυναῖκας ἀνδρείῳ σχήματι παρασκευάζων ἀκροᾶσθαι αὐτοῦ. Clemens Alexandrinus Strom. lib. IV παρὰ Πλάτωνί τε ἐφιλοσόφουν Λασθένεια ἡ Ἀρκαδία (lege Ἀρκαδικὴ) καὶ Ἀξιοθέα ἡ Φλιασία. Themistius orat. IV : Ἀξιοθέα μὲν γὰρ ἐπιλεξαμένη τι τῶν ξυγγραμμάτων ἃ Πλάτων πεποίηται ὑπὲρ πολιτείας, ᾤχετο ἀπιοῦσα Ἀθήναζε ἐξ Ἀρκαδίας, καὶ Πλάτωνος ἠκροᾶτο λανθάνουσα ἄχρι πόῤῥω ὅτι γυνὴ εἴη, ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς τοῦ Λυκομήδους. Ὁ δὲ γεωργὸς ὁ Κορίνθιος τῷ Γοργίᾳ ξυγγενόμενος, (οὐκ αὐτῷ ἐκείνῳ Γοργίᾳ, ἀλλὰ τῷ λόγῳ ὃν Πλάτων ἔγραψεν ἐπ' ἐλέγχῳ τοῦ σοφιστοῦ) αὐτίκα ἀφεὶς τὸν ἀγρόν, καὶ τὰς ἀμπέλους, Πλάτωνι ὑπέθηκε τὴν ψυχήν, καὶ τὰ ἐκείνου ἐσπείρετο καὶ ἐφυτεύετο. Apulejus de Platone : Multi auditorum ejus utriusque sexus in philosophia floruerunt. — (76) Diogenes Laertius lib. IV, 2 ὅτε καὶ Διονύσιος πρὸς αὐτὸν γράφων τωθαστικῶς φησι· καὶ ἐκ τῆς Ἀρκαδικῆς σου μαθητρίας ἐστὶ τὴν φιλοσοφίαν καταμαθεῖν· καὶ Πλάτων μὲν ἀτελεῖς φόρων τοὺς παρ' αὐτὸν φοιτῶντας ἐποίει, σὺ δὲ δασμολογεῖς καὶ παρ' ἑκόντων καὶ ἀκόντων λαμβάνεις. Cf. fragm. 227. — (77) Scriptor Epist. Socr. 36 p. 44 ed. Orell. Βούλομαί σε μετὰ παιδιᾶς παῤῥησιάσασθαι, ἐπειδὴ σὺ καὶ πρὸς ἐμὲ προεισβέβληκας τῷ τρόπῳ τούτῳ. Λέγω δή σοι εὖ πράττειν, εἰ ἄρα τοῦτό ἐστι τοῦ χαίρειν ἄμεινον, ὡς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἥδεσθαι, ᾧ Λασθενία καὶ Σπεύσιππος χρῆται, αἴτιος τοῦ ἐς Σικελίαν στόλου ὁμολογῶν εἶναι, καὶ πλείονας τοῦ Γηρυόνου χεῖρα καὶ πόδας ἔξων, μᾶλλον δὲ τοῦ Βριάρεω (fragm. 228). —

dictionis similitudinem Lastheniæ et Speusippo tribuit. Docet enim consuevisse utrumque in epistolarum scriptione salutem amicis ita dicere, ut eos neque bene agitare (εὖ πράττειν), neque gaudere (χαίρειν), sed lætari (ἥδεσθαι) juberent (78).

Fama est matrimonium quoque contraxisse Speusippum, licet ea res dubitationem habeat. Testem vero hujus matrimonii solum Platonem proferre possumus in epistola tertia decima Dionysio scribentem, opus sibi esse dote triginta minarum. Namque Plato unam e neptium filiabus Speusippo avunculo collocaturus illam pecuniam Dionysii facultatibus sublevatus (79) solvere volebat. Similis argumenti decima Chionis quæ vocatur epistola est. Nimirum, si fides epistolæ auctori, Chion qui forte Athenis commorabatur quo tempore illæ nuptiæ fiebant, ad augendam triginta minarum dotem talentum Speusippo, utpote in egestate versanti, de suo numeravit. Subjiciuntur a scriptore pauca, quæ ad sponsi suavitatem et matrimonii sinceritatem laudibus extollendam pertinent. Jam si missum facimus personatum Chionem i. e. sophistam qui sub umbra alienæ dignitatis latet, quis ad facti veritatem probandam Platonem tanquam locupletem auctorem laudabit? Scio Plutarchum (80) in Dionis vita cap. 21 hanc ipsam tertiam decimam Platonis epistolam spectasse atque ex eodem fonte partem narrationis hausisse, sed mihi omnes quæ sub Platonis nomine feruntur epistolas spurias videri, jam supra in adumbrandis philosophi itineribus (81) dixi. Quum autem de Speusippi matrimonio nihil præterea traditum sit, rem incertam neque confirmare argumentis neque refellere in animo est. Adde quod liberis videtur caruisse, quoniam virum non propinquitatis vinculis, sed studiorum cognatione conjunctum, Xenocratem Academiæ heredem reliquit.

Hic notare libet, hortum Academiæ vicinum jam Xenocratis tempore scholæ fuisse adjunctum, cujus rector domicilium ibi habebat. Produnt scilicet Academiam tribus drachmarum millibus emtam domicilium fuisse Platonis, Xenocratis, Polemonis ibi philosophiæ vacantium atque ætatem in ea conterentium : uno die excepto, quo Xenocrates quotannis in astu se contulerit, Liberalibus, ut (quod ajunt) novorum tragœdorum solemnia condecoraret (82). Fundus alter Platonis, in Iresidarum pago situs (83) in septentriones atque in orientem Eurymedontis Myrrhinusii prædiis obtendebatur. Hinc colligas Eurymedontem illum qui Potonen, Platonis sororem, duxerat, hominem bene nummatum fuisse. Quo posito atque concesso, commenticia sunt, quæ tum de Eurymedontis tum de Speusippi egestate dicuntur. Nam sine dubio opibus tantum valebat Eurymedon, ut filias et neptes dotare posset, neque vel Platonis auxilio vel Dionysii argento egeret. Quamvis Plato discipulorum nobilitate floreret, cæteros tamen auditores auctoritate ita vicit Speusippus, ut non solum quum avunculus alterum in Siciliam iter faceret, ipse ejus loco Academiam regendam acciperet, sed postea etiam senescenti in schola moderanda auxilio et adjumento esset. Quamobrem poeta quidam comicus illi sermocinantium juvenum cœtui Platonem cum Speusippo et Menedemo præfecit. Sunt etiam qui illorum conviviis Platonem cum Speusippo præfuisse scripserint (84). In hoc duodetriginta fere juvenum cœtu de difficillimis philosophiæ quæstio-

(78) De hac epistolica salutatione vide Henrici Stephani Thes. s. v. πράττειν. — (79) Plato epist. XIII p. 361. D. εἰσί μοι ἀδελφιδῶν θυγατέρες τῶν ἀποθανουσῶν τότε ὅτ' ἐγὼ οὐκ ἐστεφανούμην, σὺ δ' ἐκέλευες, τέσσαρες, ἡ μὲν νῦν ἐπίγαμος, ἡ δὲ ὀκταέτις, ἡ δὲ σμικρὸν πρὸς τρισὶν ἔτεσιν. ἡ δὲ οὔπω ἐνιαυσία. Ταύτας ἐκδοτέον ἐμοί ἐστι καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐπιτηδείοις, αἷς ἂν ἐγὼ ἐπιβιῶ· αἷς δ' ἂν μή, χαιρόντων. Καὶ ὧν ἂν γένωνται οἱ πατέρες αὐτῶν ἐμοῦ πλουσιώτεροι, οὐκ ἐκδοτέον· τὰ δὲ νῦν ἐγὼ αὐτῶν εὐπορώτερος. Καὶ τὰς μητέρας δὲ αὐτῶν ἐγὼ ἐξέδωκα καὶ μετ' ἄλλων καὶ μετὰ Δίωνος. Ἡ μὲν οὖν Σπευσίππῳ γαμεῖται, ἀδελφῆς οὖσα αὐτῷ θυγάτηρ· δεῖ δὴ ταύτῃ οὐδὲν πλέον ἢ τριάκοντα μνῶν· μέτριαι γὰρ αὗται ἡμῖν προῖκες. — (80) Plutarchus Dion. 21. Vol. VI p. 186 seq. ed. Hutten. —

(81) Vid. not. 12. — (82) Plutarchus de exsilio cap 10 Vol. X p. 376 ed. Hutten. ἡ δ' Ἀκαδημία, τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον, οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος καὶ Ξενοκράτους καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων καὶ καταβιούντων τὸν ἅπαντα χρόνον· πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς ἐπικοσμῶν, ὥς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν Conf. C. F. Hermann. *Gesch. und system der Plat. Phil.* Tom. I pag. 24. — (83) Diogenes Laertius III, 42 τὸ ἐν Εἰρεσιδῶν χωρίον. — (84) Epicrates ap. Athen. lib. II pag. 59. Τί Πλάτων καὶ Σπεύσιππος καὶ Μενέδημος πρὸς τίσι νυνὶ διατρίβουσιν; ποία φροντίς, ποῖος δὲ λόγος διερευνᾶται παρὰ τοῖσιν; τάδε μοι πινυτῶς, εἴ τι κατειδὼς ἥκεις, λέξον ποτὶ τᾶς γᾶς. B. ἀλλ' οἶδα λέγειν περὶ τῶνδε σαφῶς. Παναθηναίοις γὰρ ἰδὼν ἀγέλην μειρακίων ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημείας ἤκουσα λόγων ἀφάτων ἀτόπων. Περὶ γὰρ φύσεως ἀφοριζόμενοι διεχώριζον ζῴων τε βίον δένδρων τε φύσιν λαχάνων τε γένη. Κᾆτ' ἐν τούτοις τὴν κολοκύντην ἐξήταζον τίνος ἐστὶ γένους. A. καὶ τί ποτ' ἄρ' ὡρίσαντο καὶ τίνος γένους εἶναι τὸ φυτόν; δήλωσον, εἰ κάτοισθά τι. B. πρώτιστα μὲν οὖν πάντες ἀναυδεῖς τότ' ἐπέστησαν, καὶ κύψαντες χρόνον οὐκ ὀλίγον διεφρόντιζον. Κᾆτ' ἐξαίφνης ἔτι κυπτόντων καὶ ζητούντων τῶν μειρακίων λάχανόν τις ἔφη στρογγύλον εἶναι, ποίαν δ' ἄλλος, δένδρον δ' ἕτερος. Ταῦτα δ' ἀκούων ἰατρός τις Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς κατέπαρδ' αὐτῶν ὡς ληρούντων. A. ἦ που δεινῶς ὠργίσθησαν χλευάζεσθαι τ' ἐβόησαν· τὸ γὰρ ἐν λέσχαις ταῖσδε τοιαυτὶ ποιεῖν ἀπρεπές. B. οὐδ' ἐμέλησεν τοῖς μειρακίοις. Ὁ Πλάτων δὲ παρών, καὶ μάλα πρᾴως, οὐδὲν

nibus disserebatur, omnesque diligenter magistrum rerum origines scrutantem vel de summo bono divinitus disputantem attendebant (85). Ludicri etiam sermones et jlocalariter dicta admittebantur, interdum litteris mandabantur (86). Porro ad decorum custodiendum Speusippus, Xenocrates, Aristoteles convivantibus bibendi leges scribebant (87). Ut paucis dicam, eam in hac familia vitam Speusippus egit, quam antiquus rhetor honorum contentioni et imperii cupiditati anteponens dictaturæ perpetuæ comparavit (88). Musis in Academia sive aram sive templum Plato dicaverat (89). Deinde Speusippus, avunculi præcepta secutus, qui Gratiis semper sacrificari voluerat, museum ibi exstructum fictis earum imaginibus adornavit (90). Postero tempore ibidem Platonis ipsius statua Silanonis manu facta quam Mithridates Persa ei consecraverat, conspiciebatur (91). Joculare est, quod de inventa a Speusippo fiscinarum commode portandarum ratione accepimus (92). Sed quo animo Aristoteles in Platonem senem et familiares ejus fuerit, magna quæstio est. Ælianus (93) memoriæ prodit Platonem, cui Aristoteles ob cultum et habitum philosopho indignum displiceret, Xenocratem, Speusippum, Amyclam, alios illi præoptasse eosque tum aliis affecisse honoribus, tum ad colloquia admisisse. Quum igitur Xenocrates aliquando in patriam iter fecisset, Speusippus autem ægrotaret, ideoque disputationi adesse non posset: Aristoteles Platonem jam octogenarium et me-

ὁρινθείς, ἐπέταξ' αὐτοῖς πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἀφορίζεσθαι τίνος ἐστὶ γένους· οἱ δὲ διῄρουν. Cf. Meinek. fragm. com. gr vol. III pag. 370. Athenæus lib. XII pag. 548. a. οὐ γὰρ ἵνα συῤῥυέντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῆς ἕως τοῦ ὄρθρου γενομένης τραπέζης ἀπολαύσωσιν, ἢ χάριν ἐξοινίας, ἐποιήσαντο τὰς συνόδους ταύτας οἱ περὶ Πλάτωνα καὶ Σπεύσιππον, ἀλλ' ἵνα φαίνωνται καὶ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ φυσικῶς ἀλλήλοις συμπεριφερόμενοι καὶ τὸ πλεῖστον ἕνεκεν ἀνέσεως καὶ φιλολογίας. Cf. Eustath. comment. in Odyss. lib. I, vs. 110 pag. 1398 ed. Rom. — (85) Vid. Hermann. l. l. 79 seqq. Themist. orat. XXI pag, 245. Platonis de summo bono doctrinam numeris Pythagoricis exornatam discipuli editis commentariis illustrarunt. Aristoxenus Harmon. II, 30 ed. Meibom. Alexander Aphrodis. apud Simplicium Commentar. in Aristot. auscult. phys. fol. 32. b. coll. 104. Cf. Brandisii diatr. acad. de perdit. Aristot. libris de ideis et bono, Bonn. 1823 pag. 21 seqq. Ravaisson. de Arist. Metaph. pag. 214 sq. et quos laudat Hermannus l. l. pag. 710 sq. — (86) Plutarchus Conviv. disp. I Procem. Vol. XI pag. 2 ed. Hutten. ἐπεὶ δὲ καὶ σοὶ δοκεῖ τῶν μὲν ἀτόπων ἡ λήθη τῷ ὄντι σοφὴ κατ' Εὐριπίδην εἶνα, τὸ δὲ ὅλως ἀμνημονεῖν τῶν ἐν οἴκῳ, μὴ μόνον τῷ φιλοποιῷ λεγομένῳ μάχεσθαι τῆς τραπέζης, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀντιμαρτυροῦντας ἔχειν, Πλάτωνα καὶ Ξενοφῶντα, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Σπεύσιππον, Ἐπίκουρόν τε καὶ Πρύτανιν καὶ Ἱερώνυμον, καὶ Δίωνα τὸν ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς ἄξιόν τινος σπουδῆς πεποιημένους ἔργον, ἀναγράψασθαι λόγους παρὰ πότον γενομένους. — (87) Athenæus Epit. I pag. 3. f. ὅτι Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος καὶ Σπεύσιππος ὁ Ἀκαδημαϊκὸς καὶ Ἀριστοτέλης συμποτικοὺς νόμους ἔγραψαν. Conf. lib. V pag. 186. b. — (88) Themistius orat. XXXI de sedis prærogativa pag. 353 ed. Paris. 1684 ταύτην ἄρχει τὴν ἀρχὴν μέχρι νῦν ὁ Ἀρίστωνος, ταύτην Ἀριστοτέλης, ταύτην Σπεύσιππος, ταύτην Ξενοκράτης. Cf. Aristid. Platon.45. vol. II pag. 109 ed. Dindorf. — (89) Olympiodorus vit. Plat. διδασκαλεῖον ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ συνεστήσατο μέρος τι τούτου τοῦ γυμνασίου τέμενος ἀφορίσας ταῖς Μούσαις. Cf. vit. anonymi, Pausan. lib. I cap. 30, 2. — (90) Diogenes Laertius IV, 6 θύε ταῖς Χάρισιν Xenocrati dixit Plato. Id. IV, 1 Χαρίτων τε ἀγάλματα ἀνέθηκεν· ἐν τῷ μουσείῳ τῷ ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Ἀκαδημίᾳ ἱδρυθέντι. — (91) Diogenes Laertius III, 25 ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων Φαβωρίνου φέρεται, ὅτι Μιθραδάτης ὁ Πέρσης ἀνδριάντα Πλάτωνος ἀνέθετο εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, καὶ ἐπέγραψε· Μιθριδάτης ὁ Ῥοδοβάτου Πέρσης Μούσαις εἰκόνα ἀνέθετο Πλάτωνος, ἣν Σιλανίων ἐποίησε. — (92) Diogenes Laertius IV, 3 καὶ πρῶτος εὗρεν ᾧ τὰ φορμία τῶν φρυγάνων εὔογκα ποιοῦσιν. — (93) Ælianus var. hist. III, 19 λέγεται τὴν διαφορὰν Ἀριστοτέλους πρὸς Πλάτωνα τὴν πρώτην ἐκ τούτων γενέσθαι. Οὐκ ἠρέσατο αὐτοῦ τῷ βίῳ ὁ Πλάτων, οὐδὲ τῇ κατασκευῇ τῇ περὶ τὸ σῶμα. Καὶ γὰρ ἐσθῆτι ἐχρῆτο περιέργῳ ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ὑποδέσει· καὶ κουρὰν δὲ ἐκείρετο καὶ ταύτην ἀήθη Πλάτωνι. Καὶ δακτυλίους δὲ πολλοὺς φορῶν ἐκαλλύνετο ἐπὶ τούτῳ. Καὶ μωκία δέ τις ἦν αὐτοῦ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἄκαιρος στωμυλία λαλοῦντος κατηγόρει καὶ αὕτη τὸν τρόπον αὐτοῦ. Πάντα δὲ ταῦτα, ὡς ἔστιν ἀλλότρια φιλοσόφου δῆλον· ἅπερ οὖν ὁρῶν ὁ Πλάτων οὐ προσίετο τὸν ἄνδρα, προετίμα δὲ αὐτοῦ Ξενοκράτην καὶ Σπεύσιππον καὶ Ἀμύκλαν καὶ ἄλλους, τῇ τε λοιπῇ δεξιούμενος αὐτοὺς τιμῇ, καὶ οὖν καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν λόγων. Ἀποδημίας δέ ποτε γενομένης τῷ Ξενοκράτει εἰς τὴν πατρίδα, ἐπέθετο τῷ Πλάτωνι Ἀριστοτέλης, χορόν τινα τῶν ὁμιλητῶν τῶν ἑαυτοῦ περιστησάμενος· ὧν ἦν Μνάσων τε ὁ Φωκεύς, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. Ἐνόσει δὲ τότε ὁ Σπεύσιππος, καὶ διὰ ταῦτα ἀδύνατος ἦν συμβαδίζειν τῷ Πλάτωνι. Ὁ δὲ Πλάτων ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐγεγόνει, ὁμοῦ τι καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπελελοίπει τὰ τῆς μνήμης αὐτόν. Ἐπιθέμενος οὖν αὐτῷ, καὶ ἐπιβουλεύων ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ φιλοτίμως πάνυ τὰς ἐρωτήσεις ποιούμενος, καὶ τρόπον τινὰ καὶ ἐλεγκτικῶς, ἀδικῶν ἅμα, καὶ ἀγνωμονῶν ἦν δῆλος. Καὶ διὰ ταῦτα ἀποστὰς ὁ Πλάτων τοῦ ἔξω περιπάτου ἔνδον ἐβάδιζε σὺν τοῖς ἑταίροις. Τριῶν δὲ μηνῶν διαγενομένων, ὁ Ξενοκράτης ἀφίκετο ἐκ τῆς ἀποδημίας, καὶ καταλαμβάνει τὸν Ἀριστοτέλη βαδίζοντα, οὗ κατέλιπε τὸν Πλάτωνα. Ὁρῶν δὲ αὐτὸν μετὰ τῶν γνωρίμων οὐ πρὸς Πλάτωνα ἀναχωροῦντα ἐκ τοῦ περιπάτου, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸν απιόντα εἰς τὴν πόλιν, ἤρετό τινα τῶν ἐν τῷ περιπάτῳ, ὅποι ποτὲ εἴη Πλάτων· ὑπώπτευε γὰρ αὐτὸν μαλακίζεσθαι. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· ἐκεῖνος μὲν οὐ νοσεῖ, ἐνοχλῶν δὲ αὐτὸν Ἀριστοτέλης παραχωρῆσαι πεποίηκε τοῦ περιπάτου, καὶ ἀναχωρήσας ἐν τῷ κήπῳ τῷ ἑαυτοῦ φιλοσοφεῖ. Ὁ δὲ Ξενοκράτης ἀκούσας παραχρῆμα ἧκε πρὸς Πλάτωνα, καὶ κατέλαβε διαλεγόμενον τοῖς σὺν ἑαυτῷ. Ἦσαν δὲ μάλα συχνοὶ καὶ ἄξιοι λόγου καὶ οἱ μάλιστα δοκοῦντες τῶν νέων ἐπιφανεῖς. Ἐπεὶ δὲ ἐπαύσατο τῆς ὁμιλίας, ἠσπάσατό τε, ὡς τὸ εἰκός, τὸν Ξενοκράτη φιλανθρώπως, καὶ αὖ πάλιν ὁ Ξενοκράτης ἐκεῖνον ὁμοίως. Διαλυθείσης δὲ τῆς συνουσίας, οὐδὲν οὔτε εἰπὼν πρὸς τὸν Πλάτωνα Ξενοκράτης, οὔτε ἀκούσας, συναγαγὼν τοὺς ἑταίρους, καὶ τῷ Σπευσίππῳ πάνυ ἰσχυρῶς ἐπέπληξε, παραχωρήσαντι τοῦ περιπάτου Ἀριστοτέλει· αὐτός τε ἐπέθετο τῷ Σταγειρίτῃ κατὰ τὸ καρτερόν. Καὶ εἰς τοσοῦτον περιῆλθε φιλοτιμίας, ὡς ἐξελάσαι αὐτόν, καὶ ἀποδοῦναι τὸ σύνηθες χωρίον τῷ Πλά-

moria labentem impugnavit et captiosis interrogationibus adortus perfecit, ut senex locum suum in Academia relinqueret ac domi cum amicis se teneret. Tribus tandem mensibus interjectis Xenocrates redux, hanc rerum mutationem miratus, simul Speusippum reprehendit, quod Aristoteli cessisset, simul Stagiriten exagitatum Academiæ spatiis ejecit, Platonemque in pristinum gratiæ et honoris locum restituit.

Hanc narrationem alii repudiarunt, alii, inter quos Hermannus est, probaverunt luculentum auctorem Ælianum esse rati. (94). Utcunque est, tamen apparet Aristotelem jam Platone vivo ab Academia secessisse et Isocratis rhetoris gloria motum dicere etiam cœpisse adolescentes docere, ac sapientiæ studium cum eloquentia jungere (95). Quemadmodum vero nemo Isocrati infensius adversatus est (96) : sic eum Platoni obtrectasse ista narratione facile adducor, ut credam (97). Cum illis vero qui ad Platonis senescentis auctoritatem se contulerant, Aristoteli non fuisse amicitiam ex iis quæ exposita sunt conficitur. Speusippum certe non modo Isocrati, verum etiam Platoni addictum, simultates cum Stagirite gerere oportebat. Quare nemo dubitabit, quin Speusippi libellus πρὸς Γρύλλον (98) Aristotelis commentario cognomini Γρύλλος ἢ περὶ ῥητορικῆς (99) oppositus fuerit. Videtur enim Speusippus Isocratem contra Aristotelem defendisse. Insuper mortuo Platone quo tempore Speusippus Academiam regere cœpit, Apollodorus (100) auctor est, Stagiriten relictis Athenis Hermiam adiisse. Neque tamen Aristoteles Speusippi doctrinam scriptaque contemsisse putandus est, ut qui ei superstes mortui libros tribus talentis emisse tradatur (101). Ex eo igitur fonte fluxit Aristotelis volumen de Speusippi et Xenocratis philosophia, memoratum a Diogene Laertio lib. V, 25. Quod quale fuerit, e variis Stagiritæ locis conjici potest, ubi vel Pythagoreorum aliquod dogma Speusippo probatum Platonis decreto anteponit, vel omnino de Speusippo, Xenocrate, Platone judicat. Licet enim nonnunquam Speusippum vituperet, sæpius tamen ei quam Platoni favet, Xenocratis sententia fere ubique repudiata (102).

Plato, quem supremum diem primo Olympiadis 108 anno, ante Chr. 348 obiisse vidimus (103) cum alios testamenti exsecutores, tum Speusippum (104) constituerat. Qui quum amici more majorum cœnam funebrem facerent, eam habuit orationem, quæ post hæc edita ac modo Πλάτωνος περίδειπνον modo ἐγκώμιον inscripta hominum manibus terebatur (105). Hinc petita esse verisimile est, quæ de Platonis vita et studiis incertis auctoribus apud Diogenem et alibi afferuntur. Quæ conjectura Diogenis et Apuleji, ni fallor, testimoniis confirmatur, qui quæ super cœlesti Platonis origine ac puerili ejus institutione scribunt, Speusippo se auctore posteris tradere profitentur (106).

Ab eodem Speusippo procul dubio sumserunt veteres, quæ de Socratis somnio rumore ac fama se accepisse testificantur (107). Quod reliquum est, pietatis erga Platonem specimen etiam dedit Speusippus facto epigrammate, quod præter duo alia philosophi monumento insculptum fuisse fertur.

Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλά- [τωνος,
ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

Leguntur hi versiculi in Anthologia Planudea. Simile quidem carmen est tetrastichon, quod refert Diogenes Laertius lib. III, 44, sed ejus tertium quartumque versum Speusippi non esse persuasum habemus (108).

Dixi supra (109) morte occubuisse Platonem, successore in Academia relicto Speusippo. Qui quoniam octo annos scholæ Platonicæ inde a centesima octava Olympiade præerat, quæritur, qualis hic successor fuerit philosophus. Non negamus, eum acceptam a tam præclaro viro

των. — (94) Vid. Nunnes. ad Ammonii seu Philoponi vit. Aristot. pag. 73-75 ed. Luc. Holsten; Wynpersse de Xenocrate Chalcedonio p. 24 sqq; Trendelenburg. Platonis de ideis et numeris doctr. ex Aristotele illustrata. Lipsiæ 1826; Hermannus libr. I, I p. 124-125. — (95) Cicero Tusc. I, 4. — (96) Cicero orat. 51. — (97) Cicero de or. III, 35 : Itaque ipse Aristoteles quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam disciplinæ suæ, versumque quendam de Philocteta paullo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse *tacere, quum barbaros* : hic autem, *quum Isocratem pateretur dicere*. Conf. Orat. 19. — (98) ap. Diog. Laert. IV, 4. — (99) Diog. Laert. V, 22. — (100) Ap. Diog. Laert. V, 9. — (101) Diogenes Laertius IV, 5 ἐν δευτέρῳ ἀπομνημονευμάτων Φαβωρῖνός φησιν ὡς Ἀριστοτέλης αὐτοῦ τὰ βιβλία τριῶν ταλάντων ὠνήσατο. Gellius Noctt. Att. III, 17 : Aristotelem quoque traditum libros pauculos Speusippi philosophi, post mortem ejus, emisse talentis Atticis tribus. Ea summa fit nummi nostri HS duo et septuaginta millia. — (102) Vide fragm. 195-196-197-198. — (103) Vid. supra not. 25 et 26. — (104) Diogenes Laertius lib. III, 43 ἐπίτροποι δὲ Σωσθένης, Σπεύσιππος κτλ. — (105) Diogenes Laertius III, 2 Σπεύσιππος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περιδείπνῳ (sic leg. pro Πλάτωνος περὶ δείπνου). Idem IV, 5 Πλάτωνος ἐγκώμιον. Nam idem videtur fuisse opusculum. — (106) Vid. supra not. 5 et 7. — (107) Vid. not. 9. — (108) Vid. fragm. 186. — (109) Vid. su-

disciplinam tenuisse, quamquam partim multa a Pythagoreis mutuatus est, partim minus bene moratus fuit. Namque ut inter intelligentes talium rerum existimatores convenit, optimi Platonis discipuli Speusippus, Xenocrates et Aristoteles fuerunt. Ex his Aristotelis familiares Peripatetici dicti sunt, quia in Lyceo inambulantes disputabant : illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod fuit alterum gymnasium, cœtus et sermones habere consueverant, e loci vocabulo nomen habuerunt. Nec tamen quisquam negavit Speusippum vel Platonis exemplo vel sua sponte sæpe ambulantem disseruisse, ut qui postea Academici vocati sunt ipsius et Xenocratis auditores communi cum Aristotelis sectatoribus Peripateticorum nomine et possent appellari et frequenter appellarentur (110).

Erat Speusippo genus orationis cum lenitate quadam æquabili profluens, quod tum Platonis spiritum et copiam, tum Isocratis elegantiam numerosque exprimeret. Porro in mathematicis artibus Speusippus versabatur, quod eas cæteris disciplinis longe præstare (111) censeret. Disserendi subtilitatem cum partiendi distinguendique artificio conjunctam præeunte Platone studiose sectabatur (112). Contendit autem fieri non posse, ut quidquam definiamus, nisi omnia

141. Depositum est donum alicujus fidei permissum.

142. Purgatio est separatio deteriorum a melioribus.

143. Vincere est pugna superiorem esse.

144. Homo bonus talis est, ut homini beneficia det.

145. Modestus est qui moderatas cupiditates habet.

146. Continens est qui animi partes rectæ rationi repugnantes coercet.

147. Probus est perfecte bonus : qui suam virtutem habet.

148. Σύννοια διάνοια μετὰ λύπης ἄνευ λόγου.
149. Δυσμαθία βραδυτὴς ἐν μαθήσει.
150. Δεσποτεία ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος δικαία.
151. Ἀφιλοσοφία ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων μισολόγος ἐστί.
152. Φόβος ἔκπληξις ψυχῆς ἐπὶ κακοῦ προσδοκίᾳ.
153. Θυμὸς ὁρμὴ βίαιος ἄνευ λογισμοῦ· νοῦς τάξεως ψυχῆς ἀλογίστου.
154. Ἔκπληξις φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ κακοῦ.
155. Κολακεία ὁμιλία ἡ πρὸς ἡδονὴν ἄνευ τοῦ βελτίστου· ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπερβάλλουσα τὸ μέτριον.
156. Ὀργὴ παράκλησις τοῦ θυμικοῦ εἰς τὸ τιμωρεῖσθαι.
157. Ὕβρις ἀδικία πρὸς ἀτιμίαν φέρουσα.
158. Ἀκρασία ἕξις βιαστικὴ παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμὸν πρὸς τὰ δοκοῦντα ἡδέα εἶναι.
159. Ὄκνος φυγὴ πόνων ἀρχῆς.
160. Δειλία ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία [1].
161. Διαβολὴ διάστασις φίλων λόγῳ.
162. Καιρὸς ἐν ᾧ ἕκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι.
163. Ἀδικία ἕξις ὑπεροπτικὴ νόμων.
164. Ἔνδεια ἐλάττωσις τῶν ἀγαθῶν.
165. Αἰσχύνη φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ἀδοξίας.
166. Ἀλαζονεία ἕξις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων.
167. Ἁμαρτία πρᾶξις παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμόν.
168. Φθόνος λύπη ἐπὶ φίλων ἀγαθοῖς ἢ οὖσιν ἢ γεγενημένοις.
169. Ἀναισχυντία ἕξις ψυχῆς ὑπομενητικὴ ἀδοξίας ἕνεκα κέρδους.
170. Θρασύτης ὑπερβολὴ θράσους πρὸς φόβους οὓς μὴ δεῖ.
171. Φιλοτιμία ἕξις ψυχῆς προετικὴ πάσης δαπάνης ἄνευ λογισμοῦ.
172. Κακοφυΐα κακία ἐν φύσει καὶ ἁμαρτία τοῦ κατὰ φύσιν· νόσος τοῦ κατὰ φύσιν.
173. Ἐλπὶς προσδοκία ἀγαθοῦ.
174. Μανία ἕξις φθαρτικὴ ἀληθοῦς ὑπολήψεως.
175. Λαλιὰ ἀκρασία λόγου ἄλογος.
176. Ἐναντιότης τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος κατά τινα διαφορὰν πιπτόντων ἡ πλείστη διάστασις.
177. Ἀκούσιον τὸ παρὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον.
178. Παιδεία δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς.

---

148. Mentis suspensæ agitatio est cogitatio cum dolore ratione vacans.
149. Durior ad studia animus ingenii ad discendum tarditas est.
150. Dominium est principatus justus et legibus solutus.
151. Animus a philosophia alienus est naturæ habitus, quo qui eum gerit doctrinæ osor est.
152. Timor est animi consternatio propter impendentis mali opinionem.
153. Ira est violentus animi ratione carentis impetus : animi partis ratione vacantis sententia.
154. Consternatio est timor propter impendentis mali opinionem.
155. Adulatio est sermo ad voluntatem loquentis, eo quod optimum est carens : habitus hominis ad voluntatem loquentis, modum excedens.
156. Iracundia est adhortatio partis animi irritabilis ad ultionem.
157. Contumelia est injuria ad ignominiam tendens.
158. Incontinentia est habitus cogens, præter rectam rationem, ad ea quæ jucunda esse videntur.
159. Pigritia est suscipiendi laboris fuga.
160. Timiditas incursionis capax prima vitæ causa est.
161. Calumnia est dissidium amicorum ex sermone ortum.
162. Occasio est qua quidque ad patiendum aut ad faciendum idoneum est.
163. Injustitia est habitus contemnens leges.
164. Indigentia est deminutio bonorum.
165. Verecundia est timor propter ignominiæ exspectationem.
166. Gloriatio est habitus simulator boni aut bonorum quæ non exstant.
167. Peccatum est actio a recta ratione abhorrens.
168. Invidentia est ægritudo suscepta propter amicorum facultates, quæ iis aut sunt aut fuerunt.
169. Impudentia est animi habitus patiens ignominiæ ob lucrum.
170 Temeritas est audaciæ abundantia degenerans in timores, in quos non oportet.
171. Ambitio est animi habitus omni occasione profusos sumtus inconsiderate faciens.
172. Pravum ingenium est innata pravitas et aberratio ab eo quod naturæ convenit : morbus ejus quod naturæ conjunctum est.
173. Spes est exspectatio boni.
174. Insania est habitus qui veram opinionem mente comprehensam corrumpit.
175. Loquacitas est incontinentia sermonis aversa a recta ratione.
176. Contrarietas est eorum quæ sub idem genus secundum differentiam aliquam cadunt maximum discrimen.
177. Non voluntarium est quod præter sententiam perficitur.
178. Eruditio est colendi animi facultas.

179. Παίδευσις παιδείας παράδοσις.

180. Νομοθετικὴ ἐπιστήμη ποιητικὴ πόλεως εὐπαγής.

181. Νουθέτησις λόγος ἐπιτιμητικὸς ἀπὸ γνώμης· λόγος ἁμαρτίας ἀποτροπῆς ἕνεκεν.

182. Βοήθεια κακοῦ κώλυσις ὄντος ἢ γιγνομένου.

183. Κόλασις ψυχῆς θεραπεία ἐπὶ ἁμαρτήματι γενομένῳ.

184. Δύναμις ὑπεροχὴ ἐν πράξει ἢ ἐν λόγῳ· ἕξις καθ' ἣν τὸ ἔχον δυνατόν ἐστιν· ἰσχὺς κατὰ φύσιν.

185. Σώζειν τὸ περιποιεῖν ἀβλαβῆ.

(Definitiones hæ leguntur in decem codicibus quos Bekkerus ad Platonis editionem adornandam contulit. Eorum unus Vindobonensis 32 titulum addit Ὅροι Σπευσίππου τοῦ Πλάτωνος recentiore manu scriptum, qui in reliquis libris desideratur. De paucis tantum locis agam. — [a] Fragm. 11, posui καὶ ἡ ἐκ τοῦ αὐτομάτου cum plerisque membranis; vulgo καὶ ἐκ τοῦ αὐτομάτου. — [b] Fragm. 28. ψυχῆς λογιστικῆς rescripsi cum Stephano et codd. nonnullis; vulgo λογιστικὴ vel λογιστικῶς — [c] Fragm. 38. ὠφέλεια αὐτάρκης ζωῆς, quod exprimit Ficinus, vulgavi; libri ὠφέλεια αὐτάρκης ζώου. — [d] Fragm. 39. ὀρθὸν καὶ τὸ σεμνότατον edidi; libri ὀρθὸν τὸν σεμνότατον vel ὀρθὸν τὸ σεμνότατον vel ὀρθὸν καὶ σεμνότατον. — [e] Fragm. 40. στοχαστικός ἐστιν ἐν ἑκάστῳ recepi ex cod. regio Parisiaco 3052; vulgo στοχαστικός ἐστιν ἑκάστῳ. — [f] Fragm. 84. λογιζομένου, quod passive accipiendum, prætuli alteri scripturæ λεγομένου. — [g] Fragm. 96. μετὰ πίστεως λογική scripsi cum Stephano et codice regio Paris. 3052; vulgo μεταπειστὸς ὑπὸ λόγου. — [h] Fragm. 101. καθ' ἑαυτὸ cum Stephano recepi ex libro Vaticano 679; vulgo ἑαυτοῦ. — [i] Fragm. 106. προγιγνωσκομένων scripsi, vulgo προγινωσκομένων. — [k] Fragm. 124. παρὰ θεῶν, quod interpretatur Ficinus, recepi ex libro Paris. 3052; vulgo παρὰ θεοῖς vel παρὰ θεῷ. — [l] Fragm. 159-160. ὄκνος φυγὴ πόνων ἀρχῆς. Δειλία ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία scripsi Bekkerum secutus. Sed in codice regio Parisiaco 1807 et in Vaticano 796 pro ἀρχῆς legitur ἀρχή. Adde quod pro ὁρμῆς liber regius Paris. 1813 habet ὁρμὴ et pro αἰτία codex regius 1642 exhibet αἰτία συστολῆς. Similem lectionem exprimit Ficinus locum ita vertens : Pigritia est fuga laborum. Principium est prima causa, ut aliquid sit. Timiditas est affectio quæ percipit impetum. Conjicias igitur eum in vetusto exemplari hæc scripta repperisse : Ὄκνος φυγὴ πόνων. Ἀρχὴ πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Δειλία διάθεσις ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς. Neque tamen hoc pro certo affirmare ausim. — [m] Fragm. 182. γιγνομένου exaravi, quod est in cod. Vindobonensi 32; vulgo γινομένου, cujus loco Stephanus aliorum librorum scripturam γενομένου vulgavit.

186. Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,
ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

(Epigramma hoc tribuitur Speusippo in Anthol. Planud. 31. Simile illud est, quod præter duo alia Platonis monumento inscriptum fuisse dicit Diogenes Laertius lib. III, 44 Γαῖα μὲν ἐν κόλπῳ κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος, ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων, υἱοῦ Ἀρίστωνος, τόν τις καὶ τηλόθι ναίων τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθός, θεῖον ἰδόντα βίον. Idem exstat in Anthol. Pal. VII, 61 pag. 285 ed. Dübner. Vide Bergkium ad Poët. lyr. Græc. p. 503 et Dübnerum l. c. pag. 425.

187. Σπεύσιππος Φιλίππῳ.

Ἀντίπατρος (1) ὁ φέρων τὴν ἐπιστολὴν τὸ μὲν γένος ἐστὶ Μάγνης, γράφει δὲ Ἀθήνησι πάλαι τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις· ἀδικεῖσθαι δέ φησιν ὑπό τινος ἐν Μαγνησίᾳ. Διάκουσον οὖν αὐτοῦ (2) τὸ πρᾶγμα, καὶ βοήθησον, ὡς ἂν δύνῃ, καὶ προθυμότατα. Δικαίως δ' ἂν αὐτῷ βοηθήσειας διὰ πολλά, καὶ διότι παρ' ἡμῖν διαγνωσθέντος ἐν διατριβῇ τοῦ σοὶ πεμφθέντος ὑπὸ Ἰσοκράτους λόγου τότε, τὴν μὲν ὑπόθεσιν ἐπήνεσε, τὸ δὲ παραλιπεῖν τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ὑμῶν ἐνεκάλεσε. Πειράσομαι δ' αὐτῶν εἰπεῖν ὀλίγας. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ (3) οὔτε τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ὑπὸ σοῦ καὶ τῶν σῶν προ-

---

179. Institutio est doctrinæ traditio.

180. Ars ferendarum legum bene ordinata disciplina est, quæ rempublicam constituit.

181. Admonitio est sermo de industria reprehendentis : sermo ad errorem deprecandum accommodatus.

182. Auxilium est prohibitio mali præsentis aut nascentis.

183. Castigatio est animi sanatio propter delictum commissum.

184. Potentia est excellentia in actione aut sermone : habitus, quo quod eum gerit potens est : innatum robur.

185. Servare est incolumem tueri.

186. Corpus quidem hoc Platonis terra sinu complectitur.
Animus autem beatorum diis æqualium locum tenet.

187. Speusippus Philippo.

Antipater, qui tibi litteras affert, genere Magnes quidem est, sed Athenis jam dudum Græcorum res gestas scribit, aitque se a nescio quo in Magnesia injuriis affici. Audi ergo ex eo rem, atque opitulare homini, quantum in te situm est, et promtissime. Nam jure cum multis aliis nominibus illi præsidio eris, tum, quod quum apud nos in doctorum hominum congressu oratio ad te ab Isocrate missa examinaretur, argumentum quidem operis

γόνων δεδήλωκεν, οὔτε τὰς ὑπό τινων κατὰ σοῦ γεγενημένας διαβολὰς λέλυκεν, οὔτε Πλάτωνος ἐν τοῖς πρὸς σὲ πεμφθεῖσι λόγοις ἀπέσχηται. Καίτοι χρὴ (4) πρῶτον μὲν τὴν ὑπάρχουσαν οἰκειότητα πρὸς τὴν ἡμετέραν πόλιν αὐτὸν μὴ λαθεῖν, ἀλλὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς ἀπὸ σοῦ γενομένοις φανεράν. Ἡρακλῆς γάρ (5), ὄντος νόμου τὸ παλαιὸν ἡμῖν μηδένα ξένον μυεῖσθαι, βουληθεὶς μυεῖσθαι γίγνεται Πυλίου (6) θετὸς υἱός. Τούτου δὲ ὄντος τοιούτου, τοὺς λόγους ἐξῆν Ἰσοκράτει λέγειν ὡς πρὸς πολίτην, ἐπειδὴ τὸ γένος ὑμῶν (7) ἐστιν ἀφ' Ἡρακλέους, μετὰ ταῦτα τὰς Ἀλεξάνδρου (8) τοῦ σοῦ προγόνου, καὶ τῶν ἄλλων τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ἐξαγγέλλειν. Νυνὶ δὲ ὥσπερ ἀποῤῥήτους συμφορὰς αὐτῶν κατασεσιώπηκεν. Ξέρξου (9) γὰρ πρέσβεις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πέμψαντος γῆν καὶ ὕδωρ αἰτήσοντας, Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν πρέσβεις ἀπέκτεινεν· ὕστερον δέ, στασιαζόντων τῶν βαρβάρων, οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὴν ἡμετέραν Ἡράκλειαν (10) ἀπήντησαν, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Ἀμύντου τὴν Θετταλῶν προδοσίαν (11) τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος, ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δι' Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν. Καίτοι τούτων χρὴ οὐ μόνον Ἡρόδοτον καὶ Δαμάστην (12) μεμνῆσθαι τῶν εὐεργεσιῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν ταῖς τέχναις ἀποφαινόμενον ἐκ τοῦ τῶν προγόνων ἐγκωμίου εὔνους δεῖν ποιῆσαι τοὺς ἀκροατάς (13). Προσήκει δὲ καὶ τὴν ἐν Πλαταιαῖς ἐπὶ Μαρδονίου γεγενημένην δηλῶσαι, καὶ τὰς ἑξῆς τούτου τὰς τῶν σῶν προγόνων εὐεργεσίας. Οὕτως γὰρ ἂν ὁ περὶ (15) σοῦ γραφεὶς λόγος τῆς παρὰ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίας ἔτυχε μᾶλλον, ἢ μηδὲν ἀγαθὸν περὶ τῆς ὑμετέρας βασιλείας εἰπόντος. Ἦν δὲ καὶ τὰ παλαίτερα διαλεχθῆναι (16) τῆς Ἰσοκράτους ἡλικίας, τὸ δέ, εὐθαλῶς, ὥς φησιν αὐτός, ἀνθούσης τῆς διανοίας. (17) Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς διαβολὰς ἐνῆν λῦσαι τὰς τὸ πλεῖστον ὑπ' Ὀλυνθίων γιγνομένας. Τίς γὰρ ἂν οὕτως εὐήθη σε νομίσειεν (18), ὥστε σοι πολεμούντων Ἰλλυριῶν καὶ Θρακῶν, ἔτι τε Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ ἄλλων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, πόλεμον πρὸς Ὀλυνθίους ἐξενεγκεῖν; Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐχ ἐν ἐπιστολῇ πρὸς σὲ μηκυντέον. Ἃ δέ ἐστιν οὐχ ἐμποδὼν τοῖς τυχοῦσιν εἰπεῖν, ἐκ πολλοῦ τε χρόνου τοῖς πᾶσι κατασεσιώπηται, συμφέρει δέ σοι πυθέσθαι, ταῦτά μοι δοκεῖ φράσειν (19), καὶ τούτων ἀξιώσειν εὐαγγέλια (20) δικαίαν χάριν Ἀντιπάτρῳ παρὰ σοῦ δοθῆναι. Περὶ γὰρ τῆς γιγνομένης Ὀλυνθίοις χώρας, ὡς ἔστι τὸ παλαιὸν Ἡρακλειδῶν, ἀλλ' οὐ Χαλκιδέων, ὁ φέρων τὴν ἐπιστολὴν (21) μόνος καὶ πρῶτος ἀξιοπίστους μύθους εἴρηκεν. Τὸν αὐτὸν γάρ, φησι, τρόπον Νηλέα (22) μὲν ἐν Μεσσήνῃ, Συλέα (23) δὲ περὶ τὸν Ἀμφιπολιτικὸν τόπον ὑφ' Ἡρακλέους ὑβριστὰς ὄντας ἀπολέσθαι, καὶ δοθῆναι παρακαταθήκην φυλάττειν, Νέστορι μὲν τῷ Νηλέως Μεσσήνην (24), Δικαίῳ δὲ τῷ Συλέως (25) ἀδελφῷ τὴν Φυλλίδα χώραν· καὶ Μεσσήνην μὲν ὕστερον πολλαῖς γενεαῖς Κρεσφόντην (26) κομίσασθαι, τὴν δὲ Ἀμφιπολῖτιν (27) Ἡρακλειδῶν οὖσαν Ἀθηναίους καὶ Χαλκιδεῖς λαβεῖν. Ὡσαύτως (28) ὑφ' Ἡρακλέους

---

laudavit, beneficia autem a vobis in Græciam collata silentio prætermissa esse questus est. Eorum pauca memorare conabor. Etenim Isocrates neque beneficia a te et majoribus tuis Græciæ tributa declaravit, neque probra a quibusdam in te jactata diluit, neque in scriptis ad te missis Platonis insectatione abstinuit. Atqui debebat ante omnia, quæ intercedat vobis cum nostra urbe necessitudo non ignorare, sed posteris tuis eam planam facere. Hercules enim, quum olim lege sanctum esset Athenis, ne peregrinus mysteriis initiaretur, initiari cupiens a Pylio adoptatus est. Quæ res quum ita se habeat, in te tanquam in civem, quoniam ab Hercule genus ducis, Isocrati dicta ingerere licebat, post hæc autem Alexandri, unius e majoribus tuis, cæterorumque beneficia apud Græcos collocata celebrare. At nunc ille quasi non divulgandas clades ipsorum res istas relicuit. Siquidem legatos a Xerxe in Græciam missos, qui aquam et terram poscerent, Alexander interfecit : deinde barbaris seditiose inter se certantibus, Græci Heracleam nostram petiverunt, et Alexandro Amyntæ filio ipsis Thessalorum proditionem indicanti prosperum in patriam reditum debuerunt. Quamquam horum beneficiorum non solum Herodotum ac Damasten memores esse oportebat, sed illum etiam qui in institutione oratoria tradit, e majorum laudibus auditorum benevolentiam oratori esse conciliandam. Præterea illud beneficium, quo ad Platæas sub Mardonio ornati estis, cæteraque huic proxima majorum tuorum merita declaranda erant. Talis enim oratio de te scripta Græcorum benevolentiam magis collegisset, quam hominis nullam laudem vestro regno tribuentis sermo. Licebat etiam res ante Isocratis ætatem gestas edisserere, præsertim quum, ut ipse dicit, incorrupta mentis sanitate esset. Poterat item criminationes repellere quæ ab Olynthiis plerumque afferebantur. Quis enim te adeo stultum existimabit, ut belligerantibus tecum Illyriis, Thracibus, præterea Atheniensibus et Lacedæmoniis, nec non cæteris Græcis et barbaris, Olynthiis arma inferas? Sed de his rebus in epistola ad te data non est copiosius disputandum. Quæ vero orationis cursum non morantur et ab omnibus jam pridem silentio præterita sunt, et quorum cognitio tibi prodesse potest : ea mihi dicenda videntur simulque a te petendum, ut pro illis Antipatro exoptatum nuntium afferenti meritum præmium des. Namque agrum, quem Olynthii possident, olim Heraclidarum, non Chalcidensium fuisse, ipse qui tibi litteras reddit, solus ei primus probabili ratione demonstravit. Eodem enim modo ait Neleum apud Messenios, Syleum autem in regione Amphipolitana ab Hercule ut injuriosos trucidatos, et tanquam rem depositam Nestori quidem Nelei filio Messe-

ἀναιρεθῆναι κακούργους καὶ παρανόμους, Ἱπποκόωντα (29) μὲν ἐν Σπάρτῃ τύραννον, Ἀλκυονέα (30) δὲ ἐν Πολλήνῃ, καὶ Σπάρτην μὲν Τυνδάρεῳ, Ποτίδαιαν δὲ καὶ τὴν ἄλλην Παλλήνην Σιθῶνι (31) τῷ Ποσειδῶνος παρακαταθέσθαι (32), καὶ τὴν μὲν Λακωνικὴν τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας ἐν ταῖς Ἡρακλειδῶν καθόδοις ἀπολαβεῖν, Παλλήνην δὲ Ἐρετριεῖς καὶ Κορινθίους, καὶ τοὺς ἀπὸ Τροίας Ἀχαιούς, Ἡρακλειδῶν οὖσαν κατασχεῖν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐξαγγέλλει (33) περὶ τὴν Τορωναίαν τοὺς Πρωτείδας (34) τυράννους, Τμῶλον (35) καὶ Τηλέγονον ὡς Ἡρακλῆς ἀνέλοι, καὶ περὶ Ἀμβρακίαν Κλείδην καὶ τοὺς Κλείδου παῖδας ἀποκτείνας, Ἀριστομάχῳ μὲν τῷ Σιθῶνος τὴν Τορωναίαν τηρεῖν προστάξειεν, ἣν Χαλκιδεῖς ὑμετέραν οὖσαν κατῴκισαν· Λαδίκῃ δὲ καὶ Χαράττῃ (36) τὴν Ἀμβρακικὴν χώραν ἐγχειρίσειεν (37) ἀξιῶν ἀποδοῦναι τὰς παρακαταθήκας τοῖς ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένοις (38). Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ὑπογυίους Ἀλεξάνδρου τῆς Ἠδωνῶν χώρας κτήσεις Μακεδόνες πάντες ἴσασιν· καὶ ταῦτά ἐστιν οὐ προφάσεις Ἰσοκράτους, οὐδὲ ὀνομάτων ψόφος (39), ἀλλὰ λόγοι δυνάμενοι τὴν σὴν ἀρχὴν ὠφελεῖν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τῶν Ἀμφικτυονικῶν πραγμάτων δῆλος εἶ σπουδάζων, ἐβουλήθην σοι φράσαι μῦθον παρὰ Ἀντιπάτρου, τίνα τρόπον πρῶτον οἱ Ἀμφικτύονες συνέστησαν (40), καὶ πῶς ὄντες Ἀμφικτύονες Φλεγύαι μὲν ὑπὸ Ἀπόλλωνος (41) Δρύοπες δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους (42), Κρισσαῖοι δὲ ὑπὸ Ἀμφικτυόνων ἀνῃρέθησαν (43). Οὗτοι γὰρ πάντες Ἀμφικτύονες γενόμενοι τῶν ψήφων ἀφῃρέθησαν, ἕτεροι δὲ τὰς τούτων ψήφους λαβόντες τῆς τῶν Ἀμφικτυόνων συντελείας μετέσχον, ὧν ἐνίους σέ φησι μεμιμῆσθαι, καὶ λαβεῖν ἆθλον Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας παρὰ τῶν Ἀμφικτυόνων τὰς δύο Φωκέων (44) ψήφους. Ὧν ὁ τὰ παλαιὰ καινῶς (45), καὶ τὰ καινὰ παλαιῶς ἐπαγγελλόμενος διδάσκειν, λέγει νῦν οὔτε τὰς ἀρχαίας πράξεις, οὔτε τὰς ὑπὸ σοῦ νεωστὶ διαγωνισθείσας, οὔτε τὰς τοῖς χρόνοις μεταξὺ γενομένας μεμύθευκε. Καίτοι δοκεῖ τὰς μὲν οὐκ ἀκηκοέναι, τὰς δὲ οὐκ εἰδέναι, τῶν δὲ ἐπιλελῆσθαι. Πρὸς δὲ τούτοις ἐπὶ πράξεις σε δικαίας παρακαλῶν ὁ σοφιστής, τὴν μὲν Ἀλκιβιάδου φυγὴν καὶ κάθοδον ἐπαινῶν, ἐν παραδείγματι δεδήλωκε, τὰ δὲ μείζω καὶ καλλίω πράγματα τῷ πατρί σου πραχθέντα παρέλιπεν. Ἀλκιβιάδης (46) μὲν γὰρ ἐπ' ἀσεβείᾳ φυγών, καὶ πλεῖστα τὴν πατρίδα τὴν αὐτοῦ κακῶς ποιήσας, εἰς αὐτὴν κατῆλθεν· Ἀμύντας δὲ ὑπὲρ βασιλείας στάσει (47) νικηθεὶς βραχὺν χρόνον ὑποχωρήσας (48), μετὰ ταῦτα πάλιν Μακεδονίας ἦρξεν. Εἶθ' ὁ μὲν πάλιν φυγὼν αἰσχρῶς τὸν βίον ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ σὸς πατὴρ βασιλεύων κατεγήρασεν. Παρήνεγκε δέ σοι καὶ τὴν Διονυσίου (49) μοναρχίαν, ὥσπερ προσῆκόν σοι τοὺς ἀσεβεστάτους, ἀλλ' οὐ τοὺς σπουδαιοτάτους μιμήσασθαι, καὶ ζηλωτὴν τῶν κακίστων, ἀλλ'

---

nen, sed Dicæo, Sylei fratri Phyllida regionem custodiendam traditam esse, et Messenen multis sæculis post ad Cresphonten pervenisse, Amphipolitana autem regione, quæ Heraclidarum erat, Athenienses et Chalcidenses esse potitos. Similiter ab Hercule Hippocoontem Spartanorum, item Alcyoneum Pallenæorum tyrannos facinorosos jurisque violatores obtruncatos, ac Spartam Tyndareo, Potidæam et reliquam Pallenen Sithoni Neptuni filio concreditas esse, Laconicam vero in Heraclidarum reditu Aristodemi filios recuperasse : Pallenen denique Eretrienses atque Corinthios Achivosque, qui Troja venerant, Heraclidarum quum esset, occupasse. Eadem ratione Protei filios tyrannos, Tmolum et Telegonum circa Toronæam refert ab Hercule occisos esse, qui etiam in Ambracia Clide ejusque filiis interemtis, Aristomacho Sithonis filio, ut Toronæam servaret, mandaverit, quam Chalcidenses, vestra quum esset, incolis frequentarunt : Ladicæ autem et Charattæ fidei Ambraciam regionem commiserit, eo animo ut stirpi ex se relictæ depositum redderent. Quid? quod recentes quoque Alexandri Hedonorum regis possessiones Macedones omnes norunt : atque hæc non sunt velamenta, quæ Isocrates orationi suæ quæsiverit, neque inanis verborum sonitus, sed argumenta ad confirmandum imperium tuum accommodata. Sed quando et in Amphictyonum rebus aperte operam ponis, allata ex Antipatro fabula tibi exponere volui, qua ratione Amphictyones primum societatem coierint, et quomodo quum Amphictyones essent Phlegyæ ab Apolline, Dryopes ab Hercule, Crissæi ab Amphictyonibus deleti sint. Hi enim omnes qui Amphictyones essent suffragio privati sunt, aliique illorum loco jam suffragia ferentes Amphictyonum concilio accesserunt, quorum nonnullos ait te imitatum Pythiis Delphicæ expeditionis præmium duplicem Phocensium calculum ab Amphictyonibus accepisse. Quæ omnia homo ille, qui se antiqua novo modo, recentia per speciem vetustatis docere profitetur, silentio præterit, quippe qui neque majorum gesta, neque facinora nuper a te fortiter et animose facta, neque opera interposito spatio edita enarraverit. Quamquam mihi videtur ea partim non audivise, partim non nosse, partim oblivioni dedisse. Præterea quum dicendi artifex te ad honestas actiones adhortaretur, Alcibiadis quidem exsilium atque in patriam reditum mirifice laudatum tibi tanquam exemplum proposuit, sed majora et pulchriora patris tui facta prætermisit. Alcibiades enim quamvis ob impietatem exsilio multatus esset plurimaque detrimenta patriæ importasset, tamen eam repetiit : Amyntas autem in regno occupando primum seditione superatus parumper cessit, deinde iterum regni Macedonici potitus est. Postea ut ille rursus exilium ejectus turpiter vitam finivit : ita tuus pater in regia potestate consenuit. Porro Dionysii dominationem tibi proposuit, tanquam si te deceret nequissimos, non probis-

οὐ τῶν δικαιοτάτων γενέσθαι. Καί φησι μὲν ἐν ταῖς τέχναις προσήκειν οἰκεῖα καὶ γνώριμα τὰ παραδείγματα (50) φέρειν· ὀλιγωρήσας δὲ τῆς τέχνης, ἀλλοτρίοις καὶ τοῖς αἰσχίστοις, καὶ τοῖς πρὸς τὸν λόγον ὡς ἐναντιωτάτοις παραδείγμασι χρῆται. Καίτοι πάντων καταγελαστότατα τοιαῦτα γράφων χαριέντως ἀμύνασθαί φησι τῶν μαθητῶν τοὺς ἐπιτιμῶντας (51). Οἱ δὲ χειρωθέντες ὑπὸ τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων ἀκμαζόντων τῆς ῥητορικῆς τῇ δυνάμει (52), καὶ παρὰ ταῦτα οὐδὲν ἔχοντες εἰπεῖν οὕτως ἐπῄνεσαν τὸν λόγον, ὥστε τὸ πρωτεῖον τῶν λόγων τῷ λόγῳ τούτῳ δεδώκασι. Καταμάθοις δ' ἂν ἐν βραχεῖ τὴν Ἰσοκράτους ἱστορίαν ἐξ ὧν Κυρηναίους μὲν ποιεῖ (53) τοὺς ἀκούοντας ἀποίκους Λακεδαιμονίων, τὸν δὲ Ποντικὸν (54) μαθητὴν ἀπέδειξε τῆς αὐτοῦ σοφίας διάδοχον, οὗ σὺ πολλοὺς τεθεαμένος σοφιστὰς βδελυρώτερον οὐχ ἑώρακας. Πυνθάνομαι δὲ καὶ Θεόπομπον (55) παρ' ὑμῖν μὲν εἶναι πάνυ ψυχρόν, περὶ δὲ Πλάτωνος βλασφημεῖν (56), καὶ ταῦτα, ὥσπερ οὐ Πλάτωνος τὴν ἀρχὴν τῆς ἀρχῆς ἐπὶ Περδίκκα (57) κατασκευάσαντος καὶ διὰ τέλους χαλεπῶς φέροντος, εἴ τι γίγνοιτο παρ' ὑμῖν ἀνήμερον ἢ μὴ φιλάδελφον. Ἵνα οὖν Θεόπομπος παύσηται τραχὺς ὢν, κέλευσον Ἀντίπατρον παραναγνῶναι τῶν ἑλληνικῶν πράξεων αὐτῷ, καὶ γνώσεται Θεόπομπος δικαίως μὲν ὑπὸ πάντων ἐξαλειφόμενος, ἀδίκως δὲ παρὰ σοῦ χορηγίας τυγχάνων. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰσοκράτης, ἐπειδὴ νέος μὲν ὢν εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου (59) καθ' ὑμῶν ἐπιστολὰς αἰσχρὰς ἔγραψε, νυνὶ δὲ πρεσβύτης ὢν ὥσπερ ἀγνοῶν, ἢ φθονῶν (60) τὰ πλεῖστα τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν (61) παραλέλοιπεν· ἀπέσταλκε δέ σοι λόγον, ὃν τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν Ἀγησιλάῳ, μικρὰ διασκευάσας ὕστερον ἐπώλει τῷ Σικελίας τυράννῳ (62) Διονυσίῳ· τὸ δὲ τρίτον τὰ μὲν ἀφελών, τὰ δὲ προσθεὶς ἐμνήστευσεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Θετταλῷ· τὸ δὲ τελευταῖον νῦν πρὸς σὲ γλίσχρως αὐτὸν ἐπηκόντισεν. Βουλοίμην δ' ἂν χωρῆσαι τὸ βυβλίον (63) ἀναμνῆσαι τὰς ἐν τῷ λόγῳ πρὸς σὲ πεμφθείσας ὑπ' αὐτοῦ προφάσεις. Ἐπὶ μὲν γὰρ Ἀμφιπόλεώς φησι κωλῦσαι τὴν γενομένην εἰρήνην γράψαι λόγον ὑπὲρ τῆς Ἡρακλέους ἀθανασίας (64), ὕστερον δὲ αὐτῷ σοι φράσειν. Ὑπὲρ ἐνίων δὲ διὰ τὴν ἡλικίαν ὁμολογῶν (65) μαλακώτερον γράφειν, συγγνώμης ἀξιοῖ τυχεῖν· μὴ θαυμάζειν δέ, εἰ καί πως ἀναγνοὺς ὁ Ποντικὸς (66) ἀμβλύτερον καὶ φαυλότερον ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν λόγον· τὸν Πέρσην δὲ ὡς καταστρατηγήσεις αὐτὸν εἰδέναι σέ φησιν. Ἀλλὰ γὰρ τὰς λοιπὰς σκήψεις γράφοντα (67) ἐπιλείπει με τὸ βυβλίον· (68) τοσαύτην ἡμῖν σπάνιν βυβλίων βασιλεὺς Αἴγυπτον λαβὼν πεποίηκεν. Ἔρρωσο, καὶ Ἀντιπάτρου διὰ ταχέων ἐπιμεληθεὶς πρὸς ἡμᾶς αὐτὸν ἀπόστειλον.

(Epistola hæc omisso auctoris nomine simpliciter Φιλίππῳ inscripta, quæ inter Socraticas trigesima est, legitur apud Orellium (in Epist. Socraticorum et Pythagoreorum Lipsiæ 1815) pag. 35-39. Eam autem cum Leone Allatio et aliis Speusippo vindicamus, quia convenit cum ejusdem philosophi loco quem ex litteris ad Philippum Macedonem missis Carystius Perga-

simos imitari, et pessimorum, non justissimorum regum æmulatorem esse. Sed quamquam ipse in institutione oratoria tradit, apta notaque exempla esse afferenda, tamen oblitus artis alienis, turpissimis et argumento quam maxime contrariis exemplis utitur. Verum cum alias res perridiculas scribit, tum omnium lepidissime ait, ulturum se discipulos ipsum objurgantes. At illi circumventi ab ejus assectatoribus dicendi facultate florentibus quum nihil præter hæc dicere possent, tanto plausu exceperunt orationem, ut ex omnibus orationibus dignitatis principatum huic dederint. Animadvertes autem brevi, quæ sit in Isocrate rerum cognitio, siquidem Cyrenenses qui vocantur Lacedæmoniorum colonos facit, et Ponticum discipulum suæ sapientiæ successorem atque heredem instituit, quo tu, licet multos conspexeris sophistas, neminem impuriorem vidisti. Accipio etiam Theopompum apud vos deversantem, hominem valde frigidum, verborum contumeliis lacerare Platonem, idque quasi non a Platone tempore Perdiccæ regni tui fundamenta jacta sint, et perpetuo hoc ægre tulerit Plato, si quid apud vos minus humanum, et quod a fraterno amore abhorreret, contigisset. Ut igitur Theopompus agrestis esse desinat, jube Antipatrum Græcorum res gestas illo audiente in comparationem diligentiæ legere; et Theopompus jure quidem ab omnibus abjici, injuria vero a te beneficiis se ornari sentiet. Similiter et Isocrates, postquam juvenis adhuc una cum Timotheo contra vos epistolas probrosas ad populum scripsit, nunc senex, quasi ignoraret, aut invideret, majorem virtutum vestrarum partem silentio præteriit, misitque ad te orationem, quam primum Agesilao inscripserat, deinde paucis mutatis Dionysio, Siciliæ tyranno, vendidit : tum aliis demtis aliis additis Alexandro Thessalo despondit : postremo nunc illiberaliter in te, ut ita dicam, jaculatus est. Vellem autem charta sufficeret ad commemorandas speciosas, quibus in oratione ad te missa utitur, excusationes. Nam de Amphipoli fatetur, pacem factam obstitisse, ne orationem super Herculis immortalitate scriberet, se tamen in posterum ea de re tibi verba facturum. Quum vero nonnulla propter ætatem se languidius tractasse confiteatur, veniam sibi dari vult, nec mirari te, si forte Pontico remissius recitante abjectior etiam et humilior tibi videatur oratio; Persarum autem regem a te profligatum iri se scire affirmat. Sed enim reliqua quæ prætendit scripturum deficit me charta : ad tantam papyri inopiam nos redegit rex Ægypto potitus. Vale et Antipatrum celeriter opera tua sublevatum ad nos remitte.

menus in commentarios rettulit exscripsitque Athenæus XI, p. 506. e. De singulis locis pauca dicenda. 1 Ἀντίπατρος videtur esse Alexandri successor, de quo Suidas : Ἀντίπατρος Ἰολάου, πόλεως δὲ Παλιούρας τῆς Μακεδονίας, στρατηγὸς Φιλίππου, εἶτα Ἀλεξάνδρου, καὶ διάδοχος βασιλείας, μαθητὴς Ἀριστοτέλους, κατέλιπεν ἐπιστολῶν σύγγραμμα ἐν βιβλίοις δυσί, καὶ ἱστορίαν, τὰς Περδίκκου πράξεις Ἰλλυρικὰς κτλ. Cf. Fabric. Bibl. Græc. Vol. III pag. 465 ed. Harl. — 2 αὐτοῦ] correxit Allatius; codd. αὐτῷ. — 3 Sequitur censura quintæ orationis Isocrateæ, quam multis nominibus Speusippus reprehendit. — 4 χρὴ] quominus in χρῆν mutes, obstat idem præsentis temporis usus in sequentibus. — 5 Ἡρακλῆς γάρ, ὄντος κτλ.] Ita locum emendavit Hemsterhusius ad Schol. Aristoph. Plut. v. 1014, ubi hæc leguntur : ἐστὶ καὶ μικρὰ μυστήρια γινόμενα δι' Ἡρακλέα. Ἡρακλῆς γὰρ ἐπιστὰς ἠξίου μυεῖσθαι, ἔθος δὲ ἦν Ἀθηναίοις ξένον μὴ μυεῖν. Μὴ βουλόμενοι δὲ λῦσαι τὸ ἔθος μηδὲ ἀπῶσαι τὸν εὐεργέτην Ἡρακλέα, ἐπενόησαν μυστήρια εὐμετάδοτα. — 6 Πυλίου] Ita rescribendum esse docet Scholiastes Homeri ad Iliad. θ. 368 : ἦλθεν Ἡρακλῆς πρὸς Εὔμολπον εἰς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηθῆναι· ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι· διὸ γίνεται Πυλίου θετὸς υἱός, καὶ διαγενόμενος ἐμυεῖτο. Cf. Apollodorus II, 5, 12; codd. Πηλίου. — 7 ὑμῶν] Philippus, Alexandri pater, ab Hercule se oriundum ferebat. Vid. Theocrit. Idyll. XVII et Plutarchum in vit. Alexandri cap. 1. Quare aliorum codd. lectio ἡμῶν ferri non potest. — 8 τὰς Ἀλεξάνδρου] Vid. Herodot. IX, 44 et 45. — 9 Confundit tempora epistolæ auctor. Legatos enim non Xerxis, qui ei amicissimus erat, adeo ut ab rege Græciam occupante totam regionem inter Olympum et Hæmum montes interjectam dono acciperet, sed Darii Hystaspis ad patrem Amyntam, Macedonum regem, missos, qui terram et aquam poscerent, super vinum et epulas trucidavit Alexander. Testes sunt Herodotus lib. V cap. 17-21 et Justin. lib. VII, cap. 3. — 10 ἐπὶ τὴν ἡμετέραν Ἡράκλειαν] scripsi; codd. ἐπὶ τὸ ἡμέτερον Ἡράκλειον. Est autem intelligenda urbs illa Phthiotidis prope sinum Maliacum et Thermopylas sita, quæ Ἡράκλεια Φθιώτιδος vel ἡ ἐν Τραχῖνι vocari solet. Cf. Thucyd. III, 92 IV, 78; Strabo I p. 60; Ptolem. III, 13, 46; Hermippus apud Athen. XI p. 461. e. Cæterum ἡμετέραν dicit, quia Græcorum erat colonia a Lacedæmoniis ibi constituta. — 11 Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Ἀμύντου τὴν Θετταλῶν προδοσίαν] scripsi; codd. Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν Ἀλέου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν. Vid. Herod. VII, 172 seq. — 12 Δαμάστην] intelligit Damasten, Dioxippi filium, historicum, memoratum a Dionysio Halicarnassensi de Thucydidis charactere Vol. VI pag. 818 ed. Reisk. Plutarcho in vita Camilli, Valerio Maximo lib. VIII cap. 13, aliis, de quo Suidas hæc tradit : Δαμάστης Σιγειεὺς ἀπὸ Σιγείου, γῆς τῆς Τρῳάδος, Διωξίππου υἱὸς γεγονώς, πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν, σύγχρονος Ἡροδότου, τῶν παλαιτάτων ἱστορικός· γέγραφε περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι γενομένων περὶ γονέων καὶ προγόνων, τῶν εἰς Ἴλιον στρατευσαμένων βιβλία δύο, ἐθνῶν κατάλογον καὶ πόλεων, περὶ ποιητῶν καὶ σοφιστῶν, καὶ ἄλλα συχνά· γέγονε δὲ Ἑλλανίκου μαθητής. Contemnitur a Strabone qui Eratosthenem reprehendit, quod illius et similium scriptorum testimoniis sententiam suam confirmet. Strabonis verba sunt lib. I pag. 47 ed. Casaub. οὐδὲ τοῦτ' εὖ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἀνδρῶν οὐκ ἀξίων μνήμης ἐπὶ πλέον μέμνηται, τὰ μὲν ἐλέγχων τὰ δὲ πιστεύων καὶ μάρτυσι χρώμενος αὐτοῖς, οἷον Δαμάστῃ καὶ τοιούτοις ἄλλοις. κ. τ. λ. — 13 ἐκ τοῦ τῶν προγόνων ἐγκωμίου εὔνους δεῖν ποιῆσαι τοὺς ἀκροατάς] scripsi; codd. ἐκ τῆς προγ... εὔνους δεῖν προσεῖναι τοὺς ἀκροατάς. — 14 τὴν ἐν Πλαταιαῖς ἐπὶ Μαρδονίου γεγενημένην] Vid. Herodot. IX, 44. — 15 περὶ] correxit Allatius; codd. παρά. — 16 τὰ παλαίτερα διαλεχθῆναι] posui; membranæ τὰ παλαιὰ διαλεχθῆναι. — 17 τὸ δέ, εὐθαλῶς, ὥς φησιν αὐτός, ἀνθούσης τῆς διανοίας] spectat Isocratis verba orat. V, pag. 84 ed. Steph. ταῦτα δὲ διανοηθείς, καὶ νομίσας οὐδέποτ' ἂν εὑρεθῆναι καλλίω ταύτης ὑπόθεσιν οὐδὲ κοινοτέραν οὐδὲ μᾶλλον ἅπασιν ἡμῖν ξυμφέρουσαν, ἐπήρθην πάλιν γράψαι περὶ αὐτῆς, οὐκ ἀγνοῶν οὐδὲν τῶν περὶ ἐμαυτόν, ἀλλ' εἰδὼς μὲν τὸν λόγον τοῦτον οὐ τῆς ἡλικίας τῆς ἐμῆς δεόμενον, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος καὶ τὴν φύσιν πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντος. — 18 τίς γὰρ ἂν οὕτως εὐήθη σε νομίσειεν] emendavit Schæfer. libri τίς γὰρ ἂν οὕτως εὐήθης νομίσειεν. — 19 ταῦτα μοι δοκεῖ (al. δοκῶ) φράσειν] verborum junctura nequaquam mendosa. Vid. Matthiæ Gramm. Gr. § 506. VI. Adde Krugerum ad Thucyd. I, 27, 2 et Lobeck. ad Phryn. p. 747 seqq. — 20 εὐαγγέλια] reposui; codd. εὐαγγελίᾳ. — 21 ὁ φέρων τὴν ἐπιστολήν] sequentia de Herculis rebus gestis et tyrannorum occisorum regnis, quæ frustra alibi quæras, ex Antipatri historiis excerpta videntur. — 22 Νηλέα] Vid. Apollodor. Bibl. lib. II cap. 7, 3 et ibi Heynium p. 187. — 23 Συλέα] correxit Orellius; libri Δυλέα. — 24 Νέστορι μὲν τῷ Νηλέως Μεσσήνην] Rem narrat Philostratus in Heroicis pag. 696 ed. Olear. — 25 Δικαίῳ δὲ τῷ Συλέως ἀδελφῷ] correxit Orellius; libri Δικαίῳ δὲ τῷ Νηλέως ἀδελφῷ Cf. Conon. Narrat. XVII. — 26 Κρεσφόντην] scripsi; libri Κρε-

σφόντα. Vid. Pausan. lib. IV cap. III. — 27 Ἀμφιπολῖτιν] emendavit Schæfer; codd. Ἀμφιπολίτην. — 28 ὡσαύτως] correxit Allatius; libri ὁ δ' αὔτως. — 29 Ἱπποκόωντα] Vide Pausan. III, 15. Diodor. IV, 33. Apollodor. II, 7, 4 et III, 10, 5. — 30 Ἀλκυονέα] Cf. Apollodor. lib. I cap. VI, 1. — 31 Σιθῶνι] al. Σίθωνι, ut apud Parthen. ἐρωτ. παθ. cap. 6. Cf. Conon. Narrat. X. — 32 παρακαταθέσθαι] i. e. ἐγχειρισθῆναι. Vid. Matthiæ Gr. § 496. 8. — 33 ἐξαγγέλλει] correxit Bremius; codd. ἐξαγγέλλειν. — 34 Πρωτείδας] scripsi; libri Πρωτίδας. — 35 Τμῶλον καὶ Τηλέγονον] Confudisse videtur Speusippus Tmolum, Lydorum regem, Omphales maritum, qui moriens uxori regnum reliquit, cum Polygono, Protei filio, ab Hercule cæso. Sic enim Apollodorus lib. II cap. V, 9 ἐκ Θάσου δὲ ὁρμηθεὶς (Ἡρακλῆς) ἐπὶ Τορώνην, Πολύγωνον καὶ Τηλέγονον, τοὺς Πρωτέως τοῦ Ποσειδῶνος υἱούς, παλαίειν προκαλουμένους, κατὰ τὴν πάλην ἀπέκτεινε. — 36 Λαδίκῃ δὲ καὶ Χαράττῃ] posui præeunte Bremio; codd. Λαδίκη καὶ Χαράττη. — 37 ἐγχειρίσειεν] correxit Bremius; libri ἐγχειρήσειεν. — 38 ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένοις] scripsi; codd. ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένοις. — 39 ὀνομάτων ψόφος] emendavit Valckenarius ad Eur. Phœn. v. 397 pag. 249. Vide eundem in Callimacheis p. 285; codd. ὀνομάτων ψόγος. — 40 τίνα τρόπον πρῶτον οἱ Ἀμφικτύονες συνέστησαν] Cf. Dionysius Halicarnassensis antiq. rom. lib. IV cap. 25 vol. II p. 702 ed. Reisk; Pausanias lib. II cap. VII, lib. X cap. VIII et alibi. — 41 Φλεγύαι μὲν ὑπὸ Ἀπόλλωνος] De Phlegyis pestilentia deletis vid. Pausan. lib. IX cap. 36. —42 Δρύοπες δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους] cf. Apollodor. lib. II cap. VII, 7. — 43 Κρισσαῖοι δὲ ὑπὸ Ἀμφικτυόνων ἀνῃρέθησαν] Vide Strabonem lib. IX p. 416 seqq. ed. Casaub. — 44 καὶ λαβεῖν ἆθλον Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας παρὰ τῶν Ἀμφικτυόνων τὰς δύο Φωκέων ψήφους] scripsi cum Orellio; codd. καὶ λαβεῖν ἆθλον Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας παρὰ τῶν Ἀμφικτυόνων. Τὰς δὲ Φωκέων ψήφους. Hanc correctionem firmat Diodorus Siculus lib. XVI cap. 60 sic scribens: ἔδοξεν οὖν τοῖς συνέδροις μεταδοῦναι τῷ Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ τῆς Ἀμφικτυονίας, καὶ δύο ψήφους ἔχειν, ἃς πρότερον οἱ καταπολεμηθέντες Φωκεῖς εἶχον, ubi vide Wesseling. — 45 ὧν ὁ τὰ παλαιὰ καινῶς κτλ.] Ita Isocrates Paneg. p. 42. Carpit hoc dictum Longinus de sublimi dicendi genere cap. 38 ὁ γοῦν Ἰσοκράτης, οὐκ οἶδ' ὅπως, παιδὸς πρᾶγμα ἔπαθεν, διὰ τὴν τοῦ πάντα αὐξητικῶς ἐθέλειν λέγειν φιλοτιμίαν. Ἔστι μὲν γὰρ ὑπόθεσις αὐτῷ τοῦ Πανηγυρικοῦ λόγου, ὡς ἡ Ἀθηναίων πόλις ταῖς εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσίαις ὑπερβάλλει τὴν Λακεδαιμονίων. Ὁ δ' εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ ταῦτα τίθησιν. Ἐπειθ' οἱ λόγοι τοσαύτην ἔχουσι δύναμιν, ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι καὶ τὰ μεγάλα ταπεινὰ « ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς περιθεῖναι μέγεθος, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως διελθεῖν. » Οὐκοῦν φησί τις, Ἰσόκρατες, οὕτως μέλλεις καὶ τὰ περὶ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων ἐναλλάττειν; Σχεδὸν γὰρ τὸ τῶν λόγων ἐγκώμιον ἀπιστίας τῆς καθ' αὑτοῦ τοῖς ἀκούουσι παράγγελμα καὶ προοίμιον ἐξέθηκε. — 46 Ἀλκιβιάδης μὲν γὰρ] Isocrates orat. V pag. 94 ed. Steph. σκέψαι δὲ πρῶτον τὰ περὶ Ἀλκιβιάδην· ἐκεῖνος γὰρ φυγὼν παρ' ἡμῶν κτλ. — 47 στάσει νικηθεὶς] reposuit Allatius; codd. στάσιν εἰκηθείς vel στάσει οἰκηθείς. — 48 βραχὺν χρόνον ὑποχωρήσας] Isocrates in Archidamo pag. 125 παραπλήσια δὲ τούτοις Ἀμύντας ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς ἔπραξεν. Ἡττηθεὶς γὰρ ὑπὸ τῶν βαρβάρων τῶν προσοικούντων μάχῃ καὶ πάσης Μακεδονίας ἀποστερηθεὶς τὸ μὲν πρῶτον ἐκλιπεῖν τὴν χώραν διενοήθη καὶ τὸ σῶμα διασώζειν, ἀκούσας δέ τινος ἐπαινοῦντος τὸ πρὸς Διονύσιον ῥηθέν, καὶ μεταγνοὺς ὥσπερ ἐκεῖνος, χωρίον μικρὸν καταλαβὼν καὶ βοήθειαν ἐνθένδε μεταπεμψάμενος ἐντὸς μὲν τριῶν μηνῶν κατέσχεν ἅπασαν Μακεδονίαν, τὸν δ' ἐπίλοιπον χρόνον βασιλεύων γήρᾳ τὸν βίον ἐτελεύτησεν. Cf. Diod. Sic. XV, 19. — 49 παρήνεγκε δέ σοι καὶ τὴν Διονυσίου μοναρχίαν] Isocrates orat. V pag. 95 Διονύσιος τοίνυν (βούλομαι γὰρ ἐκ πολλῶν σε πεισθῆναι ῥᾳδίαν εἶναι τὴν πρᾶξιν, ἐφ' ἥν σε τυγχάνω παρακαλῶν) πολλοστὸς ὢν Συρακουσίων καὶ τῷ γένει καὶ τῇ δόξῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἐπιθυμήσας μοναρχίας ἀλόγως καὶ μανικῶς, καὶ τολμήσας ἅπαντα πράττειν τὰ φέροντα πρὸς τὴν δύναμιν ταύτην, κατέσχε μὲν Συρακούσας, ἁπάσας δὲ τὰς ἐν Σικελίᾳ πόλεις, ὅσαι περ ἦσαν Ἑλληνίδες, κατεστρέψατο, τηλικαύτην δὲ δύναμιν περιεβάλετο καὶ πεζὴν καὶ ναυτικήν, ὅσην οὐδεὶς ἀνὴρ τῶν πρὸ ἐκείνου γενομένων. — 50 προσήκειν οἰκεῖα καὶ γνώριμα τὰ παραδείγματα] Demosthenes orat. Olynth. II cap. 7 οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι. — 51 χαριέντως ἀμύνασθαί φησι τῶν μαθητῶν τοὺς ἐπιτιμῶντας] Isocrates orat. V pag. 85 ed. Steph. οὐκ ὀκνήσω δὲ πρὸς σὲ κατειπεῖν ἐφ' οἷς ἐλύπησάν τινές με τῶν πλησιασάντων· οἶμαι γὰρ ἔσεσθαί τι προὔργου. Δηλώσαντος γάρ μου πρὸς αὐτούς, ὅτι μέλλω σοι λόγον πέμπειν, οὐκ ἐπίδειξιν ποιησόμενον οὐδ' ἐγκωμιασόμενον τοὺς πολέμους τοὺς διὰ σοῦ γεγενημένους (ἕτεροι γὰρ τοῦτο ποιήσουσιν), ἀλλὰ πειρασόμενόν σε προτρέπειν ἐπὶ πράξεις οἰκειοτέρας καὶ καλλίους καὶ μᾶλλον συμφερούσας ὧν νῦν τυγχάνεις προῃρημένος, οὕτως ἐξεπλάγησαν, μὴ διὰ τὸ γῆρας ἐξεστηκὼς ὦ τοῦ φρονεῖν, ὥστ' ἐτόλμησαν ἐπιπλῆξαί μοι, πρότερον οὐκ εἰωθότες τοῦτο ποιεῖν, λέγοντες ὡς ἀτόποις καὶ λίαν ἀνοήτοις ἐπιχει-

ρῶ πράγμασιν, ὅστις Φιλίππῳ συμβουλεύσοντα λόγον μέλλεις πέμπειν. Idem paucis interjectis sic pergit : ταῦτ' ἀκούσας, ὡς μὲν τὸ πρῶτον ἐξεπλάγην, καὶ πάλιν ὡς ἀναλαβὼν ἐμαυτὸν ἀντεῖπον πρὸς ἕκαστον τῶν ῥηθέντων, παραλείψω, μὴ καὶ δόξω τισὶ λίαν ἀγαπᾶν, εἰ χαριέντως αὐτοὺς ἠμυνάμην. Λυπήσας δ' οὖν μετρίως (ὡς ἐμαυτὸν ἔπειθον) τοὺς ἐπιπλῆξαί μοι τολμήσαντας, τελευτῶν ὑπεσχόμην μόνοις αὐτοῖς τὸν λόγον τῶν ἐν τῇ πόλει δείξειν, καὶ ποιήσειν οὐδὲν ἄλλο περὶ αὐτοῦ πλὴν ὅ, τι ἂν ἐκείνοις δόξῃ. Τούτων ἀκούσαντες ἀπῆλθον, οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν διάνοιαν ἔχοντες. — 52 οἱ δὲ χειρωθέντες ὑπὸ τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων ἀκμαζόντων τῆς ῥητορικῆς τῇ δυνάμει] scripsi; codd. οἱ δὲ χειρωθέντες τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων ἀκμάζοντες τῆς ῥητορικῆς τῇ δυνάμει. Spectavit autem Speusippus hunc Isocratis locum orat. V pag. 87 πλὴν οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον ἐπιτελεσθέντος τοῦ λόγου καὶ δειχθέντος αὐτοῖς τοσοῦτον μετέπεσον, ὥστ' ᾐσχύνοντο μὲν ἐφ' οἷς ἐθρασύνοντο, μετέμελε δ' αὐτοῖς ἁπάντων τῶν εἰρημένων, ὡμολόγουν δὲ μηδενὸς πώποτε τοσοῦτον πράγματος διαμαρτεῖν, ἔσπευδον δὲ μᾶλλον ἢ ἐγὼ πεμφθῆναί σοι τὸν λόγον τοῦτον, ἔλεγον δ' ὡς ἐλπίζουσιν οὐ μόνον σὲ καὶ τὴν πόλιν ἕξειν μοι χάριν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. — 53 Κυρηναίους μὲν ποιεῖ] Isocrates orat. V p. 83 ζητεῖν δὲ ἐκείνους τοὺς τόπους τοὺς πόρρω μὲν κειμένους τῶν ἄρχειν δυναμένων, ἐγγὺς δὲ τῶν δουλεύειν εἰθισμένων, εἰς οἷόν περ Λακεδαιμόνιοι Κυρηναίους ἀπῴκισαν. Nec dissentiunt hac de re ab Isocrate cæteri scriptores, qui Cyrenen Theræorum coloniam faciunt, et Battum Theræum conditorem ejus appellant. Fuerunt autem Theræi Lacedæmoniorum coloni. Vid. Herodot. IV, 147 seqq. Strabo XVII p. 837 ed. Casaub. Pausan. Lacon. cap. 14; Justin. XIII, 7; Solin cap. 27; Stephanus Byzantius v. Κυρήνη. Itaque Speusippus in eo reprehendit Isocratem, quod Cyrenen non a Theræis, sed a Lacedæmoniis conditam esse scripserit. At res eodem redit, siquidem veteres pro colonia majorem patriam interdum commemorant. — 54 τὸν δὲ Ποντικὸν μαθητὴν] Isocratem dicit Heracleensem vel Apolloniaten, qui Ponticus nominabatur, propterea quod tam Heraclea quam Apollonia in Ponto sita esset. De hoc Suidas : Ἰσοκράτης Ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου, Ἀπολλωνίας τῆς ἐν Πόντῳ, ἢ Ἡρακλείας, ὡς Καλλίμαχος ὁ ῥήτωρ, μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους, διακούσας δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου. κτλ. Huic Apolloniatæ Isocrati, Amyclæ filio, Isocratis Atheniensis discipulo et successori Suidas tribuit Παραίνεσιν πρὸς Δημόνικον, quæ vulgo Isocratis Atheniensis putatur. Vide Muretum var. lect. lib. I cap. 1, Fabricium Bibl. Gr. vol. II pag. 779 seq. ed. Harl. et Ruhnkenium in Hist. crit. orat. gr. p. 84. — 55 Θεόπομπον] De Theopompo consule Dionysium Halicarnassensem Epist. ad Pomp. cap. 6; Ciceronem de orat. II, 13, Brut. 56; Quintilianum Inst. X, 1; Photium et alios. — 56 περὶ δὲ Πλάτωνος βλασφημεῖν] Theopompum fuisse maledicum conviciatorem, adeo ut non modo Platonem, sed alios etiam mortales verborum contumeliis laceraret, multi annotarunt. Cf. Diog. Laërt. lib III, 40; item Athenæus lib. VI p. 254. b. et aliis locis. — 57 Περδίκκα] scripsi; codd. Περδίκκᾳ. — 58 γίγνοιτο] scripsi; libri γίνοιτο. — 59 εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου] Pseudoplutarchus in vita X oratorum : ἀκροαταὶ δὲ αὐτοῦ ἐγένοντο εἰς ἑκατόν, ἄλλοι τε πολλοί, καὶ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, σὺν ᾧ καὶ πολλὰς πόλεις ἐπῆλθε συντιθεὶς τὰς πρὸς Ἀθηναίους ὑπὸ Τιμοθέου πεμπομένας ἐπιστολάς· ὅθεν ἐδωρήσατο αὐτῷ τάλαντον τῶν ἀπὸ Σάμου περιγενομένων. — 60 ὥσπερ ἀγνοῶν ἢ φθονῶν] scripsi; codd. ὥσπερ ἑκὼν, ἢ φθονῶν. — 61 τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν] reposui; codd. τῶν ὑμῶν ὑπαρχόντων. — 62 ὕστερον ἐπώλει τῷ Σικελίας τυράννῳ Διονυσίῳ] Neque hoc fecisse se diffitetur Isocrates orat. V pag. 98 καὶ μὴ θαυμάσῃς, ἅπερ ἐπέστειλα καὶ πρὸς Διονύσιον τὴν τυραννίδα κτησάμενον, εἰ μήτε στρατηγὸς ὤν, μήτε ῥήτωρ, μήτε ἄλλως δυνάστης θρασύτερόν σοι διείλεγμαι τῶν ἄλλων. — 63 βυβλίον] scripsi; codd. βιβλίον. — 64 λόγον ὑπὲρ τῆς Ἡρακλέους ἀθανασίας] Isocrates orat. V pag. 89 τὴν δὲ πόλιν τὴν ὑμετέραν φασίν, οἷς περὶ τῶν παλαιῶν πιστεύομεν, Ἡρακλεῖ μὲν αἰτίαν γενέσθαι τῆς ἀθανασίας (ὃν δὲ τρόπον, σοὶ μὲν αὖθις πυθέσθαι ῥᾴδιον, ἐμοὶ δὲ νῦν εἰπεῖν οὐ καιρός), τοῖς δὲ παισὶ τοῖς ἐκείνου τῆς σωτηρίας. — 65 διὰ τὴν ἡλικίαν ὁμολογῶν] cf. Isocrat. orat. V init. — 66 ἀναγνοὺς ὁ Ποντικὸς] correxit Ruhnkenius Hist. crit. orat. Gr. p. 85. — 67 γράψοντα] scripsi; libri γράφοντα. — 68 βυβλίον reposui; codices βιβλίον. — 69 βασιλεὺς Αἴγυπτον λαβὼν] Artaxerxes Ochus. Vid. Diodor. Sicul. lib. XVI cap. 51

188. Σπεύσιππος Φιλίππῳ.

Περδίκκας [a] μὲν ἐνδεδεῖχθαί μοι δοκεῖ περὶ πολλοῦ ποιούμενος κατὰ τὸν Ἡσίοδον τὰ ἡμίσεα [b] πάντων κεκτῆσθαι, νομίζων τά τε χρήματα καὶ διὰ τύχην ἄν τινα πολλὰ κτήσασθαι [c] οὐ τῶν βελτίστων εἶναι. Σοὶ δὲ ἔστιν ἀδελφὰ [d] τοῖς παρ' ἐκείνου ὑπηργμένοις πράττειν, ὅπως ἂν δοχῇς καὶ τὸ ἦθος ἀδελφὸς εἶναι τοῦ

188. Speusippus Philippo.

Perdiccas mihi videtur ostendisse, magni se æstimare de Hesiodi sententia omnium dimidiæ partis possessionem existimans tam divitias quam multas res casu

περὶ σὲ διανοηθέντος τοιαῦτα [e]. Νόμιζε δὲ πάντας προσέχειν σοι τὸν νοῦν, καὶ σκοπεῖν [f] ποῖός τε ἔσῃ πρὸς τὸν ἀδελφόν, καὶ τοὺς μὲν βελτίστους ἀγωνιᾷν, βουλομένους καὶ ἐξισοῦσθαί σε τῇ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπιεικείᾳ, καὶ ὑπερβάλλειν, τοὺς δὲ φαύλους φθονοῦντας ἡδέως ἄν τι ἰδεῖν περὶ ὑμᾶς γενόμενον πλημμελές. Οὓς δεῖ νομίσαντα πολεμίους εἶναι μετὰ τῶν βελτίστων ἀγωνίζεσθαι ὡς αὐτὸν ὄντα [g] ἕνα τούτων. Δοκεῖ γάρ μοι οὐ μόνον ἁμιλλητέον εἶναι πρὸς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἔργα, ἃ ἐκείνῳ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πέπρακται, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς σὰς [h] εὐεργεσίας, ὅπως μὴ καταδεέστεραι αἱ παρὰ σοῦ πρὸς ἐκεῖνον γίγνωνται [i]. Περὶ πλείστου δὲ δεῖ σε ποιῆσαι σώφρονά τε εἶναι, καὶ κατήκοον τοῦ ἀδελφοῦ, ὄντος περὶ σὲ οἷός περ νῦν ἐστιν. Ἔρρωσο.

(Epistola hæc omisso auctoris nomine simpliciter Φιλίππῳ inscripta, quæ inter Socraticas trigesima prima est, exstat apud Orellium l. c. pag. 39 seq. Eam autem cum Orellio præf. p. VII ad Speusippum auctorem referre non dubitamus. Pauca hic annotanda [a]: Περδίκκας] scripsi; codd. Περδίκας. — [b] τὰ ἡμίσεα πάντων κεκτῆσθαι] Spectavit Hesiodi illud Op. et D. v. 40 νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός, cujus vim sic explicat Plato de legg. III p. 690. e. ἆρ' οὐκ ἀγνοήσαντες τὸν Ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα, ὡς τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον; ὁπόταν ᾖ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν ζημιῶδες, τὸ δ' ἥμισυ, μέτριον, τότε τὸ μέτριον τοῦ ἀμέτρου πλέον ἡγήσατο, ἄμεινον ὂν χείρονος. — [c] κτήσασθαι οὐ τῶν βελτίστων] scripsi cum Allatio; libri κτήσασθαι τῶν βελτίστων. — [d] σοὶ δὲ ἔστιν ἀδελφὰ] reposui cum Orellio; codd. σοὶ δὲ ὅτι ἐστὶν ἀδελφά. — [e] τοῦ περὶ σὲ διανοηθέντος] scripsi cum Bremio; codd. τοῦ περὶ σὲ οὐ διανοηθέντος — [f] σκοπεῖν] correxi; codd. ποιεῖν. — [g] ὡς αὐτὸν ὄντα] posui cum Allatio; codd. αὐτὸν ὄντα. — [h] τὰς σὰς εὐεργεσίας] scripsi cum parte membranarum; alii codd. habent τὰς εὐεργεσίας. — [i] γίγνωνται] posui; codd. γίνωνται.

189. Σπεύσιππος Ξενοκράτει.

Ἐνόμιζον ἐπιτήδειον εἶναί μοι μηδὲν τῶν καλῶς ἐχόντων παραλιπεῖν, καὶ διὰ τὴν Πλάτωνος ἐντολήν, καὶ διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἐμοὶ καὶ σοὶ φιλίαν. Καὶ δὴ ᾤμην [a] δεῖν γράψαι πρὸς σέ, ὡς διακείμενος τυγχάνω τὸ σωμάτιον, καὶ διότι νομίζω παραγενόμενόν σε εἰς Ἀκαδημίαν [b] συνέχειν τὸν περίπατον [c]. Ταῦτα δὲ ὡς δίκαιά ἐστι καὶ καλῶς ἔχοντα, πειράσομαί σοι φράζειν. Πλάτων, καθάπερ καὶ σὺ οἶσθα, καὶ ἐν οὐ τῇ τυχούσῃ τιμῇ [d] τὴν ἐν Ἀκαδημίᾳ διατριβὴν ἦγεν, νομίζων εἶναί τι καὶ πρὸς δόξαν ὀρθήν, καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ βίον καὶ τὴν ὕστερον παρ' ἀνθρώποις μνείαν ἐσομένην. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, διότι σε περὶ πλείονος ποιούμενος ἐτύγχανε, τελευτῶν τὸν βίον ἐμαρτύρησεν. Ἐπέσκηψε γὰρ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς οἰκείοις, ἄν τι πάθῃς, πρὸς ἑαυτὸν θεῖναί σε, νομίσας οὐκ ἀπαλλαγήσεσθαί σε τὸ παράπαν ἐξ Ἀκαδημίας. Διὸ δὴ καὶ μάλιστά μοι φαίνεταί σοι προσῆκόν εἶναι καὶ ζῶντα καὶ τεθνηκότα Πλάτωνα τιμᾶν. Θεῶν γὰρ δὴ καὶ γονέων καὶ ἐπιστολῶν ποιητέον ἐπιμέλειαν τὸν χαρίεντα. Οἰκειοτάτη δὲ τοῖς εἰρημένοις εὑρίσκοιτ' ἂν οὖσα ἡ Πλάτωνος συνουσία πρὸς τοὺς συνόντας. Τῶν μὲν γὰρ ὡς γεννήσας, τῶν δὲ ὡς εὐεργέτης ἐπεμελεῖτο, κοινῇ δὲ πρὸς ἅπαντας θεοῦ τάξιν εἶχεν. Συμβουλεύω δὲ καλὸν ἡγούμενος καὶ δίκαιον εἶναι χάριν ἀποδιδόναι σε Πλάτωνι πασῶν μεγίστην, κἀκείνῳ μάλιστα ἁρμόζουσαν· ἀποδοίης δ' ἄν [e], εἰ παραγενόμενος εἰς Ἀκαδημίαν τὸν περίπατον τοῖς σοῖς λόγοις συνέχοις [f]. Σοφία γὰρ ἀληθὴς λέγοιτ' ἂν ἔνδικος βεβαιότης καὶ πιστότης [g]. Προσήκει δὲ ἡμᾶς ἐν τούτοις πολὺ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων [h] διαφέρειν. Σὺ δὲ καὶ δοκεῖς πλέον τοῦ προσήκοντος ἐπιμελὴς εἶναι.

(Epistola hæc, incerto auctore vulgata ab Orellio l. c. pag. 40-41, inter Socraticas trigesima secunda est. Hanc æque ac sequentem Speusippi esse ad Xenocratem datam ex Diogenis Laertii verbis in ejus vita recte collegit Allatius. Namque ille lib. IV, 3 ait: ἤδη δὲ ὑπὸ παραλύσεως καὶ τὸ σῶμα διέφθαρτο, καὶ πρὸς Ξενοκράτην διεπέμπετο, παρακαλῶν αὐτὸν ἐλθεῖν, καὶ τὴν

---

oblatas sibi parare optimorum hominum non esse. Tibi vero licet similia illius inceptis facinora facere, ut videaris moribus etiam ejus esse frater, qui tam fraterne de te cogitavit. Velim autem tibi ita persuadeas, omnes te diligenter attendere et observare, qualem te fratri præstaturus sis, et optimos quidem animo angi, quum cupiant te fratris clementiam adæquare vel superare, pessimos autem invidia adductos libenter aliquid in conversatione vestra delinqui visuros esse. Quibus tanquam hostibus abjectis, te cum optimis tanquam unum ex illis honesto benevolentiæ certamine certare oportet. Videtur enim mihi cum fratre non solum de factis, quæ ille pro republica gessit, sed etiam de mutuis beneficiis contendendum esse, ne tua illorum magnitudine obruantur. Verum id maxime curare debes, ut prudens sis, et fratri tuo, quoad talem se tibi præbebit, qualem nunc se præbet, obtemperes. Vale.

189. Speusippus Xenocrati.

Existimabam mihi consentaneum esse, nihil eorum quæ bona forent silentio præterire, cum ob Platonis mandata, tum ob mutui nostri amoris vinculum. Ideo mihi visum est ad te epistolam dare, qua de corpusculi mei infirmitate te certiorem facerem, et quod puto, si modo in Academiam adveneris, fore ut Peripateticorum licentiam comprimas. Hæc autem justa et honesta esse, te docere conabor. Plato, ut et tu probe scis, plurimi

σχολὴν διαδέξασθαι. Quare nos quoque utramque epistolam Speusippo attribuimus. De singulis locis pauca monenda. Scripsi : [a] καὶ δὴ ᾤμην] cum Bremio; codd. καίτοι ᾤμην. — [b] Ἀκαδημίαν] cum codd. quamvis alii ubique vel Ἀκαδήμειαν vel Ἀκαδημίαν scribendum censeant. Vid. Buttmann. Gramm. Græc. tom. II p. 382 seq. — [c] συνέχειν τὸν περίπατον] De simultatibus quas Plato cum Aristotele habuisse dicitur vide Ælian. var. hist. lib. III cap. 19. — [d] ἐν οὐ τῇ τυχούσῃ τιμῇ] libri ἐν τῇ τυχούσῃ τιμῇ. Sed requiritur negatio. Cf. Viger. de Gr. dict. id. p. 364 ed Herm. — [e] ἀποδοίης δ' ἄν] libri ἀποδῴης δ' ἄν. — [f] εἰ παραγενόμενος εἰς Ἀκαδημίαν τὸν περίπατον τοῖς σοῖς λόγοις συνέχοις] codd. mendose εἰ παραγενόμενος Ἀκαδημίαν καδηπεριπε. — [g] πιστότης] cum Bremio; codd. πιστός. — [h] τῶν πολλῶν ἀνθρώπων] cum eodem; codd. τῶν ἀνθρώπων.

190. Σπεύσιππος Ξενοκράτει.

Ἔδοξέ μοι γράψαι πρὸς σὲ ἐπιστολὴν περὶ τῶν συμβεβηκότων κατὰ τὸ σωμάτιον [a]. Οὐ γὰρ μετρίως ἐκλελοίπασιν αἱ δυνάμεις τῶν μερῶν ἁπάντων, ὥστε μηδὲν αὐτοῖς ἐνεργεῖν ἐμὲ δύνασθαι [b]· κατὰ τύχην δέ τινα ἡ γλῶττα καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν μεμένηκεν, εἰ μὴ καὶ διὰ τὸ κεχαρισμένον καὶ διὰ τὸ θειότατον εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν ἐβουλόμην παρεῖναί σε· εὖ δὲ ποιήσεις καὶ νῦν παραγενόμενος. Καὶ γὰρ τῶν περὶ ἐμὲ προστήσῃ κατὰ τρόπον, ὡς ἐγὼ εὖ οἶδα, καὶ τῶν ἐν τῷ περιπάτῳ ἐπιμελήσῃ προσηκόντως.

(Epistola hæc, incerto auctore edita ab Orellio l. c. pag. 41, inter Socraticas trigesima tertia est. Eam vero justis de causis Speusippo attribuimus. Vide quæ diximus ad præcedentem epistolam. Pauca de lectionis varietate aliisque rebus monenda. Scripsi : [a] κατὰ τὸ σωμάτιον] ex uno codice; al. περὶ τὸ σωμάτιον. — [b] ὥστε μηδὲν αὐτοῖς ἐνεργεῖν ἐμὲ δύνασθαι] codd. ὥστε μηδὲν αὐτοῖς ἐνεργεῖν δύνασθαι. — [c] διὰ τὸ θειότατον εἶναι] Plato Tim. p. 44 τὰς μὲν δὴ θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὄν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο δ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τ' ἐστὶ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν· ᾧ καὶ πᾶν τὸ σῶμα παρέδοσαν ὑπηρεσίαν αὐτῷ ξυναθροίσαντες θεοί, κατανοήσαντες ὅτι πασῶν ὅσαι κινήσεις ἔσοιντο μετέχοι. Hinc Alcinous cap. 23 ὡς ἂν δὲ μὴ τῆς φλυαρίας τῆς θνητῆς ἀναπιμπλάμενον ᾖ τὸ θεῖον αὐτῆς καὶ ἀθάνατον, κατῴκισαν ἐπὶ τοῦ σώματος ἐπὶ τῆς οἷον ἀκροπόλεως ἄρχον καὶ βασιλεῦον ἀποφήναντες, οἴκησίν τε ἀπονείμαντες αὐτῷ τὴν κεφαλὴν σχῆμα ἔχουσαν μιμούμενον τὸ τοῦ παντός.

191. Ἐκ τῆς Σπευσίππου πρὸς Δίωνα ἐπιστολῆς.

Ἔγραψε δὲ καὶ Σπεύσιππος αὐτῷ, μὴ μέγα φρονεῖν, εἰ πολὺς περὶ αὐτοῦ λόγος ἐστὶν ἐν παιδαρίοις καὶ γυναίοις, ἀλλ' ὁρᾷν, ὅπως ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ καὶ νόμοις ἀρίστοις κοσμήσας Σικελίαν, εὐκλεᾶ θήσει τὴν ἀκαδημίαν.

(Plutarchus de adul. et amic. discrim. cap. 43 vol. VII pag. 224 seq. ed. Hutten. τοιαῦτα τὰ Κύρου πρὸς Κυαξάρην, καὶ τὰ πρὸς Δίωνα Πλάτωνος ὅτε λαμπρότατος ἦν, καὶ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἐπέστρεφε, διὰ τὸ κάλλος τῶν πράξεων καὶ τὸ μέγεθος, παρακελευομένου φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὴν αὐθάδειαν, ὡς ἐρημίᾳ ξύνοικον. Ἔγραψε δὲ καὶ

---

etiam faciebat sermones in Academia habitos, ratus eos multum valere ad veram gloriam, et ad proprium vitæ genus et ad futuram apud posteros memoriam. Quæ quum ita essent, se tuam virtutem magni æstimasse vita excedens testimonio suo probavit. Omnibus enim nobis familiaribus præcepit, si quid tibi accidisset, ut te juxta ipsum poneremus, nequaquam te ab Academia sejunctum iri arbitratus. Quapropter mihi vel maxime videtur te decere, Platonem tum vivum tum mortuum honore afficere. Quippe hominem politum convenit curam agere deorum et parentum eorumque quæ morientes ipsi mandant. Ex iis quæ dicta sunt facile intelligitur, arctissimum fuisse necessitudinis vinculum, quo Plato cum sodalibus conjunctus erat. Nam quorundam rebus tanquam pater consulebat, aliorum saluti velut bene de iis meritus prospiciebat, in universum autem omnibus dei loco erat. Itaque bonum et æquum censens, ut Platoni gratiam omnium maximam ac tali viro debitam referas, tibi auctor sum; referas vero, si in Academiam adveneris tuisque verbis Peripateticorum licentiam compresseris. Vera enim sapientia dicetur justa firmitas et fides. Nostrum autem officium est, in his rebus hominum vulgo multum antecellere. Tu vere etiam ultra modum mihi videris esse diligens.

190. Speusippus Xenocrati.

35. Xenocratis hæc fuit de anima sententia, quum vellet mediam ejus naturam inter formas et formata ac simul proprietatem ejus ostendere : numerus enim est forma, mobilitas formatis convenit, sola igitur rerum præstantissimarum non indicat, se neque simpliciter numerum esse, neque mobilem : partim enim deterior est, quatenus individua natura caret, partim melior, quatenus res dividuas superat : ergo simul utrumque quodammodo fuerit, ut cum utrisque consociata, numerus mobilis : at propter mediæ naturæ proprietatem per se mobilis dicitur. Quia non ut dirimens media est anima, qualis physica ratio habetur, et ante eam juxta viros illos mathematica substantia, neque qualis a lumine mentis orta substantia, intellectualis adhuc manens, sed quoniam ad perspicuitatem et congruentem rebus mente illustratis tenorem progreditur, stabilem et

ἐπὶ τῆς ψυχῆς εὐλόγως ὡς γνωστικὸν εἰρῆσθαι ἀκούει, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς εἰπόντας τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν αὐτὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, συμπλέξαι ἔφη τὸ κινητικὸν καὶ τὸ γνωστικόν.

(Simplicius ad Aristotelis de Anima lib. I fol. 7 A. Scripsi : [a] νοερά; codd. νευρά. — [b] νοερᾶς φύσεως; codd. νευρᾶς φύσεως. — [c] τῆς νοερᾶς; codd. τῆς νευρᾶς. —)

36. Οἱ δὲ ὑπὸ τὸ ποσόν· ὧν ἐστι καὶ Ξενοκράτης· ἀριθμὸς γάρ φησι κινῶν ἑαυτόν ἐστιν ἡ ψυχή· ὁ δὲ ἀριθμὸς ὑπὸ τὸ ποσόν· εἰ δὴ τοῦτο ἔλεγεν ἐκεῖνος, καὶ μὴ ἄλλο τι διὰ τούτου ᾐνίττετο.

(Philoponus ad Aristotelis de Anima lib. I fol. A, 15.)

37. Ἐπὶ ταὐτὸ δὲ φέρονται καὶ ὅσοι λέγουσι τὴν ψυχὴν τὸ αὐτὸ κινοῦν· ἐοίκασι γὰρ οὗτοι πάντες ὑπειληφέναι τὴν κίνησιν οἰκειότατον εἶναι τῇ ψυχῇ· καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα κινεῖσθαι διὰ τὴν ψυχήν· ταύτην δ' ὑφ' ἑαυτῆς, διὰ τὸ μηθὲν ὁρᾶν κινοῦν, ὃ μὴ καὶ αὐτὸ κινεῖται.

(Aristoteles de Anima lib. I, cap. 2, pag. 404 A. ed. Bekker. ad quem locum Philoponus fol. B, 16. αἰνίττεται εἰς Πλάτωνα καὶ Ξενοκράτην καὶ Ἀλκμαίωνα.)

38. Ξενοκράτης ὁ τούτου διάδοχος ἀπ' ἀμφοτέρων ὁρίζεται τὴν ψυχήν, εἰπὼν αὐτὴν ἀριθμὸν κινοῦντα ἑαυτόν· διὰ μὲν τὸ γνωστικὴν εἶναι αὐτὴν τῶν ὄντων, ἀριθμὸν εἰπὼν ὡς Πυθαγόρας· ἀρχὴ γὰρ πάντων ἀριθμὸς κατὰ αὐτούς· διὰ δὲ τὸ κινητικὴν εἶναι τὸ αὐτοκίνητον ἀναθεὶς αὐτῇ· ἀρχὴ γὰρ καὶ πηγὴ πάσης κινήσεως κατ' αὐτοὺς τὸ αὐτοκίνητον.

(Philoponus ad Aristotelis de Anima lib. I fol. C, 5.)

39. [Ξενοκράτης] ἔλεγεν οὖν ἀριθμὸν μὲν τὴν ψυχὴν διὰ τὸ πλήρωμα εἰδῶν εἶναι τὴν ψυχὴν καὶ λόγον, ἐκ τῶν λόγων πάντων γὰρ ἐν ἑαυτῇ τοὺς λόγους ἔχει ὡς εἴπομεν· ἀριθμοὺς δὲ τὰ εἴδη ἐκάλουν ὡς εἴρηται, καὶ αὐτὸς γοῦν ἐν τοῖς ἑξῆς φησιν· καὶ εὖ δὴ οἱ λέγοντες τὴν ψυχὴν τόπον εἰδῶν, ἀριθμὸν μὲν οὖν διὰ τοῦτο· κινοῦντα δὲ αὐτὸν διὰ τὸ αὐτόζων αὐτῆς· οὐ γὰρ ὑφ' ἑτέρου αὐτῇ τὸ ζῆν, αὐτοζωὴ γάρ ἐστιν.

(Philoponus ad Aristotelis de Anima lib. I fol. E, 11. Scripsi αὐτόζων pro codd. lectione αὐτοζῶν.)

40. Τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ τῆς ψυχῆς ὅρος, εἰ ἀριθμὸς αὐτὸς αὑτὸν κινῶν ἐστι· καὶ γὰρ τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν ψυχή, καθάπερ Πλάτων ὥρισται.

(Aristoteles Topic. lib. VI, cap. 3 pag. 140 B. ed. Bekker.)

41. Ὥσπερ ψυχῆς ὁρισμός, τὸ ἀριθμὸς αὐτὸς ἑαυτὸν κινῶν, τὸ γὰρ ἀριθμὸς ἐκ περιττοῦ κεῖται· καὶ γὰρ τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν, χωρὶς τοῦ ἀριθμοῦ, τὴν ψυχὴν δηλοῖ, καθάπερ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ φησὶ λέγων· ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτό τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. Ἄλλως τε καὶ ὁ ἀριθμὸς οὐκ ἔστι γένος τῆς ψυχῆς· ὥσπερ δή τινος ἐνισταμένου καὶ λέγοντος, πῶς φῂς ὅτι ἀφαιρεθέντος τοῦ ἀριθμοῦ, οὐ λυ—

---

latentem nuntians intellectualis naturæ virtutem, sed quod omnis vita propter ipsam vitalem vim et proprietatem incitationem quandam et fervorem indicat, intellectualis quidem individuam et inhærentem, corporea autem circa corpora scissam et aliunde in alia parte subsidentem, anima denique ex se ipsa in orbem simul discursumque collectionem : idcirco Xenocrates animam numerum se ipsum moventem statuit. Aristoteles vero numerum definitivum eorum, quæ tum cognita tum cognoscendi facultate prædita sunt, paulo ante appellans, de anima bene cognoscendi vim prædicari intelligit, ideoque eos qui animam numerum se ipsum moventem nominarunt, movendi facultatem et cognoscendi vim conjunxisse ait.

36. Alii ad quantitatem [animum redigunt] : quorum est et Xenocrates dicens animum esse numerum se ipsum moventem : numerus autem quantitati subjacet, siquidem hoc ille dicebat, et non aliud quid eo obscure significabat.

37. Eodem feruntur et ii quicunque dicunt animum id esse quod se ipsum moveat ; videntur enim hi omnes existimasse, motum maxime proprium esse animi ; ac cætera quidem omnia propter animum, hunc autem a se ipso moveri, quia nihil videbant movens, quod non et ipsum moveretur.

38. Xenocrates, Platonis successor, utroque nomine animum definit, dicens eum numerum se ipsum moventem : quia rerum cognoscendarum facultate præditus sit, numerum appellans, ut Pythagoras : principium enim omnium numerus de illorum sententia : quoniam vero ei movendi vis insit, spontaneum motum ipsi tribuens : quippe principium et fons omnis motus secundum eos est motus spontaneus.

39. Xenocrates igitur appellabat animum numerum propterea quod animus et ratio essent formarum complementum ; ex omnibus enim rationibus in se habet rationes, ut diximus : numeros autem formas nominabant, ut dictum est, et ipse quidem in iis quæ sequuntur ait : atque etiam recte sentiunt qui animum perhibent formarum locum, ideoque numerum ; se ipsum vero moventem quia per se vivit ; neque enim ab alio in lucem susceptus est, quum ipsa vitæ lux sit.

40. Talis etiam animi definitio est, si numerus est se ipsum movens : etenim quod se ipsum movet, est animus, ut Plato definivit.

41. Sicut animi definitio numerus se ipsum movens, nam numeri nomen ex abundanti positum est : quia quod se ipsum movet, omisso numeri nomine, animum indicat, ut Plato in Phædro ait dicens : quoniam autem

μαίνεται ὁ ὁρισμός; γένος γάρ ἐστι τῆς ψυχῆς ὁ ἀριθμὸς κατὰ Ξενοκράτην καὶ Πλάτωνα, καὶ δεῖ τῆς προσθήκης τοῦ ἀριθμοῦ ὡς γένους ἐν τῷ ὁρισμῷ, φησίν· ὅτι εἰ δώσομεν ὅτι ὁ ἀριθμὸς γένος ἐστὶ τῆς ψυχῆς, ἀφαιρεθέντος τούτου, τὸ καταλειφθὲν οὐκ ἔσται ὅρος ἀλλ' ἴδιον· οὐ μὴν δὲ καὶ τὴν οὐσίαν δηλώσει τοῦ πράγματος· πᾶς μὲν γὰρ ὅρος ἴδιον· οὐ μὴν καὶ τὸ ἀνάπαλιν ὁποτέρως μὲν οὖν ἔχει ὅμως χαλεπόν ἐστι διασαφηνίσαι, ὁπότερον γένος ψυχῆς ὁ ἀριθμός, ἢ οὔ· καὶ πότερον, ἀφαιρεθέντος τοῦ ἀριθμοῦ, τὸ καταλειπόμενον ὁρισμός ἐστι τῆς ψυχῆς, ἢ ἴδιον, ἢ οὔ· μείζονος γὰρ σκέψεως ἡ περὶ τοῦτο ζήτησις ἢ τῆς διαλεκτικῆς.

(Alexander Aphrodisiensis Comment. ad Aristot. Topic. lib. VI, cap. 3, pag. 211. Cf. Scholia in Aristot. pag. 287 B. ed. Brandis. ubi præterea hoc scholion e codicis alicujus margine petitum affertur: ὡς Ξενοκράτης ὡρίζετο λέγων τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν αὐτὸν ἑαυτὸν κινοῦντα. Καὶ τὸν μὲν ἀριθμὸν λαμβάνει ὡς γένος, τὸ δὲ λοιπὸν ὡς διαφοράν. Cæterum in Alexandri verbis εἰ δώσομεν pro membranarum lectione εἰ δώσωμεν posui; Platonis autem in Phædro locus est pag. 245, unde veram sumsimus scripturam αἰσχυνεῖται, quum vulgati libri habeant αἰσχύνεται.)

42. Εἰπὲ οὖν εἰ ὁ ἀριθμός, ὦ Ξενόκρατες, ἢ περιττός ἐστιν, ἢ ἄρτιος· ἡ ψυχὴ ἢ ἀρτιός ἐστιν, ἢ περιττός· καὶ εἰ ἄρτιος, ἢ τέτταρές ἐστιν, ἢ ϛ'· εἰ δὲ περιττός [a], ἢ ε', ἢ ζ'· ἡ οὖν ψυχὴ τί ἐστι, δ' ἢ ε', καὶ ἐπεὶ ἐκ παντὸς ἀριθμοῦ ἐκβαλλομένης μονάδος, ἕτερος ἀριθμὸς καταλείπεται, οἷον ἀπὸ τοῦ ϛ' ὁ ε', καὶ ἀπὸ [b] τοῦ ζ' πάλιν ὁ ϛ', τίνα ἀριθμὸν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐκβληθῆναι [c] δεῖ καὶ ποιῆσαι [d] ἕτερον. Καὶ οὕτως ἀνασκευάσεις, καίτοι τοῦ ὁριζομένου τὴν ψυχὴν οὕτω κατὰ τοὺς Πυθαγορείους ὁριζομένου.

(Alexander Aphrodisiensis Comment. ad Aristot. Topic. lib. VI, cap. 14 pag. 238. Cf. Scholia in Aristot. pag. 290. B. Scripsi: [a] περιττός, ἢ ε', ἢ ζ'; codd. περιττός, ἢ ε', ἢ ξ'. — [b] ἀπὸ τοῦ ζ'; codd. ἀπὸ τοῦ ξ'. — [c] ἐκβληθῆναι cum codd; rectius ἐκβαλεῖν. — [d] ποιῆσαι; codd. ποιῆται. —)

43. Τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ ὑπὸ Ξενοκράτους τῆς ψυχῆς ἀποδοθεὶς ὁρισμός· ἀριθμὸς γάρ φησίν ἐστι κινῶν ἑαυτόν· ὁ γὰρ τοῦτον ἀκούσας οὐδὲν εἰκάσαι καὶ λαβεῖν ἐξ αὐτοῦ τῶν τῇ ψυχῇ ἢ τῷ ζῴῳ ὑπαρχόντων δυνήσεται.

(Philoponus ad librum I Aristotelis de Anima Fol. B. 4.)

44. Πολὺ δὲ τῶν εἰρημένων ἀλογώτερον, τὸ λέγειν ἀριθμὸν εἶναι τὴν ψυχὴν κινοῦνθ' ἑαυτόν· ὑπάρχει γὰρ αὐτοῖς ἀδύνατα, πρῶτα μὲν τὰ ἐκ τοῦ κινεῖσθαι συμβαίνοντα, ἰδίᾳ δὲ ἐκ τοῦ λέγειν αὐτὴν ἀριθμόν.

(Aristoteles de Anima lib. I, cap. 4 pag. 408. B. ed. Bekker.)

45. Μετὰ δὲ ταῦτα διελέγχει τὸν Ξενοκράτους ὁρισμὸν τῆς ψυχῆς, οὐ πρὸς τοὔνομα τοῦ ἀριθμοῦ μαχόμενος, ὥς φησιν Ἀνδρόνικος καὶ Πορφύριος, ἀλλὰ καὶ πάνυ τὴν διάνοιαν ἐπιζητῶν τὴν Ξενοκράτους, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐκ τῶν περὶ Φύσεως αὐτῷ γεγραμμένων· ἐν οἷς ἂν δόξειε, μοναδικὸν ποιεῖν ἀριθμὸν τὴν ψυχὴν ὁ Ξενοκράτης· τοῦτον γὰρ τὸν λόγον φησὶ πολὺ τῶν εἰρημένων ἀλογώτατον εἶναι.

(Themistius in Paraphr. Aristot. lib. I de

---

apparet, immortale esse, quod se ipsum moveat, animi naturam rationemque hoc appellare nemo vereatur. Præsertim quum numerus non sit genus animi, quasi vero instet quisquam et dicat, quomodo ais demto numeri verbo definitionem non corrumpi? Genus enim, inquit, animi numerus est secundum Xenocratem et Platonem et addi oportet numeri nomen ut generis in definitione: quia si concedemus numerum esse genus animi, demto eo verbo, id quod restabit non erit definitio, sed proprium quid: non tamen et rei naturam indicabit: omnis enim definitio proprium: non tamen et contra, utrocunque modo se habet. difficile est declarare, utrum genus animi numerus sit, nec ne: et utrum, demto numero, reliquum pro animi definitione habendum sit, an pro proprio, nec ne; nam acrioris cogitationis quæstio de hoc est, quam dialecticæ.

42. Dic igitur, Xenocrates, si numerus vel impar est vel par, num animus sit par an impar: et si par, num quatuor sit, an sex: si impar, num quinque, an septem: est igitur animus aliquid, quatuor vel quinque, et quoniam ex omni numero ejecta unitate, alter numerus relinquitur, velut e senario quinarius, e septenario rursus senarius, quem numerum ex animo ejicere oportet et efficere alterum? Atque ita rem refutabis, tametsi finitor animum ita secundum Pythagoreos finit.

43. Talis est et a Xenocrate tradita animi definitio: numerus enim, inquit, est se ipsum movens: nam qui eam audivit nihil ex ea conjicere vel concipere mente poterit eorum, quæ animo vel animali insunt.

44. Atqui numerum animum esse affirmare se ipsum motu cientem, multo absurdius est quam ea quæ dicta sunt. Namque iis qui hoc affirmant, ea primum quæ ex motu oriuntur, impossibilia sunt, deinde seorsum quædam ex eo quod ipsum esse numerum dicunt.

45. Post hæc Aristoteles redarguit animi definitionem a Xenocrate propositam, non numeri nomen impugnans, ut ajunt Andronicus et Porphyrius, sed omnino Xenocratis sententiam desiderans, ut intelligitur e libris ejus de Natura: in quibus videri potest Xenocrates animum unitatem facere: hanc enim rationem multo absurdiorem esse, quam ea quæ dicta sunt, affirmat.

Anim. fol. 71 B. Scripsi autem ἐπιζητῶν pro codicum lectione ἐπιζητεῖν.)

46. Τὸ προκείμενον ἐλέγξαι τὴν Ξενοκράτους τοῦ Πλάτωνος διαδόχου περὶ ψυχῆς δόξαν· ὃς ἔλεγε τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν εἶναι κινοῦντα ἑαυτόν. Καὶ δῆλον ὅτι εἰ οὕτως ἔλεγε κατὰ τὸ φαινόμενον εὐέλεγκτος ὁ λόγος, ἀλλ', ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἶπον, οὐκ ἄν τις οὐδ' ἄκρῳ δακτύλῳ τῶν μαθημάτων γευσάμενος τοιαῦτα ἂν εἴποι· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ὡς εἴωθεν ἐλέγχει τὸ φαινόμενον τοῦ λόγου· τὰ μὲν οὖν κοινά φησιν εἶναι καὶ ταύτῃ τῇ δόξῃ πρὸς τὰς ἐληλεγμένας, ὅσα γὰρ εἵπετο τοῖς κινεῖσθαι λέγουσι τὴν ψυχὴν ἄτοπα, ταῦτα καὶ τούτῳ ἕψεται λέγοντι ἀριθμὸν εἶναι κινοῦντα ἑαυτόν· τὰ δὲ ἴδια, καθό φησιν ἀριθμὸν εἶναι τὴν ψυχήν, πρὸς ὃ νῦν ἐνίσταται.

(Philoponus ad Aristotelis de Anima lib. I fol. E, 11. Omisi inter verba τοιαῦτα ἂν εἴποι et ὁ δὲ Ἀριστοτέλης locum jam supra positum. Vid. fragm. 39. Ut Themistius et Philoponus inter se dissentiunt, quorum ille definitionem ipsam, hic verba tantum reprehendi existimat: ita Simplicius quoque alia ratione Aristotelis locum interpretatur.)

47. Ὅτι μὲν τὸν Ξενοκράτους τῆς ψυχῆς ὁρισμὸν διακαθαίρει, ἵνα μὴ κατὰ τὴν συνήθη τῶν ὀνομάτων χρῆσιν ἀκούωμεν, φανερόν. Ὁ δὲ πραγματειώδης αὐτῷ τέταται σκοπός, παντὸς μερισμοῦ τὴν ψυχικὴν οὐσίαν ὑπερέχουσαν δεῖξαι, οὐ τοῦ κατὰ συνέχειαν μόνου· τοῦτο γὰρ ἤδη δέδειχεν, ἀκίνητον αὐτὴν τὰς σωματικὰς κινήσεις δεδειχώς, καὶ καθ' ὅρους ἀεὶ βαίνουσαν, καὶ οὐ μέρεσι μέρη ἢ τὸ ὅλον γινώσκουσαν· δι' ὧν οὐ μόνον ὅτι οὐ σῶμα, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ἄλλο τι μέγεθος ἔχειν ἐδείκνυτο· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ὁ συνήθως [a] λεγόμενος ἀριθμός, ὅ τε ἐκ μονάδων, οἷος ὁ μαθηματικός, καὶ ὁ ἐκ σωμάτων ἀδιαιρέτων, ἢ ἐνεργείᾳ μόνον ἢ καὶ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ, ὡς οἱ περὶ Δημόκριτον ὑπετίθεντο, ἢ ὅλως τῇ θέσει ἀπ' ἀλλήλων κεχωρισμένων [b], μεριστός ἐστιν, αὐτός τε ἐν διαιρέσει θεωρούμενος, καὶ τὰ συμπληροῦντα ἔχων μερικὰ καὶ ἀπεστενωμένα, διὰ τῶν πρὸς Ξενοκράτην ἀντιῤῥήσεων, ὅτι οὐδὲ οὕτω μεριστὴ ἡ ψυχὴ δείκνυσιν, οὔτε ὡς ἀριθμός, οὔτε ὡς μονάδες ἢ στιγμαί, ἐξ ὧν ἀδιαιρέτων ὁ ἀριθμός. Ὁ γὰρ ἐκ σωμάτων τινῶν ἀριθμὸς ὁμολογουμένως [c] αὐτῇ οὐ προσήκει· εἴγε μηδὲν ἔχει μέγεθος. Ὁ μὲν οὖν Ξενοκράτης ἀριθμοὺς τὰ εἴδη καὶ αὐτὸς προσαγορεύων, καὶ πᾶν εἶδος ἀμέριστον εἰδώς, τὸ δὲ κινούμενον μεριστόν, καὶ πάντως μετὰ τὰ εἴδη τὴν μεσότητα τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ἄκρων ἀμφοτέρων δηλοῖ, ἀριθμὸν κινούμενον αὐτὴν εἰπών, ὡς οὐχ ἁπλῶς οὖσαν εἶδος, ἀλλὰ τὸ ὅλον τοῦτο εἰς μερισμὸν ὑποβάν, οὐ μερισθὲν τελέως, ἀλλ' οὐδὲ μεῖναν εἶδος, τῷ χαλάσαι καὶ ἐκλῦσαί πως τὴν ἀμέριστον ἕνωσιν μεταξὺ γενόμενον, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ κινούμενον ἁπλῶς, ἀλλ' ἑαυτὸν ἔφη κινοῦντα· ἵνα καὶ τὸ ἴδιον ἐμφήνῃ τῆς μεσότητος, κεχαλασμένης μέν, ὅπερ ἡ κίνησις σημαίνει, οὐχ οὕτω δὲ ὡς τοῦ αὐτοῦ ἀποσπασθείσης. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἀριθμόν τε τὸ μεριστὸν ἀκούων πλῆθος, καὶ κίνησιν τὴν κατὰ συνέχειαν προϊοῦσαν, ἀναγκαίως ἄμφω τῆς ψυχῆς ἀποφάσκει, ὡς διὰ τὴν μεσότητα παντὸς ὑπερέχουσαν μερισμοῦ.

(Simplicius ad Aristotelis de Anima lib. I, fol. 16 B. Scripsi: [a] συνήθως; codd. συνηθῶς. —

---

46. Propositum est refellere Xenocratis, qui Platoni successit, de animo opinionem, qui animum esse numerum se ipsum moventem dicebat. Sed perspicuum est, si sic dicebat, pro eo quod apparet ejus sententiam facile posse refutari, verum, quod etiam in superioribus dixi, nemo qui vel extremis digitis disciplinas attigerit talia dicet: Aristoteles vero, ut solet, opinionis quæ apparet levitatem confutat: alia igitur communia esse ait huic præcepto cum confutatis; quæcunque enim sequebantur illos absurda, qui animum moveri dicunt, ea et hunc sequentur affirmantem, numerum esse se ipsum moventem; alia vero propria, quatenus ait numerum esse animum, cui nunc obsistit.

47 Aristotelem animi definitionem a Xenocrate traditam purgare, ne ex vulgari nominum usu intelligamus, apertum est. At operosa res ei proposita est, ostendere animi substantiam omnem divisionem superare, non eam tantum quæ fit per continuitatem: iam enim id ostendit, immunem ipsam a corporis motibus demonstrans, et per terminos semper tendentem, non autem partes vel totum per partes cognoscentem: eo loco ubi non modo non corpus, sed ne ullam quidem aliam magnitudinem habere eam demonstrabat: sed quoniam tum qui vulgo dicitur numerus, tum qui ex monadibus, ut mathematicus, tum qui ex corporibus individuis aut actu tantum aut potentia et actu, ut Democritus censebat, aut omnino ab aliis mutuo situ separatis est compositus dividi potest, simul ipse in divisione spectatus, simul partium suarum complementis et angustiis præditus, allatis ad refutandum Xenocratem argumentis, neque ita dividuum esse animum monstrat, neque ut numerum, neque ut monades aut puncta, e quibus utpote indivisis numerus constat. Numerus enim e corporibus quibusdam conflatus ex confesso ipsi animo non convenit, siquidem nullam habet magnitudinem. Xenocrates igitur qui et ipse formas ipsas numeros appellat omnemque formam individuam, quod vero movetur dividuum esse scit, omnino etiam post formas mediam animi naturam utrisque terminis indicat, quum numerum motu agitatum eum nominaverit, quippe qui non simpliciter forma sit secundum ipsum, sed hoc totum, scilicet forma quæ in divisionem quasi descenderit, nec tamen prorsus dividi possit, sed ne forma quidem pura maneat, eo quod recesserit et quodammodo individua illa conjunctione exsolutus medius remanse

[b] κεχωρισμένων; codd. κεχωρισμένον. — [c] ὁμολογουμένως; codd. ὡμολογουμένως.)

48. Πῶς γὰρ χρὴ νοῆσαι μονάδα κινουμένην, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ πῶς, ἀμερῆ καὶ ἀδιάφορον οὖσαν; Εἰ γάρ ἐστι κινητικὴ καὶ κινητή, διαφέρειν δεῖ. Ἔτι δ' ἐπεί φασι κινηθεῖσαν γραμμὴν ἐπίπεδον ποιεῖν, στιγμὴν δὲ γραμμήν, καὶ αἱ τῶν μονάδων κινήσεις γραμμαὶ ἔσονται· ἡ γὰρ στιγμὴ μονάς ἐστι θέσιν ἔχουσα· ὁ δ' ἀριθμὸς τῆς ψυχῆς ἤδη πού ἐστι καὶ θέσιν ἔχει. Ἔτι δ' ἀριθμοῦ μὲν ἐὰν ἀφέλῃ τις ἀριθμὸν ἢ μονάδα, λείπεται ἄλλος ἀριθμός· τὰ δὲ φυτὰ καὶ τῶν ζώων πολλὰ διαιρούμενα ζῇ, καὶ δοκεῖ τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἔχειν τῷ εἴδει. Δόξειε δ' ἂν οὐθὲν διαφέρειν μονάδας λέγειν ἢ σωμάτια μικρά· καὶ γὰρ ἐκ τῶν Δημοκρίτου σφαιρίων ἐὰν γένωνται στιγμαί, μόνον δὲ μένῃ τὸ ποσόν, ἔσται τι ἐν αὐτῷ τὸ μὲν κινοῦν τὸ δὲ κινούμενον, ὥσπερ ἐν τῷ μεγέθει· οὐ γὰρ διὰ τὸ μεγέθει διαφέρειν ἢ μικρότητι συμβαίνει τὸ λεχθέν, ἀλλ' ὅτι ποσόν. Διὸ ἀναγκαῖον εἶναί τι τὸ κινῆσαν τὰς μονάδας. Εἰ δ' ἐν τῷ ζῴῳ τὸ κινοῦν ἡ ψυχή, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ, ὥστε οὐ τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον ἡ ψυχή, ἀλλὰ τὸ κινοῦν μόνον.

(Aristoteles de Anima lib. I, cap. 4, pag. 409 A. ed. Bekker.)

49. Ἔτι δὲ πῶς οἷόν τε χωρίζεσθαι τὰς ψυχὰς καὶ ἀπολύεσθαι τῶν σωμάτων, εἴ γε μὴ διαιροῦνται αἱ γραμμαὶ εἰς στιγμάς.

(Aristoteles de Anima lib. I, cap. 4 pag. 409 A. ed. Bekker. Cf. Philoponus ad Aristotelis de Anima lib. I fol. E, 14.)

50. Πυθαγόρας, Ἀναξαγόρας, Πλάτων, Ξενοκράτης, Κλεάνθης θύραθεν εἰσκρίνεσθαι τὸν νοῦν.

(Stobæus Ecl. Phys. lib. I, cap. 40, 7 pag. 790 ed. Heeren; pag. 319 ed. Gaisford; pag. 224 ed. Meinek. Cæterum Xenocrates animi figuram et quasi corpus esse negavit teste Cicerone Tuscul. I, 10.)

51. Οἱ δ' ἀπὸ Πλάτωνος καὶ Πυθαγόρου παρεῖναι μὲν καὶ ἐν τοῖς ἀρτιγενέσι τὸν λόγον φασίν, ἐπισκοτεῖσθαί γε μὴν ἐν τοῖς ἔξωθεν, καὶ μὴ ἐνεργεῖν τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν, ἀλλ' ἡσυχάζειν.

(Stobæus Ecl. Phys. lib. I, cap. 40, 8 pag. 792 ed. Heeren; pag. 320 ed. Gaisford; pag. 225 ed. Meinek. Non dubium est, quin hæc ad Xenocratem quoque referenda sint.)

52. Εἰ δὲ ψυχὴ μὴ τρέφεται, πᾶν δὲ σῶμα ζῴου τρέφεται, οὐ σῶμα ἡ ψυχή.

(Nemesius de Nat. Hom. cap. 2.)

53. Ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῆς διαλεκτικῆς (ὁ Χρύσιππος) ὑπειπών, ὅτι Πλάτων ἐσπούδασε περὶ τὴν διαλεκτικήν, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ ἀπὸ τούτων οἱ ἄχρι Πολέμωνος καὶ Στράτωνος, μάλιστα δὲ Σωκράτης· καὶ ἐπιφωνήσας ὅτι καὶ συνεξαμαρτάνειν ἄν τις θελήσειε τούτοις τοσούτοις καὶ τοιούτοις οὖσιν, ἐπιφέρει κατὰ λέξιν· Εἰ μὲν γὰρ ἐκ παρέργου περὶ αὐτῶν εἰρήκεσαν, τάχ' ἄν τις διέσυρε τὸν τόπον τοῦτον· οὕτω δ' αὐτῶν ἐπιμελῶς εἰρηκότων ὡς ἐν ταῖς μεγίσταις δυνάμεσι καὶ ἀναγκαιοτάταις αὐτῆς οὔσης, οὐ πιθανὸν ἐπὶ τοσοῦτον διαμαρτάνειν αὐτοὺς ἐν τοῖς ὅλοις ὄντας, οἵους ὑπονοοῦμεν.

---

rit, ideoque nec simpliciter numerum illum moveri dixit, sed se ipsum moventem numerum, ut etiam mediæ naturæ proprietatem repræsentaret, quæ recessit quidem ab individua conjunctione, quod motus ille significat non ita tamen, ut ab eo numero abjuncta sit. At Aristoteles, numerum intelligens multitudinem partes habentem, motumque continuatum, necessario utrumque ab animo abjudicat, ut qui ob illam suam mediam naturam omnem superet divisionem.

48. Quomodo enim unitatem moveri intelligere oportet, et a quo, et quo pacto, quum et partibus et differentia careat? si enim tum movendi vim habet, tum mobilis est, diversam esse oportet. Præterea quum lineam motam planum efficere dicant, punctum autem lineam, monadum etiam motus lineæ erunt; punctum enim unitas est positionem habens, numerus vero animi jam alicubi est positionemque habet. Insuper si quis de numero numerum deduxerit vel unitatem, alius relinquitur numerus; atqui plantæ multaque animalium vivunt divisa, et eandem animam specie videntur habere. Sed nihil interesse videbitur, monadas dicas an parva corpuscula; etenim si ex Democriti pilulis puncta fiant, solaque quantitas maneat, erit aliquid in ipsa quantitate, quod partim movet partim movetur, ut in magnitudine: non enim quod magnitudine differant aut parvitate, id quod dictum est accidit, sed quia quantitas manet. Quare necesse est aliquid esse, quod monadas moveat. Quodsi id quod in animali movet anima est, id quoque quod in numero movet, anima est. Quamobrem anima non est id quod movet atque movetur, sed id quod movet duntaxat.

49. Præterea qui fieri potest, ut animæ separentur a corporibus et solvantur, nisi dividantur lineæ in puncta?

50. Pythagoras, Anaxagoras, Plato, Xenocrates, Cleanthes extrinsecus mentem inseri putarunt.

51. Platonici autem et Pythagorei inesse quidem rationem etiam recens natis contendunt, extrinsecus vero obscurari, neque munere suo fungi, sed quiescere.

52. Si anima non nutritur, omne vero corpus animalis nutritur, anima non est corpus.

53. In tertio de dialectica libro quum Chrysippus monuisset, Platonem, Aristotelem et alios qui hos subsecuti essent, usque ad Polemonem et Stratonem, dialecticæ operam dedisse, maxime autem Socratem, ac pronuntiasset, velle se etiam errare cum his talibus tantisque viris, hæc verba subjungit: Nam si obiter de his rebus dixissent, poterat aliquis fortasse locum tanquam male

(Plutarchus de Stoicorum repugn. cap. 24 vol. XIII, pag. 374 ed. Hutten. Hic cum aliorum philosophorum, tum Xenocratis placita obscure significavit Chrysippus. Dialecticæ autem principium Xenocrates duxit a φωνῆς sive vocis consideratione, quo nomine reprehensum esse refert Porphyrius ad Musica Ptolemæi p. 193.)

54. Ξενοκράτης δὲ τρεῖς φησιν οὐσίας εἶναι, τὴν μὲν αἰσθητήν, τὴν δὲ νοητήν, τὴν δὲ σύνθετον καὶ δοξαστήν, ὧν αἰσθητὴν μὲν εἶναι τὴν ἐντὸς οὐρανοῦ, νοητὴν δὲ πάντων τῶν ἐκτὸς οὐρανοῦ, δοξαστὴν δὲ καὶ σύνθετον τὴν αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ· ὁρατὴ μὲν γάρ ἐστι τῇ αἰσθήσει, νοητὴ δὲ δι' ἀστρολογίας. Τούτων μέντοι τοῦτον ἐχόντων τὸν τρόπον, τῆς μὲν ἐκτὸς οὐρανοῦ καὶ νοητῆς οὐσίας κριτήριον ἀπεφαίνετο τὴν ἐπιστήμην, τῆς δὲ ἐντὸς οὐρανοῦ καὶ αἰσθητῆς τὴν αἴσθησιν, τῆς δὲ μικτῆς τὴν δόξαν· καὶ τούτων κοινῶς τὸ μὲν διὰ τοῦ ἐπιστημονικοῦ λόγου κριτήριον βέβαιόν τε ὑπάρχειν καὶ ἀληθές, τὸ δὲ διὰ τῆς αἰσθήσεως ἀληθὲς μέν, οὐχ οὕτω δὲ ὡς τὸ διὰ τοῦ ἐπιστημονικοῦ λόγου, τὸ δὲ σύνθετον κοινὸν ἀληθοῦς τε καὶ ψευδοῦς ὑπάρχειν· τῆς γὰρ δόξης τὴν μέν τινα ἀληθῆ εἶναι, τὴν δὲ ψευδῆ. Ὅθεν καὶ τρεῖς Μοίρας παραδεδόσθαι, Ἄτροπον μὲν τὴν τῶν νοητῶν, ἀμετάθετον οὖσαν, Κλωθὼ δὲ τὴν τῶν αἰσθητῶν, Λάχεσιν δὲ τὴν τῶν δοξαστῶν.

(Sextus Empiricus adv. Math. lib. VII, 147–149 pag. 402 ed. Fabric; pag. 223 ed. Bekker. Conf. Cic. Quæst. Acad. lib. I, cap. 8.)

55. Ἰδιαίτερον δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους ὁ Ξενοκράτης καὶ ταῖς ἑνικαῖς πτώσεσι χρώμενος ἔφασκε « πᾶν τὸ ὂν ἢ ἀγαθόν ἐστιν ἢ κακόν ἐστιν, ἢ οὔτε ἀγαθόν ἐστιν οὔτε κακόν ἐστιν. » Καὶ τῶν λοιπῶν φιλοσόφων χωρὶς ἀποδείξεως τὴν τοιαύτην διαίρεσιν προσιεμένων αὐτὸς ἐδόκει καὶ ἀπόδειξιν συμπαραλαμβάνειν. Εἰ γὰρ ἔστι τι κεχωρισμένον πρᾶγμα τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ τῶν μήτε ἀγαθῶν μήτε κακῶν, ἐκεῖνο ἤτοι ἀγαθόν ἐστιν ἢ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν. Καὶ εἰ μὲν ἀγαθόν ἐστιν, ἓν τῶν τριῶν γενήσεται· εἰ δ' οὐκ ἔστιν ἀγαθόν, ἤτοι κακόν ἐστιν ἢ οὔτε κακόν ἐστιν οὔτε ἀγαθόν ἐστιν· εἴτε δὲ κακόν ἐστιν, ἓν τῶν τριῶν ὑπάρξει, εἴτε οὔτε ἀγαθόν ἐστιν οὔτε κακόν ἐστι, πάλιν ἓν τῶν τριῶν καταστήσεται. Πᾶν ἄρα τὸ ὂν ἤτοι ἀγαθόν ἐστιν ἢ κακόν ἐστιν, ἢ οὔτε ἀγαθόν ἐστιν οὔτε κακόν ἐστιν. Δυνάμει δὲ καὶ οὗτος χωρὶς ἀποδείξεως προσήκατο τὴν διαίρεσιν, ἐπείπερ ὁ εἰς κατασκευὴν αὐτῆς παραληφθεὶς λόγος οὐχ ἕτερός ἐστιν αὐτῆς· ὅθεν εἰ ἐν ἑαυτῇ περιέσχηκε τὴν πίστιν ἡ ἀπόδειξις, ἔσται καὶ ἡ διαίρεσις ἐξ ἑαυτῆς πιστὴ μὴ διαφέρουσα τῆς ἀποδείξεως.

(Sextus Empiricus adv. Math. lib. XI, 4-6, pag. 692 ed. Fabric; pag. 546 ed. Bekker.)

56. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὅταν φῶσιν ἑτέρως λέγεσθαι ἀγαθὸν τὴν ἰδέαν, καὶ ἑτέρως τὸ μετέχον τῆς ἰδέας, σημαινόμενα ἐκτίθενται καὶ κατὰ πολὺ ἀλλήλων διεστῶτα, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα κοινωνίαν.

(Sextus Empiricus adv. Math. lib. XI, 28, pag. 696 ed. Fabric; pag. 551 ed. Bekker. Postquam dixit a Platone et Xenocrate multis modis nominari bonum, sic pergit : ἐκεῖνοι μὲν γὰρ κτλ.)

---

ab iis tractatum traducere; sed quum ita accurate dialecticæ præcepta tradiderint, ut qui eam inter summas maximeque necessarias facultates haberent, non est probabile homines universi contemplatione occupatos, quales animo fingimus, tantum a vero aberrasse.

54. Xenocrates tres naturas esse ait, unam sensibilem, aliam intelligibilem, tertiam compositam et opinabilem, e quibus sensibilis sit infra cœlum, intelligibilis eorum omnium quæ sunt supra cœlum, opinabilis autem et composita ipsius cœli; est enim aspectabilis sensui, per astrologiam vero in intelligentiam cadit. Quæ quum ita sint, naturæ super cœlum locatæ et intelligibilis judicem constituit scientiam, infra cœlum autem positæ et sensibilis sensum, mixtæ denique opinionem. Atque ex his communiter judicium ratione scientiæ propria nixum certum esse et verum, sed illud quod sensu nitatur verum quidem, at non ita ut illud quod per rationem scientiæ propriam fiat; compositum vero commune veri et falsi esse : nam opinionum alias esse veras, alias falsas. Quocirca etiam tres Parcas esse traditum, Atropon dominam rerum intelligibilium, utpote quæ immutabilis sit, Clotho sensibilium, Lachesin opinabilium.

55. Seorsum vero a cæteris Xenocrates et singularis numeri casibus utens dicebat : *Quidquid est, vel bonum vel malum est, vel neque bonum neque malum.* Quumque reliqui philosophi sine demonstratione talem divisionem admitterent, ipse etiam simul demonstrationem assumere videbatur. Nam si est alliquid diversum a rebus bonis vel malis vel neque bonis neque malis, illud vel bonum est, vel non est bonum : et si bonum est, unum e tribus erit : si vero non est bonum, aut malum erit, aut neque malum neque bonum : sed sive malum est, unum e tribus erit, sive neque bonum neque malum est, rursus unum e tribus fiet. Quidquid igitur est, vel bonum est vel malum, vel neque bonum neque malum. Sed potentia et hic sine demonstratione divisionem admisit, quoniam ratio ad rem probandam allata ab ipsa non differt. Quapropter si reapse fidem facit demonstratio, erit etiam per se credibilis divisio, quippe quæ a demonstratione non discrepet.

56. Illi enim quando affirmant aliter dici bonum ut ideam, aliter ut particeps ideæ, significata exponunt et multum inter se distantia, et quæ nihil habent inter se commune.

57. Ἄξιον δ' ἀναλαβεῖν τὸ δόγμα ταῖς ἐκείνου λέξεσιν, ἵνα καὶ μάθῃς, οἱ τοῦ Ξενοκράτους καὶ Σπευσίππου κατηγοροῦντες ἐπὶ τῷ μὴ τὴν ὑγείαν ἀδιάφορον ἡγεῖσθαι, μηδὲ τὸν πλοῦτον ἀνωφελές, ἐν τίνι τόπῳ τὴν κακίαν αὐτοὶ τίθενται, καὶ τίνας λόγους περὶ αὐτῆς διεξίασιν.

(Plutarchus adv. Stoic. cap. 13 vol. XIV, p. 19 ed. Hutten. Conf. Cicero Acad. Quæst. lib. I, cap. 5; de legg. I, 13; de finibus lib. IV, 18; Disp. Tuscul. V, 10.)

58. Δοκεῖ δὲ Ξενοκράτης ἰδίᾳ πραγματευόμενος περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζῴων Τροφῆς καὶ Πολέμων ἐν τοῖς περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου συντάγμασι σαφῶς λέγειν, ὡς ἀσύμφορόν ἐστιν ἡ διὰ τῶν σαρκῶν τροφή, εἰργασμένη ἤδη καὶ ἐξομοιουμένη ταῖς τῶν ἀλόγων ψυχαῖς.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. VII, p. 717 D. ed. Sylburg. Liber περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζῴων τροφῆς, quem non citat Diogenes Laertius, fortasse non fuit diversus a volumine Πυθαγόρεια inscripto. Vid. Menag. ad Diog. lib. IV, 13.)

59. Ἐμνήσθην δὲ τρίτην ἡμέραν διαλεγόμενος τὸ τοῦ Ξενοκράτους, καὶ ὅτι Ἀθηναῖοι τῷ ζῶντα τὸν κριὸν ἐκδείραντι δίκην ἐπέθηκαν.

(Plutarchus de Esu carnium Orat. I, cap. 7 vol. XIII, pag. 239 ed. Hutten. Haud scio an idem opus περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζῴων τροφῆς vel Πυθαγόρεια hic spectetur. Sententia sine dubio hæc est. Mentionem feci Xenocratis pecorum trucidationem improbantis et Atheniensium qui punire solebant eum qui vivum arietem deglupsisset.)

60. Ξενοκράτης τὸν εὐδαίμονα βίον καὶ τὸν σπουδαῖον ἀποδείκνυσι τὸν αὐτόν, ἐπειδὴ πάντων τῶν βίων αἱρετώτατος ὁ σπουδαῖος καὶ ὁ εὐδαίμων· ἓν γὰρ τὸ αἱρετώτατον καὶ τὸ μέγιστον.

(Aristoteles Topic. lib. VII, cap. 1 pag. 152 A. ed. Bekker. Scripsi καὶ τὸ μέγιστον cum veteribus edd; vulgo καὶ μέγιστον.)

61. Διὸ καὶ Ξενοκράτης οὐκ ἀποδείκνυσιν· οὐ γὰρ εἷς ἀριθμῷ ὁ εὐδαίμων οὐδ' ὁ σπουδαῖος βίος, ὥστ' οὐκ ἀναγκαῖον τὸν αὐτὸν εἶναι, διότι ἄμφω αἱρετώτατοι, ἀλλὰ τὸν ἕτερον ὑπὸ τὸν ἕτερον.

(Aristoteles Topic. lib. VII, cap. 1 pag. 152 A. ed. Bekker.)

62. Ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαίμονα, οὗ ἂν ὁ δαίμων ᾖ σπουδαῖος, καθάπερ Ξενοκράτης φησὶν εὐδαίμονα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν· ταύτην γὰρ ἑκάστου εἶναι δαίμονα.

(Aristoteles Topic. lib. II, cap. 6, pag. 112 A. ed. Bekker. Ad quem locum Alexander Aphrodisiensis p. 94 (Schol. in Aristot. pag. 268 B. ed. Brandis.) εἰ δὴ δαίμων ἑκάστου ἡ ψυχή, καθὰ Ξενοκράτει δοκεῖ, εἴη ἂν εὐδαίμων ὁ εὖ τὴν ψυχὴν ἔχων· εὖ δὲ τὴν ψυχὴν ἔχει ὁ σπουδαῖος, σπουδαῖος ἄρα ὁ εὐδαίμων.)

63. Ξενοκράτης δὲ ὁ Χαλκηδόνιος τὴν εὐδαιμονίαν ἀποδίδωσι κτῆσιν τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ τῆς ὑπηρετικῆς αὐτῇ δυνάμεως· εἶτα ὡς μὲν ἐν ᾧ γίνεται, φαίνεται λέγων τὴν ψυχήν· ὡς δὲ ὑφ' ὧν, τὰς ἀρετάς· ὡς δὲ ἐξ ὧν, ὡς μερῶν, τὰς καλὰς πράξεις, καὶ τὰς σπουδαίας ἕξεις τε καὶ διαθέσεις, καὶ κινήσεις καὶ σχέσεις· ὡς τούτων οὐκ ἄνευ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἐκτός.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. II, pag. 419. A. ed. Sylburg. Scripsi initio Ξενοκράτης δέ; codd. Ξενοκράτης τε.)

64. Ἐπεὶ καὶ Ξενοκράτης ἐν τῷ περὶ φρονήσεως, τὴν σοφίαν ἐπιστήμην τῶν πρώτων αἰτίων καὶ τῆς νοητῆς οὐσίας εἶναί φησι· τὴν φρόνησιν ἡγούμενος διττήν· τὴν μὲν πρακτικήν· τὴν δὲ θεωρητικήν· ἣν δὴ σοφίαν ὑπάρχειν ἀνθρωπίνην· διόπερ ἡ μὲν σοφία φρόνησις· οὐ μὴν πᾶσα φρόνησις σοφία.

---

57. Decet me vero decretum illud ipsius verbis proponere, ut etiam intelligas, qui Xenocratem et Speusippum reprehendunt, quod sanitatem non esse indifferentibus annumerandam, neque divitias inutiles putent, quo loco ipsi vitiositatem ponant, et quæ de ea disserant.

58. Videtur autem Xenocrates seorsum tractans de nutrimento ex animalibus parato, et Polemon in Commentariis de vita naturæ consentanea aperte dicere, damnosum esse quod fit per carnes nutrimentum, jam confectum et bestiarum animis assimilatum.

59. Nudius tertius disserens memoravi illud Xenocratis, et Athenienses pœnam irrogasse homini, qui vivo arieti pellem deripuisset.

60. Xenocrates vitam beatam et honestam eandem esse demonstat, quandoquidem ut honesta vita sic beata maxime una ex omnibus expetenda est : unum enim esse, quod magnopere expetendum et quod maximum sit.

61. Quocirca ne Xenocrates quidem demonstrat : non enim una numero est beata et honesta vita : itaque non est necesse eandem esse, propterea quod ambæ maxime sint expetendæ, sed alteram alteri subjacere.

62. Similiterque genialem (id est beatum), eum cujus genius sit bonus, quemadmodum Xenocrates ait, genialem sive beatum esse, cujus animus sit bonus : hunc enim suum cujusque esse genium.

63. Xenocrates vero Chalcedonius beatitudinem definit possessionem propriæ virtutis et facultatis ei servientis; deinde in quo oriatur, videtur dicere animum; a quibus autem, virtutes; ex quibus vero, tanquam partibus, rectas actiones et bonum animi habitum atque affectum, et motus et habitudines : quod non sine his sint res externæ et ad corpus pertinentes.

64. Nam Xenocrates quoque in opere de Prudentia, sapientiam dicit esse scientiam primarum causarum et naturæ intelligibilis : duplicem esse prudentiam existi-

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. II pag. 369 C. ed. Sylburg.)

65. Οὐχ ἔστι δὲ τὸ δὶς φθέγξασθαι ταὐτὸν ὄνομα τῶν ἀτόπων, ἀλλὰ τὸ πλεονάκις περί τινος τὸ αὐτὸ κατηγορεῖν, οἷον ὡς Ξενοκράτης τὴν φρόνησιν ὁριστικὴν καὶ θεωρητικὴν τῶν ὄντων φησὶν εἶναι. Ἡ γὰρ ὁριστικὴ θεωρητική τίς ἐστιν, ὥστε δὶς τὸ αὐτὸ λέγει προσθεὶς πάλιν καὶ θεωρητικήν.

(Aristoteles Topic. lib. VI, cap. 3 pag. 141 A. ed Bekker. De quo loco sic Alexander Aphrodisiensis p. 213 καὶ τίθησι τούτου παράδειγμα τὸν ἀπὸ Ξενοκράτους ἀποδοθέντα ὁρισμὸν τῆς φρονήσεως· λέγοντος φρόνησίς ἐστιν ὁριστικὴ καὶ θεωρητικὴ τῶν ὄντων· τὸ γὰρ θεωρητικὸν ταὐτὸν ὂν τῷ ὁριστικῷ δὶς ἐν ᾧ (leg. τῷ) τοιούτῳ παραλαμβάνεται ὁρισμῷ. Recepi autem in verbis Aristoteleis κατηγορεῖν e codice Coisliniano 330 pro κατηγορῆσαι, quæ plerarumque membranarum scriptura est.)

66. Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος ἔλεγε, μηδὲν διαφέρειν, ἢ τοὺς πόδας ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι. Ἐν ταὐτῷ γὰρ ἁμαρτάνειν τόν τε εἰς ἃ μὴ δεῖ χωρία βλέποντα, καὶ εἰς οὓς μὴ δεῖ τόπους παριόντα.

(Ælianus var. hist. lib. XIV, cap. 42 ascripto lemmate Ξενοκράτους γνώμη.)

67. Ξενοκράτης ἔλεγεν, ὥσπερ τὸ κακοπρόσωπον αἴσχει προσώπου, καὶ μοχθηρίᾳ τινὶ μορφῆς τὸ δύσμορφον, οὕτω δαίμονος κακίᾳ τοὺς πονηροὺς κακοδαίμονας ὀνομάζομεν.

(Stobæus Flor. CIV, 24.)

68. Διὸ καὶ Ξενοκράτης τοῖς παισὶ μᾶλλον, ἢ τοῖς ἀθληταῖς, ἐκέλευε περιάπτειν ἀμφωτίδας, ὡς ἐκείνων μὲν τὰ ὦτα ταῖς πληγαῖς, τούτων δὲ τοῖς λόγοις τὰ ἤθη διαστρεφομένων· οὐκ ἀνηκοΐαν, οὐδὲ κωφότητα προμνώμενος, ἀλλὰ τῶν λόγων τοὺς φαύλους φυλάττεσθαι παραινῶν, πρὶν ἑτέρους χρηστούς, ὥσπερ φύλακας ἐντραφέντας ὑπὸ φιλοσοφίας τῷ ἤθει, τὴν μάλιστα κινουμένην αὐτοῦ καὶ ἀναπειθομένην χώραν κατασχεῖν.

(Plutarchus de auditione cap. 2 vol. VII, pag 130 ed. Hutten.)

69. Φιλόσοφός τις ἔλεγε· μεγάλους δεῖ λαμβάνειν μισθοὺς μαθητῶν τοὺς διδασκάλους, παρὰ μὲν τῶν εὐφυῶν, ὅτι πολλὰ μανθάνουσι, παρὰ δὲ τῶν ἀφυῶν, ὅτι πολὺν κόπον παρέχουσιν.

(Antonius Serm. CCX, pag. 707 qui huic sententiæ tanquam sine auctore positæ subjungit Xenocratis verba apud Plutarchum de virtute morali cap. 12 οὐ γὰρ οὕτως τὰ μαθήματα φαίη τις ἂν (ὡς ἔλεγε Ξενοκράτης) λαβὰς εἶναι φιλοσοφίας, ὡς τὰ πάθη τῶν νέων, αἰσχύνην, ἐπιθυμίαν, μετάνοιαν, ἡδονήν, λύπην, φιλοτιμίαν· ὧν ἐμμελῆ καὶ σωτήριον ἀφὴν ἁπτόμενος ὁ λόγος καὶ ὁ νόμος, εἰς τὴν προσήκουσαν ὁδὸν ἀνυσίμως καθίστησι τὸν νέον.)

70. Τὰ μὲν οὖν ζῷα οὕτω πάλιν διῃρεῖτο, εἰς ἰδέας τε καὶ μέρη, πάντα τρόπον διαιρῶν, ἕως εἰς τὰ πάντων στοιχεῖα ἀφίκετο τῶν ζῴων, ἃ δὴ πέντε σχήματα καὶ σώματα ὠνόμαζεν, εἰς αἰθέρα καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα.

(Simplicius Comment. in Aristotelis Physic. lib. VIII, fol. 265. B. Cf. Scholia in Aristot. p. 427 ed. Brandis. ἔτι δὲ τοῦτο σαφέστερον πεποίηκε Ξενοκράτης ὁ γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος ἀκροατῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Πλάτωνος βίου τάδε γεγραφώς· τὰ μὲν οὖν ζῷα κτλ.)

71. Παραιτητέοι γὰρ Ἐπιμενίδης καὶ Εὔδοξος καὶ Ξενοκράτης ὑπονοοῦντες τῇ Παρθενίδι τότε μιγῆναι τὸν Ἀπόλλω, καὶ κύουσαν αὐτὴν ἐκ μὴ οὕτως ἐχούσης καταστῆσαί τε καὶ προαγγεῖλαι διὰ τῆς προφήτιδος· τοῦτο μὲν οὖν οὐδαμῶς προσίεσθαι.

---

mans, activam unam, alteram contemplativam, quam humanam sapientiam perhibet. Quocirca sapientia quidem est prudentia, sed tamen non quævis prudentia est sapientia.

65. Non est ineptum, idem nomen bis enuntiare, sed sæpius idem de re quapiam prædicare, verbi causa ut Xenocrates prudentiam ait esse definitionem et meditationem rerum. Nam definitio meditatio quædam est, ita ut bis idem dicat adjecto meditationis vocabulo.

66. Xenocrates Platonis familiaris dicebat, nihil interesse, pedes an oculos in aliena domo defigeremus. Namque eodem in genere peccare hominem agros non aspiciendos contuentem et loca non ingredienda intrantem.

67. Xenocrates dicebat, quemadmodum a faciei fœditate aliquem fœdum atque a formæ vitio informem vocamus : sic ob genii malitiam homines miseros infelices vocari.

68. Quamobrem etiam Xenocrates pueris potius, quam athletis applicari jubebat aurium munimenta, quod horum aures verberibus, illorum mores verbis perverterentur : neque auditionis defectum aut surditatem commendans, sed hortans, ut pravos sermones vitarent, antequam boni sermones tanquam custodes ingenio per philosophiam inditi eam regionem, quæ maxime oratione movetur ac ducitur, occupassent.

69. Philosophus quidem dicebat, magnam oportere mercedem magistros accipere a discipulis ; ab ingeniosis quidem, quod multa discerent : ab hebetibus vero, quod multum molestiæ exhiberent.

70. Animalia igitur ita rursus distribuebat in genera et partes, omni modo dividens, donec ad omnium animalium elementa pervenit, quæ quinque formas et corpora appellabat, ætherem, ignem, aquam, terram et aerem.

71. Etenim rejiciendi sunt Epimenides, Eudoxus et Xenocrates suspicantes tum Apollinem cum Parthenide

(Jamblichus de vita Pythagoræ cap. II, 7.)

72. Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τούσδε· γονεῖς τιμᾶν, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, ζῷα μὴ σίνεσθαι. Τοὺς μὲν οὖν δύο καλῶς παραδοθῆναι· δεῖ γὰρ τοὺς μὲν γονεῖς εὐεργέτας ἡμῶν γεγενημένους ἀντευποιεῖν ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται, τοῖς θεοῖς δὲ ἀφ' ὧν ἔδωκαν ἡμῖν ὠφελίμων εἰς τὸν βίον ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι· περὶ δὲ τοῦ τρίτου διαπορεῖ, τί ποτε διανοηθεὶς ὁ Τριπτόλεμος παρήγγειλεν ἀπέχεσθαι τῶν ζῴων. Πότερον γάρ, φησίν, ὅλως οἰόμενος εἶναι δεινὸν τὸ ὁμογενὲς κτείνειν ἢ συνιδὼν ὅτι συνέβαινεν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τὰ χρησιμώτατα τῶν ζῴων εἰς τροφὴν ἀναιρεῖσθαι· βουλόμενον οὖν ἥμερον ποιῆσαι τὸν βίον πειραθῆναι καὶ τὰ συνανθρωπεύοντα καὶ μαλιστα τῶν ζῴων ἥμερα διασώζειν· εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ προστάξαι τοῖς καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν τιμὴν ταύτην, εἰ μὴ γίγνοιντο τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζῴων θυσίαι. Πολλὰς δὲ αἰτίας τοῦ Ξενοκράτους καὶ ἄλλας οὐ πάνυ ἀκριβεῖς ἀποδιδόντος ἡμῖν αὔταρκες τοσοῦτον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τοῦτο νενομοθέτητο ἐκ τοῦ Τριπτολέμου.

(Porphyrius de abstinentia lib. IV, cap. 22.)

73. Χρημάτων αὐτῷ κομισθέντων ἀπ' Ἀλεξάνδρου, ἑστιάσας τοὺς κομίζοντας τὸν αὐτοῦ τρόπον, ἀπαγγείλατε, ἔφη, Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι ἔστ' ἂν οὕτω ζῶ, οὐ δέομαι ταλάντων πεντήκοντα. Τοσαῦτα γὰρ ἦν τὰ πεμφθέντα.

(Stobæus Flor. V, 118 Ξενοκράτους. Eundem locum servavit auctor Florilegii Monacensis in Stobæi Flor. vol. IV. p. 285 ed. Meinek. ubi sic exhibetur : Ξενοκράτει χρημάτων κομισθέντων ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, ἑστιάσας τοὺς κομίσαντας κατὰ τὸν αὐτοῦ τρόπον, ἀπαγγείλατε, ἔφη, Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι ἔστ' ἂν οὕτω ζῶ, οὐ δέομαι τῶν πεντήκοντα ταλάντων. Τοσαῦτα γὰρ ἦσαν τὰ πεμφθέντα. Cum hoc concordat scriptor Florilegii Lugdunobatavi (Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου, Ἐπικούρου καὶ ἑτέρων φιλοσόφων καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων etc. Lugduni Batavorum 1837) pag. 35 ed. Bynen. nisi quod primum pro Ἀλεξάνδρου, quod in margine codicis recentiore manu scriptum est, in orationis contextu habet ἀνθάνδρου. Deinde pro αὐτοῦ præbet αὑτοῦ. Denique pro τῶν πεντήκοντα ταλάντων in eo comparet τῶν ν' ταλάντων. Cf. Diog. Laert. IV, 8. Suidas et Hesychius Milesius v. Ξενοκράτης. Valerius Maximus lib. IV, cap. 3 ext. 3. Themistius Orat. 2, pag. 26. Orat. 21 pag. 252. Cicero Disp. Tusc. lib. V, cap. 32.)

74. Ξενοκράτης εἴ ποτε σταμνίον οἴνου ἀνοίξειεν, ἔφθανεν ὁ οἶνος τρεπόμενος πρὶν ἀναλωθῆναι· καὶ τὰ ὄψα δὲ πολλάκις ἕωλα ἐξέῤῥιπτεν. Ἔνθεν καὶ ἡ παροιμία τὸ Ξενοκράτους τυρίον ἐπὶ τῶν ἐπὶ πολὺ παραμενόντων καὶ μὴ τάχιστα ἀναλισκομένων.

(Stobæus Flor. XVII, 25 Ξενοκράτους.)

75. Ξενοκράτης διαιρῶν ἕκαστον μέρος τῆς ἡμέρας εἰς πρᾶξίν τινα καὶ τῇ σιωπῇ μέρος ἀπένεμε.

(Stobæus Flor. XXXIII, 11.)

76. Ξενοκράτης νέον φιλοσοφεῖν βουλόμενον ἤρετο εἰ γεγεωμέτρηκε· τοῦ δ' ἀποφήσαντος, ἀλλ' εἰ ἠστρονόμηκε· καὶ τοῦτο ἀπειπόντος, ἀλλ' εἰ τὰ τῶν ποιητῶν ἀνέγνωκεν· ὁ δὲ καὶ τοῦτο ἔξαρνος ἦν· ἄλλως δὲ εἰ γράμματα οἶδεν· οὐδὲ ταῦτα [a] ἔφη ἐκεῖνος εἰδέναι.

---

coivisse, eamque gravidam ex non gravida fecisse, et per vatem sive sacerdotem suam id prænuntiasse: hoc vero nullo modo comprobandum est.

72. Ajunt etiam Triptolemum Atheniensibus leges scripsisse, et ex legibus ejus has tres adhuc Eleusine manere Xenocrates philosophus affirmat : Parentes honorare, Deos frugibus colere, Animalia non vexare. Harum utique duas recte promulgatas esse dicit : oportet enim parentibus, qui de nobis bene meruerunt, quoad ejus fieri potest, debitam gratiam referre; Diis vero rerum, quas nobis largiti sunt, utilium et ad vitam necessariarum primitias dare; de tertia autem quærit, quo tandem consilio Triptolemus animalibus abstinendum esse monuerit : utrum, inquit, omnino indignum ratus, cognatos interficere, an quia animadverteret contingere, ut utilissima animalia ab hominibus pastum anquirentibus cæderentur : quum vellet igitur mitem reddere vitam, tentasse eum animalia, quæ cum hominibus versantur et mansuetissima sunt, conservare : nisi forte, quod deos frugibus coli jussisset, existimaret cultum hunc diutius permansurum esse, si deorum numini hostiis minime immolaretur. Multas vero alias rationes non admodum certas Xenocrate afferente, nobis ex dictis illis satis est, quod hoc a Triptolemo legibus sanctum erat.

74. Pecunia Alexandri jussu ei allata, acceptos apparatis epulis suo more gerulos Alexandro nuntiare jussit, quam diu ita viveret, non opus sibi quinquaginta talentis fore. Tantum enim pecuniæ missum erat.

74. Xenocrates, si quando vini cadum relevisset, in vappam convertebatur, antequam consumeretur. Sed sæpe etiam obsonia pridiana jam corrupta ejiciebat. Hinc natum est proverbium, Xenocratis caseolus, de rebus diu durantibus, quæ non celerrime absumuntur.

75. Xenocrates singulas diei partes certis negotiis assignans, silentio quoque suam partem attribuebat.

76. Xenocrates adolescentem, qui se ad philosophiæ studium conferre volebat, num geometriam didicisset, interrogavit : quo negante, quæsivit ex eo, num curam in siderum cognitione posuisset : hoc quoque abnuente eo, num poetarum scripta attigisset, sciscitatus est. Qui quum et hoc infitiaretur, Xenocrates, num alioqui litteris tinctus esset, ex eo requisivit. At ne his quidem tinctum

Πόκος τοίνυν, εἶπεν ὁ Ξενοκράτης, ὑπὸ γναφέως [b] οὐ πλύνεται.

(Excerpta e codice Florentino Joannis Damasceni in Stobæi Flor. vol. IV, p. 191 ed. Meinek. Scripsi : [a] οἶδεν · οὐδὲ ταῦτα] e Nauckii conjectura; cod. οἶδε· ταῦτα. — [b] ὑπὸ γναφέως] cum Nauckio in Phil. Gott. 1849, p. 299 et Badhamio apud Hirschigium in Miscell. phil. Traj. ad Rhen. 1849; cod. ὑπογραφέως.)

77. Ξενοκράτης, ὁπότε τις αὐτῷ σχολάζειν ἤθελεν οὐδενὸς τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων μετειληφώς, ἄπιθι, εἶπε, λαβὰς οὐκ ἔχεις πρὸς φιλοσοφίαν· δεῖ γὰρ προμεμαλάχθαι διὰ τούτων τὴν ψυχήν.

(Excerpta e codice Florentino Joannis Damasceni in Stobæi Flor. vol. IV, p. 205 ed. Meinek.)

78. Ξενοκράτης δὲ ὁ Χαλκηδόνιος ἀέναον τὴν ὕλην, ἐξ ἧς ἅπαντα γεγονέναι, προσηγόρευσε.

(Theodoretus Græcarum affectionum curat. serm. IV, pag. 57 seq. ed. Sylburg.)

---

se esse ille confessus est. Tum Xenocrates : Atqui vellus, inquit, a fullone non lavatur.

77. Xenocrates, quando quis omnis liberalis doctrinæ expers audire ipsum cupiebat, *Abi*, inquit, *ansas philosophiæ non habes : oportet enim his animum præmollitum esse.*

78. Xenocrates autem Chalcedonius materiam, ex qua omnia facta sint, perennem appellavit.

DE CRANTORE ACADEMICO.

Crantor (1) natus est Solis, Ciliciæ oppido, circa Olympiadem CX, homo bene nummatus, ut arbitror (2), sed longe omnibus ingenio et doctrina præstans, quippe qui jam adolescens antequam Athenas se conferret, civibus suis in litteris admirabilis (3) visus sit. Erat enim pereruditus, quales paucos illo tempore fuisse accepimus. Nimirum tum artibus mathematicis studuerat, tum res fabulosas tractaverat (4), tum veterum philosophorum præcepta tenebat (5), tum plurimos confecerat libros (6). Huc accedebant eximium ingenium, poetica studia forsitan nunquam intermissa, Homeri denique atque Euripidis maxima admiratio (7). Ipse quidem non multa carmina condidisse videtur (8), verum quæ prosa oratione composuit plena sunt spiritus poetici, quæque de aliis poetis judicia fecit, intelligentem virtutis poeticæ existimatorem indicant. Eo pertinet quod de Euripide dixit, difficile esse, servata verborum proprietate tragice simul et cum commiseratione scribere (9). Quo in genere versum ex Bellerophonte petitum laudabat (10) :

οἴμοι· τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

Subtiliter de Theophrasti stilo judicavit, cujus Proposita ostro scripta esse dixit (11), pariterque tragœdi nescio cujus vocem non dolatam et cortice plenam nominavit, et poetæ cujusdem versus miseros esse præ se tulit.

Jam quod ad philosophiam attinet, Crantor neque ejusmodi philosophus erat, qui in verba magistri juraret solamque ejus disciplinam coleret, nec qui ipse novam philosophiæ formam institueret; veritatis potius amicum et divini Platonis explanatorem appelles. Quamobrem nihil reliqui fecit, quominus veterum etiam sapientiæ doctorum decreta cognosceret. Sed de studiis ejus uberius nunc et latius disseremus.

Quum domi poesis laude floruisset, hac abjecta et carminibus suis signatis atque in Minervæ fano depositis, ut rerum divinarum humanarumque contemplationi vacaret, Athenas demigravit, neque unquam in patriam revertit. Venit (12) autem in illam urbem ante Olymp. CXVI, quo tempore nominis sui gloria orbem terrarum impleverat. Vigebant enim variæ philosophorum familiæ singularumque disciplinarum principes ab adolescentibus discendi cupidis diligenter audiebantur. Docebat tum Xenocrates, quem post Speusippi mortem ab anno Ol. CX, 2 ad annum Ol. CXVI, 3 Academiæ veteri præfuisse vidimus, docebat Pyrrho, docebant Aristoteles et Theophrastus; Cyrenaici itemque Megarici florebant; fortasse jam Zeno et Epicurus scholas suas aperuerant. Majorem tamen gloriam Xenocratis sectatores, quam cæteri philosophi consecuti erant. Itaque primum Xenocratem, dein eo mortuo Polemonem, condiscipulum olim suum, qui Xenocrati in Academia successerat, audivit. Jure igitur veteribus Academicis annumeratus est (13) quum egre-

(1) Cf. *Frid. Kayseri* de Crantore Academico dissertatio. Heidelbergæ 1841; M. Herm. Ed. *Meieri* de Crantoris libro, qui περὶ πένθους inscribebatur, disputatio. Halis Saxonum 1840; F. *Schneideri* de Crantoris Solensis philosophi Academicorum philosophiæ addicti libro, qui περὶ πένθους inscribitur, commentatio in *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* 1836, Nr. 104-105. — (2) Diogenes Laertius lib. IV, 25 λέγεται δὲ καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσιλάῳ, ταλάντων οὖσαν δυοκαίδεκα. — (3) Diog. Laert. IV, 24 Κράντωρ, Σολεύς, θαυμαζόμενος ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας. — (4) Vide fragm. 1-7. — (5) Vide fragm. 9. 11. — (6) Diogenes Laertius IV, 24 καὶ κατέλιπεν ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς· ὧν τινά τινες Ἀρκεσιλάῳ προσάπτουσιν. — (7) Id. IV, 26 ἐθαύμαζε δὲ Κράντωρ πάντων δὴ μᾶλλον Ὅμηρον καὶ Εὐριπίδην. — (8) Diog. Laert. IV, 25 λέγεται δὲ καὶ ποιήματα γράψαι καὶ ἐν τῇ πατρίδι ἐπὶ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ σφραγισάμενος αὐτὰ θεῖναι. — (9) Diog. Laert. IV, 26 ἐργῶδες εἶναι ἐν τῷ κυρίῳ τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς γράψαι. — (10) Vid. Eurip. Fragm. p. 688 ed. Wagner. Parisiis 1846. — (11) Diog. Laert. IV, 27 ἦν δὲ καὶ δεινὸς ὀνοματοποιῆσαι. Τραγῳδὸν γοῦν ἀπελέκητον εἶπεν ἔχειν φωνήν, καὶ φλοιοῦ μεστήν. Καί τινος ποιητοῦ σκίφης μεστοὺς εἶναι τοὺς στίχους· καὶ τὰς Θεοφράστου θέσεις ὀστρέῳ γεγράφθαι. — (12) Cf. not. 8. Cæterum ante Ol. CXVI Crantor Athenas venit; eo enim tempore Polemo post Xenocratis obitum docere cœpit. Vid. Diog. Laert. IV, 16. Utriusque auditor fuit Crantor. Diog. Laert. IV, 24 ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας καὶ Ξενοκράτους διήκουσε Πολέμων συσχολάζων. Clemens Alexandrinus Strom. I, p. 301 Πολέμωνος δὲ ἀκουσταὶ Κράτης τε καὶ Κράντωρ. — (13) Diog. Laert. procem. 14; Clemens

gium Platonis interpretem (14) et postremum ejus sectæ patronum se præbuisset. Cæterum non pauci erant, qui post Xenocratis mortem scholas ab ipso Crantore haberi atque in ejus disciplinam se tradere vellent. Postquam videlicet morbi causa aliquando in Æsculapii templum concessit, multi qui eum non morbo vexatum, sed ad juvenes litteris erudiendos propensum ibi morari suspicabantur, continuo in illum locum convenerunt (15). At Crantor qua erat modestia tantum abfuit, ut æmulari cum Polemone vellet, ut statim sanitate recuperata ad Polemonem rediret eique multos annos operam daret (16). Quocirca rogatus quondam, qua Polemonis virtute caperetur, respondisse fertur (17), *quia illum nunquam neque acutius neque gravius loquentem audivisset*. Quemadmodum vero Crantor Polemonem ut præceptorem suum dilexit : sic eum Arcesilaus admiratus et amore prosecutus est : quam amicitiam ortam esse constat quo die primum Crantor Arcesilaum conspexit. Tum enim statim amore incensus versiculo Euripideo eum allocutus esse perhibetur (18) :

ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν;

cui nihil aliud respondit Arcesilaus, quam quod apud Euripidem sequitur :

ἄγου με ὦ ξένε, εἴτε δμωΐδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον (19).

Itaque ex eo tempore facti sunt amici et contubernales (20). Inter istos autem qui postea Crantori in Æsculapii templo deambulanti occurrebant, ut si forte scholas aperire vellet, ejus institutione imbuerentur, Arcesilaus quoque erat, quoniam ab illo, quamvis amatore suo, Polemoni commendari volebat. Quid? quod moriens Crantor Arcesilao patrimonium suum, quod duodecim talentis constabat, reliquisse dicitur. Vide Diog. Laert. IV, 24-25.

Jam quando Academicus fuit Crantor, forsitan nihil opus videatur, quæ ejus dogmata fuerint, sciscitari, præsertim quum Cicero (21) nos doceat, Polemonem, Cratetem et Crantorem diligenter tuitos esse ea quæ a superioribus accepissent; quod simul argumentis ex quadam philosophi disputatione (22) ductis confirmari potest. Ibi enim sic ordinat vitæ humanæ bona, ut summum bonum virtutem esse velit, quæ etiam deficientibus reliquis ad bene beateque vivendum sufficiat, secundum locum valetudini, tertium voluptati, quartum divitiis concedat. Huic consentanea est Polemonis sententia, teste Clemente Alexandrino (23) qui, Xenocratis familiaris, inquit, Polemo videtur velle beatitudinem esse moderationem in omnibus bonis, vel plurimis et maximis. Decernit igitur, sine virtute non futuram unquam beatitudinem, sine corporis autem bonis et externis virtutem ad beatitudinem sufficere. Adde Cicer. Ac. post. I, 5, 6. Licet autem in universum priorum Academicorum placita Crantor tueretur, tamen interdum ab illis dissentire ausus est. Huc pertinent ea quæ refert Cicero Tuscul. III, 6. « Nec absurde Crantor (24) ille, qui in Academia nostra vel in primis fuit nobilis. Minime, inquit, assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant : quæ nec potest ulla esse, nec debet. Ne ægrotus sim, sed si fuerim, sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore. Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. » His ergo verbis sa-

Alexandrinus Strom. I, p. 301; Galenus hist. phil. cap. 2. — (14) Cf. fragm. 1-7. —

(15) Diogenes Laertius lib. IV, 24 οὗτος νοσήσας εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀνεχώρησε κἀκεῖ περιεπάτει· οἱ δὲ πανταχόθεν προσῄεσαν αὐτῷ, νομίζοντες οὐ διὰ νόσον, ἀλλὰ βούλεσθαι αὐτόθι σχολὴν συστήσασθαι. — (16) Diogenes Laertius lib. IV, 24 ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὑγιάναντα διακούειν Πολέμωνος, ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα θαυμασθῆναι. — (17) Diogenes Laertius lib. IV, 24 φασὶ δὲ αὐτὸν ἐρωτηθέντα τίνι θηραθείη ὑπὸ Πολέμωνος, εἰπεῖν, τῷ μήτε ὀξύτερον μήτε βαρύτερον ἀκοῦσαι φθεγγομένου. — (18) Diogenes Laertius lib. IV, 29 καὶ αὐτοῦ Κράντωρ ἐρωτικῶς διατεθεὶς ἐπύθετο, τὰ ἐξ Ἀνδρομέδης Εὐριπίδου προσενεγκάμενος· ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσῃ μοι χάριν; καὶ ὃς τὰ ἐχόμενα· ἄγου με, ὦ ξένε, εἴτε δμωΐδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον. Vide Euripidis Fragm. p. 650 ed. Wagner. Cæterum confer Euseb. præp. ev. XIV, 6, p. 731 διὰ τὸ καλὸς εἶναι (Ἀρκεσίλαος) ἔτι ὢν ὡραῖος τυχὼν ἐραστοῦ Κράντορος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ προσεχώρησε μὲν τούτῳ. — (19) Corrige ex Herodiano περὶ σχημάτων p. 58, 9 : ἄγου δέ μ', ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις, εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμωΐδα. — (20) Antigonus Carystius apud Diog. Laert. IV, 22 συσσίτιον δέ φησιν αὐτῷ [τῷ Κράτητι] ὁ Ἀντίγονος εἶναι παρὰ Κράντορι, ὁμονόως συμβιούντων τούτων τε καὶ Ἀρκεσιλάου. Τὴν δὲ οἴκησιν Ἀρκεσίλαον μὲν ἔχειν μετὰ Κράντορος, Πολέμωνα δὲ σὺν Κράτητι μετὰ Λυσικλέους τινὸς τῶν πολιτῶν. Ἦν δέ, φησίν, ἐρώμενος Κράτης μέν, ὡς προείρηται, Πολέμωνος, Ἀρκεσίλαος δὲ Κράντορος. — (21) Cicero Acad. post. I, 9. — (22) Vid. fragm. 13. — (23) Clemens Alexandrinus Strom. VII, p. 419. C. ὁ γὰρ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουλόμενος ἀγαθῶν πάντων ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων. Δογματίζει γοῦν, χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἂν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν, δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν εἶναι. — (24) Plutarchus Consolat. ad Apollon. vol. VII, p. 318 ed. Hutten. διὸ καὶ τοῦτο μὲν ἐατέον, ὡς βλαβερὸν καὶ φαῦλον, καὶ σπουδαίοις ἀνδράσιν ἥκιστα πρέπον· τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστέον. Μὴ γὰρ νοσοῖμεν, φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ, νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο. Τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν. Vide infra fragm. 8. —

tis refutantur qui Crantorem censent pedem a Platone nunquam discessisse. At de re ipsa infra erit disputandi locus. Haud scio an futuri sint, qui putent, Crantorem in Epicuri sententiam transiisse, præsertim quum eodem fere tempore voluptarius philosophus sitienti juventuti philosophiæ fontes aperuisse videatur. Sed quoniam alia voluptariæ disciplinæ vestigia in Crantoris fragminibus non exstant, diversum ab Epicuri ratione sapientiæ genus nobis circumspiciendum est. Videatur forsitan Aristoteles (25), qui tunc scholam suam ab Academia nondum plane disjunxerat, ad suam sententiam traduxisse Crantorem : mediocritatem certe quam celebrat Aristoteles, Crantor non rejecit (26). Huc accedit Ciceronis auctoritas, qui sæpe de indiscreta doctrinæ veterum Academicorum et Peripateticorum similitudine loquitur. Quippe de orat. III, 18 : Nam Speusippus, inquit, Platonis sororis filius et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Idem de Fin. II, 11 Polemoni et jam ante Aristoteli ea prima visa sunt quæ paulo ante dixi. Ergo nata est sententia veterum Academicorum et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent secundum naturam vivere, id est, virtute adhibita frui primis a natura datis. Conf. IV, 6; V, 5; Tusc. V, 13 et 31. Verum re diligenter considerata fatebimur, Crantorem suo Marte in philosophiæ præceptis aliquid novasse. Fuit enim, quantum animi mei conjectura colligere possum, sæpius infirma atque ægra valetudine, quum et morbi causa, ut supra vidimus, in Æsculapii templum concessisse ibique aliquamdiu commoratus esse et juvenis hydrope affectus supremum diem obiisse narretur (27). Neque negligenda nobis sunt ipsius verba (28), e quibus cogas, eum morbi naturam cognitam habuisse. Quare existimo Crantorem usu doctum paulatim ad aliorum dogmata inclinasse, quia doloris sensum vitari non posse intelligeret. Itaque ut Dionysium Stoicum ajunt, quum ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitasse falsa esse illa quæ antea de dolore ipse sensisset (29), ita Crantorem arbitror corporis dolore cruciatum retractasse, quæ olim de indolentia tradidisset. Sic experientiam ducem secutus Crantor, simul quanti fecerit cum alios poetas, tum Homerum atque Euripidem, humanæ vitæ magistros, declaravit. Quibus Cicero, indolentiæ in Tusculanis disputationibus defensor, propterea succenset quod hominum animos fortissimorum virorum lamentis molliant (30).

Perspecta igitur doloris vi ac natura, cujus sensum inevitabilem esse videbat, Crantor vitam humanam tanquam malis plenam supplicii instar (31) habere statuit. Similia quidem, sed diversa tamen profert Plato (32). Quum enim Plato hoc tantum queratur, quod animus rebus divinis intentus nonnunquam cupiditatibus, doloribus, voluptatibus perturbetur : Crantor in eo miseriam humanam ponit, quod vita morbis, molestiis, ærumnis obnoxia sit, quæ omnia ex communi quodam fonte profluant. Quid; quod hinc etiam animi et corporis deformitatem manare credit atque adeo hanc ipsam mortis causam ducit, neque quidquam esse quod omnino sanum sit sibi persuasit. Deinde quum Crantor aut natura ita comparatum esse dixerit, ut homines in miseriis versentur, aut ipsorum culpa id accidisse (33) : Plato quidquid acerbum in vita humana est, ad generis nostri auctores inferiores deos refert (34). Quamquam autem hæc aliter atque a philosopho narrantur, accipienda esse liquet, exploratum tamen habemus, Platonem haudquaquam hominibus eorum quibus premuntur malorum culpam attribuisse. Itaque ne lapsus quidem animæ, quem Phædr. p. 248 describit, ad humanæ naturæ vitiositatem trahendus est.

(25) Cf. inprimis lib. de moribus ad Nicom. II, 6. 7. — (26) Vid. fragm. 8. — (27) Diog. Laert. IV, 27 καὶ κατέστρεψε πρὸ Πολέμωνος καὶ Κράτητος, ὑδρωπικῇ διαθέσει νοσήσας. — (28) Vid. fragm. 13. — (29) Cicero Tusc. II, 25. —

(30) Cicero Tuscul. lib. II, cap. 11. — (31) Vide fragm. 9 et 12. — (32) Plato Phæd. pag. 66. B. οὐκοῦν ἀνάγκη, ἔφη, ἐκ πάντων τούτων παρίστασθαι δόξαν τοιάνδε τινὰ τοῖς γνησίως φιλοσόφοις, ὥστε καὶ πρὸς ἀλλήλους τοιαῦτ' ἄττα λέγειν, ὅτι Κινδυνεύει τοι ὥσπερ ἀτραπός τις ἐκφέρειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ λόγου ἐν τῇ σκέψει, ὅτι, ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν καὶ ξυμπεφυρμένη ᾖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ, οὐ μή ποτε κτησώμεθα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν· φαμὲν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ ἀληθές. — (33) Vide fragm. 9. — (34) Plato Tim. pag. 69. c. ἀλλὰ πάντα ταῦτα πρῶτον διεκόσμησεν, ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῷον ἓν ζῷα ἔχον ἅπαντα ἐν αὑτῷ θνητὰ ἀθάνατά τε. Καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίγνεται δημιουργός, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν. Οἱ δὲ μιμούμενοι, παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτῇ περιετόρνευσαν ὄχημά τε πᾶν τὸ σῶμα ἔδοσαν ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ θνητόν, δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον, πρῶτον μὲν ἡδονήν, μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγάς, ἔτι δ' αὖ θάῤῥος καὶ φόβον, ἄφρονε ξυμβούλω, θυμὸν δὲ δυσπαραμύθητον, ἐλπίδα δ' εὐπαράγωγον αἰσθήσει τε ἀλόγῳ καὶ ἐπιχειρητῇ παντὸς ἔρωτι· ξυγκερασάμενοί τ' αὐτὰ ἀναγκαίως τὸ θνητὸν γένος ξυνέθεσαν. Καὶ διὰ ταῦτα δὴ σεβόμενοι μιαίνειν τὸ θεῖον, ὅ τι μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη, χωρὶς ἐκείνου κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἴκησιν τὸ θνητόν, ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοικοδομήσαντες τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους, αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς. —

Sed hæc hactenus. Superest ut de mortis tempore pauca annotemus. Vero proximum est, hominem doctissimum circa Ol. CXX decessisse (35). Namque ea tempestate Arcesilaus floruit (36) quem ante Crantoris obitum docuisse nemo credat, præsertim quum post Crantorem etiam Pyrrhonem et Diodorum audiverit (36). De reliquo Solensem philosophum in patria, ubi sepeliri voluerat, sepultum esse suspicamur (37). Morientem autem Arcesilao patrimonium suum, quod duodecim talentis constabat, reliquisse jam supra vidimus. Finis vitæ ejus multis luctuosus ac tristis fuisse putandus est, adeo ut statim notæ ejus virtutis desiderium consequeretur. Quapropter Theætetus (38) poeta hoc eum carmine celebravit (39) :

Ἥνδανεν ἀνθρώποις, ὁ δ' ἐπὶ πλέον ἥνδανε Μούσαις
  Κράντωρ, καὶ γήρως ἤλυθεν οὔτι πρόσω.
Γῆ, σὺ δὲ τεθνειῶτα τὸν ἱερὸν ἄνδρ' ὑπεδέξω (40).
  ἦ ῥ' ὅγε καὶ ζώει κεῖθι ἐν εὐπαθίῃ (41).

Longe deterius est epigramma, quod in eum fecit Diogenes Laertius (42). Id vero sic scribendum esse existimamus :

Ἐπέκλυσε καὶ σέ, Κράντορ, ἡ νόσων (45) κακίστη,
  χ' οὕτω κατῆλθες εἰς μέλαιναν Πλουτέως ἄβυσσον.
Καὶ σὺ μὲν ἐκεῖθι νῦν χαίρεις, λόγων (44) δὲ τῶν σῶν
  Ἀκαδημία θ' ἕστηκε χήρη (45) καὶ Σόλοι πατρίς [σευ.

Fuisse Crantorem inter exquisitos virtutis præceptores ejusque nomen vulgo jactatum et tanquam ipsius philosophiæ moralis, non hominis, usurpatum esse, cum alia veterum dicta ostendunt, tum illud Horatii Epist. lib. I, II, 1 seqq. :

Trojani belli scriptorem, maxime Lolli,
dum tu declamas Romæ, Præneste relegi,
qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, [quid non,
planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.

At quantis laudibus Panætius, Cicero, alii eum ornaverint, infra videbimus, quum ad librum de luctu pervenerimus.

Transeo ad Crantoris scripta quæ exceptis fragminibus quibusdam interciderunt. Exstant autem quatuor fragmentorum genera, quorum unum commentariorum in Platonis Timæum fragmenta, alterum consolationis sive libri περὶ πένθους reliquias, tertium incerti libri fragmentum, quartum denique poeticas quasdam reliquias quæ Solensi philosopho forsitan assignari possint, complectitur. Quum Speusippus et Xenocrates jam antea in hoc elaborassent, ut Platonici ingenii monumenta tum copiosis et uberibus commentariis, tum aliis libellis ac disputationibus illustrarent · mirum est quod Proclus in Tim. p. 24 Crantorem (46) primum Platonis interpretem vocat. Videtur utique hoc nomine præcipuum divini philosophi explanatorem appellare. Reliquit Crantor, si Diogeni (47) fides, commentarios ad triginta millia versuum continentes. In his non dubito quin fuerit etiam Timæi Platonici explicatio. Et Proclus quidem e Crantoris ὑπομνήμασι peculiares quasdam annotationes profert, Plutarchus vero ea quæ ille ad mundi harmoniam numerosque Platonicos dilucidandos excogitavit.

Sed summa in laude ejus de luctu libellus erat (48), non magnus ille quidem, sed, ut Panætio et Ciceroni, id est doctis et intelligentibus talium rerum existimatoribus, visum est, aureolus et ad verbum ediscendus (49), quem periisse vel propterea dolemus, quod ne Ciceronis quidem Consolatio superest. Etenim anno ab u. c. DCCVIII, quum vehementissimo dolore ex Tulliæ, filiæ suæ, uxoris Dolabellæ, morte capto laboraret, orator Romanus in medio mœrore conscripsit librum de luctu minuendo sive Consolationem. Eo videlicet in libro Crantorem unum omnium maxime secutus est, non quidem ut interpres, quippe qui tum aliorum etiam volumina in hanc sententiam scripta eo transtulerit, tum Romana quædam exempla suo Marte addiderit (5o),

(35) Inde colligimus Crantorem circa Ol. CX natum esse : siquidem *mature* decessit (γήρως ἤλυθεν οὔτι πρόσω) i. e. ante quadragesimum saltem annum. — (36) Diog. Laert. IV, 45. — (36) Eusebius præp. evang. XIV, 6, XV, 5. — (37) Diogenes Laertius IV, 25 λέγεται δὲ καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσιλάῳ, ταλάντων οὖσαν δυοκαίδεκα· καὶ ἐρωτηθέντα πρὸς αὐτοῦ ποῦ βούλεται ταφῆναι, εἰπεῖν· ἐν γῆς φίλης μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν. Sed hic versus a Telete apud Stobæum Flor. XL, 8 paulo aliter citatus καὶ γῆς φίλης ὄχθοισι κρυφθῆναι τάφῳ Euripideus videtur. Cf. Meinek. ad Stob. l. c. tom. II, præf. p. IX. — (38) Vid. Fabric. Bibl. Gr. vol. IV, p. 496 ed. Harles. — (39) Diog. Laert. IV, 25. — (40) ὑπεδέξω scripsi e Casauboni conjectura; vulgo ὑποδέξῃ. — (41) εὐπαθίῃ scripsi; codd. εὐθυμίῃ quod metro repugnat. — (42) Diog. Laert. IV, 27. — (43) νόσων reposui cum plerisque edd.; codd. νόσος. — (44) λόγων δὲ τῶν σῶν posui cum Hermanno; libri σῶν λόγων δέ. — (45) sic cum Hermanno; libri χήρη ἕστηκεν Ἀκαδημία. — (46) Proclus Comment. in Platonis Timæum pag. 24. A. ed. Basil. [pag. 54 ed. Schneider.] ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητὴς Κράντωρ. — (47) Diogenes Laertius lib. IV, 24 καὶ κατέλιπεν ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς, ὧν τινά τινες Ἀρκεσιλάῳ προσάπτουσι. —

(48) Diogenes Laertius lib. IV, 27 θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους. — (49) Cicero Acad. pr. II, 44. — (50) Hieronymus in Epitaph. Nepotiani Opp.

sed quemadmodum consueverat, ita fere ut hunc potissimum imitaretur, hunc tanquam ducem ad rem bene gerendam, cæteros scriptores comites haberet. Neque hoc dissimulavit Tullius, sed Plinio (51) teste in Consolatione illa professus est et præ se tulit, se Crantoris vestigia persequi. Idem testatur Hieronymus (52). Nunc quoniam ne hujus quidem opusculi Ciceroniani quidquam superat præter unum locum, quem ex Consolatione in Tusculanas disputationes transtulit auctor, et sex septemve locos, quos Lactantio debemus, duo sola sunt hodie chartarum amissarum solatia, Tusculanas dico paulo post illam commentationem a Cicerone divulgatas et Consolationem a Plutarcho ad Apollonium scriptam. Nam Tusculanæ quoque in consolatorio argumento versantur, quarum primus liber mortem non in malis ducendam, secundus dolorem contemnendum et fortitudine patientiaque opprimendum, tertius ægritudinem non cadere in sapientem et quæ sint ægritudinis remedia, quartus reliquas animi perturbationes cum sapientia constare non posse et quibus modis sedari tollique debeant docet. In his autem tradendis Crantoris librum liquet non neglectum esse a Cicerone. Plutarchi vero ad Apollonium missam consolationem (nam brevior illa quam ad uxorem post mortem filiolæ scripsit, nobis in hac quæstione inutilis est) exceptis paucis Platonis aliorumque philosophorum præceptis, paucisque item ipsius scriptoris sententiis, licet tribus tantum quatuorve locis Crantor citetur, ex hujus tamen potissimum libro depromtam esse, persuasum habemus. Ac primum quidem utraque ad patrem scripta est immatura liberorum morte graviter commotum; deinde Plutarchea consolatio fere nihil continet, sive res, quæ memorantur, sive scriptorum sententias respicias, quæ testimonii causa afferuntur, quod necessario contendas Crantoris libello posterius esse; poetarum autem versus, qui Plutarcheæ orationi admixti sunt, ex eodem fonte hausti videntur. Nimirum Homeri et Euripidis loci sunt, quos poetas Solensi philosopho in deliciis fuisse supra annotavimus. Denique quædam insunt in Plutarchea consolatione, quæ cum Ciceronis Tusculanis et Lactantio comparata, dubitari non potest quin Crantoris si non verba, at sententiam tamen repræsentent. Etsi igitur non Wyttenbachium (53) imitandum censemus, qui ex diversitate rationis et orationis, ex antiquitatis quodam colore, ex verborum, dictionum compositionisque natura, quæ res semper dubiæ et incertæ sunt, ipsa Crantoris verba, etiam ubi nomen ejus omittatur, distingui et a reliquo Plutarchi volumine separari posse statuit : licet tamen imaginem quandam libri deperditi, quo olim lugentium animi erigebantur doctique homines omnes delectabantur, dicendo adumbrare. Qua in re ita versabimur, ut non ea solum, quæ constat, sed ea etiam quæ probabile est Crantorem in illo opusculo dixisse hic afferamus. Neque tamen passis orationis velis scribendi copia Plutarchum aut Ciceronem victuri sumus, sed capita quædam Crantoris propositur i.

Animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur, nihil ne aut humidum quidem aut flabile aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat: quod et præterita teneat, et futura provideat, et complecti possit præsentia; quæ sola divina sunt. Nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a deo. Singularis est igitur quædam natura atque vis animi, sejuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, cœleste et divinum ob eamque rem æternum sit necesse est. Nec vero deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens ipsaque prædita motu sempiterno (54).

Multi autem iique sapientes viri non nunc primum deploraverunt res humanas, vitam esse supplicium judicantes, et omnino nasci hominem summam calamitatem ducentes (55). Etenim luendorum scelerum causa nascuntur homi-

VT. I. P. II, p. 268 ed. Bened. Pulvillus Capitolium dedicans, mortuum ut nuntiabatur subito filium, se jussit absente sepeliri. L. Paullus septem diebus inter duorum exsequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Prætermitto Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scævolas, Metellos, Scauros, Marios, Crassos, Marcellos atque Aufidios, quorum non minor in luctu, quam in bellis virtus fuit, et quorum orbitates in Consolationis libro Tullius explicavit. — (51) Plinius Hist. nat. præf. lib. I, 22 pag. 4 ed. Harduin. Scito enim conferentem auctores me deprehendisse a juratissimis proximis veteres transcriptos ad verbum neque nominatos, non illa Virgiliana virtute, ut certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de Republica Platonis se comitem profitetur, in Consolatione filiæ, Crantorem, inquit, sequor, item Panætium de Officiis, quæ volumina ejus ediscenda, non modo in manibus quotidie habenda nosti. — (52) Hieronymus epist. 60. Legimus Crantorem, cujus volumen ad concoquendum dolorem suum secutus est Cicero. — (53) vol. VI, p. 698.

(54) Cicero Tuscul. lib. I, cap. 27 § 66. Lactantius de Ira dei cap. 10; Instit. lib. I cap. 5. — (55) Vid. fragm.

nes (56). Damnanda igitur vita omnis, quippe quæ malorum plena sit. Scilicet hæc mors est, quam vulgus vitam putat; illa vita, quam plerique pro morte timent (57). Quare non nasci longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ; proximum autem, si natus sis, quam primum mori, et tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ (58). Quæ sententia ut majoris sit auctoritatis, Sileno attribuitur (59). Eadem in Cresphonte usus est Euripides :

> Nam nos decebat, cœtus celebrantes, domum
> lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
> humanæ vitæ varia reputantes mala :
> at, qui labores morte finisset graves,
> hunc omni amicos laude et lætitia exsequi (60).

Cæterum ad bene beateque vivendum recta bonorum, quæ hominibus in vitæ malis contingunt, æstimatione opus est. Bonum (61) igitur valetudinem, nec tamen finem bonorum dici convenit. Quippe singulis bonis suum ordinem suamque dignitatem attribui oportet. Si enim fingamus commune aliquod Græcorum theatrum, ac singula bona in scenam prodire et ad petendum principatum venire: statim etiam bonorum differentiæ intelligentiam habebimus. Primum enim Opulentia transgressa : Ego, inquiet, Græci universi, omnibus hominibus ornatum præbens et vestimenta et calceos et reliqua commoda utilis sum tam ægris quam sanis, atque in pace quidem præbeo res jucundas, in bello autem sum nervi et artus rerum gerendarum. His enim verbis Græci universi auditis consensu Opulentiæ dignitatis principatum dari jubebunt. Verum si, dum hæc jam præconis voce renuntiatur, superveniens Voluptas,

> Cui conjunctus amor, desiderium atque venustus
> qui possit quamvis prudentes fallere, sermo,

dicat, postquam in medium processit, æquum esse, suum nomen per præconem pronuntiari :

> Fragiles, caducæ, vix diem stabiles opes
> florent brevi, rursusque ex ædibus evolant,

expetuntur vero ab hominibus non propter se, sed propter illam, quæ ex iis capitur, delectationem et voluptatem : omnino Græci universi non aliter quam sic rem se habere rati, Voluptatem coronandam esse vociferabuntur. Sed hac quoque victoriæ præmium acceptura, ubi intraverit Valetudo cum diis consessoribus, et docuerit, se absente neque Voluptatem neque Opulentiam quidquam prodesse :

> Quid non valentem maximæ juvant opes?
> Tenui paratu vivere equidem mavelim
> quam possidere divitum ægritudinem,

rursus Græci universi tali voce audita intelligentes, beatitudinem lecto affixam et ægrotam subsistere non posse, Valetudinem victoria potiri affirmabunt. Verum Valetudine quoque jam vincente, quum ingressa fuerit Fortitudo magno principum et heroum globo circumdata et conscenso suggestu ita cœperit : *me absente, Græci, bona quæ possidetis alienantur, exoptentque forsitan hostes, ut vos in omnium rerum abundantia vivatis, tanquam bello superiores quam vos futuri*, his igitur auditis Græci primas partes Virtuti tribuent, secundas Valetudini, tertias Voluptati, ultimam denique Opulentiam ponent.

Jam ex filii morte animi dolorem ægritudinemque (62) capere, res est talis, quæ a naturali profecta principio, non sit in nostra potestate. Non enim iis assentior, qui immanem duramque indolentiam laudant, quæ neque contingere nobis neque prodesse potest. Eripiet enim nobis ista illam quam conservari maxime oportet e mutuo amore ortam benevolentiam. Mœrore autem ultra modum affici et nimis augere luctum contra naturam esse affirmo, et ex prava animi nostri opinione nasci. Quapropter etiam hoc ut damnosum et vitiosum et viros probos minime decens vitandum, mediocritas vero affectuum non est reprobanda. Ne ægrotus sim, sed si fuerim, sensus aliquis adsit, sive secetur pars membrorum, sive a corpore avellatur. Nam ista doloris vacuitas non sine magna mercede homini obtingit. Quippe verisimile est, ut ibi corpus, ita hic ejusmodi animum esse efferatum.

Hæc omnis illa vetus philosophia docet ac præcipit (63), quorum si quid aliud non probamus, id saltem nimis verum est, vitam nostram multimodis laboriosam et difficilem esse. Nam si natura non est talis, nostro certe vitio in hanc perniciem incurrit : et incerta ista fortuna e longinquo nos ac jam inde ab initio propter res minime sa-

---

12. — (56) Cicero apud Lactantium divin. institut. lib. III, cap. 18 § 10. — (57) Lactantius divin. instit. lib. III, cap. 19 § 14. — (58) Cicero apud Lactantium l. c. — (59) Cicero Tusc. lib. I, cap. 48 § 114. Cf. Lactantius l. c. —

(60) Cicero Tusc. lib. I, cap. 48 § 115. — (61) Vid. fragm. 13. —

(62) Vid. fragm. 8. — (63) Vid. fragm. 9. —

lubres comitata est. Mali quædam portio fatalis jam nascentibus nobis omnibus admiscetur. Quippe semina quum sint mortalia, statim partem hujus causæ sustinent, cur ingenii tarditas, morbi, curæ, mors denique ipsa nobis obrepant. Cur vero eo aberravit oratio? nempe ut intelligamus, non inusitatum homini esse infortunium, sed omnes nos sub eosdem casus esse subjectos. Verum (64) haudquaquam sua culpa in miseriis versari magnum est calamitatum levamen.

De Euthynoo (65) Italo hujusmodi narratio fertur. Hunc enim Elysio patre, Terinæo, virtute, fortunis, gloria civium suorum principe natum, repentina morte ob incertam causam obiisse. Quamobrem Elysio patri (qui illum unicum habuisset filium, maximarum divitiarum et opum heredem) incidisse suspicionem, quæ forsitan et aliis incidisset, filium veneno necatum esse. Quum autem dubitaret, quomodo rem explorare posset, venisse eum in psychomanteum, sacrisque legitime operatum loco isti indormivisse, ac talem speciem per somnum ei esse oblatam. Visum esse patrem ad ipsum accedere; quem posteaquam conspexisset, narrato filii casu, oraverit atque obsecraverit, ut in causa mortis invenienda se adjuvaret. Respondisse patrem : equidem idcirco adsum; sed ab isto accipe quæ tibi affert; inde enim omnia cognosces, quibus mœres. Fuisse vero eum quem pater indicabat juvenem pone sequentem, ætate et statura filii propemodum similem; interrogatumque quis esset, respondisse : genius sum filii tui, simulque ei porrexisse codicillos, quibus evolutis Elysius tres hos versus invenerit intus exaratos :

> Quæris, stulte? homines insanis mentibus errant:
> en jacet Euthynous fatali morte peremtus.
> Nam fuit utilius finiri ipsique patrique.

Deorum immortalium judicia solent in scholis proferre de morte; nec vero ea fingere ipsi, sed Herodoto (66) auctore aliisque pluribus. Primum Argivæ sacerdotis, Cleobis et Biton, filii, prædicantur : nota fabula est. Quum enim illam ad solemne et statum sacrificium curru vehi jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta : tunc juvenes ii quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt : ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, quum currus esset ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a deo : post, epulatos cum matre adolescentes, somno se dedisse, mane inventos esse mortuos. Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur : qui quum Apollini Delphis templum exædificavissent, venerantes deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis et laboris [illegible] nihil certi, sed quod esset optimum homini. Quibus Apollo se id daturum ostendit post ejus diei diem tertium : qui ut illuxit, mortui sunt reperti. Judicavisse deum dicunt, et eum quidem deum, cui reliqui dii concessissent, ut præter ceteros divinaret.

Alcidamas quidem, rhetor in primis nobilis, scripsit (67) etiam laudationem mortis, quæ constat ex enumeratione humanorum malorum. Cui rationes eæ, quæ exquisitius a philosophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis non defuit. Claræ vero mortes, pro patria oppetitæ, non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. Repetunt ab Erechtheo, cujus etiam filiæ cupide mortem expetiverunt pro vita civium. Codrum memorant, qui se in medios immisit hostes, veste famulari, ne posset agnosci, deposito ornatu regio; quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. Menœceus non prætermittitur, qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam jubet, ut hostium sanguis eliciatur suo. Veniunt inde ad propiora. Harmodius in ore et Aristogiton, Lacedæmonius Leonidas aliique vigent.

Neque vero omnibus (68) iidem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in cœlum patere. Nam vitiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in cœno jacere docuerunt : castos autem animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis atque artibus expolitos, levi quodam et facili lapsu ad deos, id est, ad naturam sui similem pervolare. Quum vero (69) et mares et feminas complures ex hominibus in deorum numero esse videamus et eorum in urbibus atque agris augustissima delubra veneremur; assentiamur eorum sapientiæ, quorum ingeniis et inventis omnem vitam legibus et institutis excultam constitutamque habemus. Quod si ullum unquam animal consecrandum fuit, illud profecto fuit. Si Cadmi progenies aut Amphitryonis aut Tyndari in cœlum tollenda fama fuit, huic idem

---

(64) Vid. fragm. 11. — (65) Vid. fragm. 10.

(66) Plutarchus Consol. ad Apoll. vol. VII, pag. 335 seq. Cicero Tuscul. I, 47. — (67) Cicero Tuscul. I, 48. —

(68) Lactantius Instit. lib. III, cap. 19 § 6. — (69) Lactantius Instit. lib. I, c. 15 § 20. —

honos certe dicandus est. Quod quidem faciam, teque omnium optimum doctissimumque, approbantibus diis immortalibus ipsis, in eorum cœtu locatum, ad opinionem omnium mortalium consecrabo.

Ita fere philosophatus est Crantor, cujus de luctu liber si exstaret, sempiternum græcarum litterarum monumentum haberetur. Restat, ut huic disputationi ipsa Solensis philosophi fragmenta subjiciam, quæ e variis scriptoribus collecta diligenter recensui atque interpretatus sum.

ΚΡΑΝΤΟΡΟΣ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

CRANTORIS FRAGMENTA.

1. Τὸν περὶ τῶν Ἀτλαντίνων σύμπαντα τοῦτον λόγον οἱ μὲν ἱστορίαν ψιλὴν εἶναί φασιν, ὥσπερ ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητὴς Κράντωρ· ὃς δὴ καὶ σκώπτεσθαι μέν φησιν αὐτὸν ὑπὸ τῶν τότε ὡς οὐκ αὐτὸν ὄντα τῆς πολιτείας εὑρετὴν ἀλλὰ μεταγράψαντα τὰ Αἰγυπτίων. Τὸν δὲ τοσοῦτον ποιήσασθαι τῶν σκωπτόντων λόγον, ὥστε ἐπὶ Αἰγυπτίους ἀναπέμψαι τὴν περὶ Ἀθηναίων καὶ Ἀτλαντίνων ταύτην ἱστορίαν, ὡς τῶν Ἀθηναίων κατὰ ταύτην ζησάντων ποτὲ τὴν πολιτείαν. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ προφῆται, φησί, τῶν Αἰγυπτίων, ἐν στήλαις ταῖς ἔτι σωζομέναις ταῦτα γεγράφθαι λέγοντες. Οἱ δέ φασιν αὐτὴν μῦθον εἶναι.

(Proclus Comment. in Platonis Timæum pag. 24. A. ed. Basil. [pag. 54 ed. Schneider.] Pertinent hæc verba ad notum illum Platonis locum, ubi sacerdotem Ægyptium Soloni narrantem inducit, Atlantidem insulam trans Herculis columnas sitam fuisse Libya et Asia majorem potentissimisque regibus paruisse, qui quondam Libya usque ad Ægyptum et Europa usque ad Etruriam subacta imperii fines protulerint, donec ab Atheniensibus et cæteris Græcis quos bello petiverant victi sint; postremo totam insulam ingentibus terræ motibus concussam et aquis haustam superfuso mari Atlantico interiisse. Eadem fere referuntur in Platonis dialogo Critia. Cf. Strabo lib. II, p. 102; Plutarchus Solon. cap. 26. Plinius hist. nat. lib. II, 90; Tertuliianus Apologet. cap. 40. Illa vero de re Proclus l. c. p. 54. F. [pag. 126 ed. Schneider.] hæc scripsit: ὅτι μὲν ἐγένετο τοιαύτη τις νῆσος καὶ τηλικαύτη, δηλοῦσί τινες τῶν ἱστορούντων τὰ περὶ τῆς ἔξω θαλάττης. Εἶναι γὰρ καὶ ἐν τοῖς αὐτῶν χρόνοις ἑπτὰ μὲν νήσους ἐν ἐκείνῳ τῷ πελάγει Περσεφόνης ἱεράς, τρεῖς δὲ ἄλλας ἀπλέτους, τὴν μὲν Πλούτωνος, τὴν δὲ Ἄμμωνος, μέσην δὲ τούτων ἄλλην Ποσειδῶνος, χιλίων σταδίων τὸ μέγεθος, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἐν αὐτῇ μνήμην ἀπὸ τῶν προγόνων διασώζειν περὶ τῆς Ἀτλαντίδος ὄντως γενομένης ἐκεῖ νήσου παμμεγεθεστάτης, ἣν ἐπὶ πολλὰς περιόδους δυναστεῦσαι πασῶν τῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει νήσων, Ποσειδῶνος καὶ αὐτὴν οὖσαν ἱεράν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Μάρκελλος ἐν τοῖς Αἰθιοπικοῖς γέγραφεν. Videmus igitur Crantorem, Marcellum aliosque veteres tum rerum gestarum pronuntiatores tum philosophos ea quæ de Atlantide narrantur credidisse, alios autem falsa existimasse. Cf. Proclus in Tim. p. 31 [p. 70 ed. Schneider.] Sed utris assentiendum sit, hodie quoque quæri solet. Cavendum tamen, ne incognita pro cognitis habeamus. Multi enim non intellecto Procli loco in Tim. p. 26 putarunt, memoriam belli cum Atlantinis gesti in Panathenæis Minervæ peplo tropæis Atlanticis ornato conservatam esse. Nempe apud Proclum ejus rei nec vola nec vestigium apparet. Ostendit hoc jam pridem Car. Fr. Hermannus in Antiquit. sacr. § 54 not. 13 atque in Histor. phil. Plat. Tom. I, p. 704. Cæterum antiquitatis investigatoribus legendus est Alexandri Humboldtii liber qui inscribitur : *Examen critique de l'histoire du nouveau continent.*. Quod reliquum est, probamus Stallbaumii sententiam, qui ad Tim. p. 100 hæc proposuit : « quidquid rei est, illud quidem negari non potest, quæ de situ et regione, de magnitudine, de potentia denique atque opibus hujus insulæ a Platone narrantur, ea mirifice in Americam convenire, ut si non ex historiæ fontibus ducta, certe singulari quadam ac prorsus divina animi præsagitione conficta sint. »)

2. Οἱ δὲ περὶ Κράντορα τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταί φασι γενητὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον ὡς ἀπ' αἰτίας ἄλλης παραγόμενον καὶ οὐκ ὄντα αὐτόγονον οὐδὲ αὐθυπόστατον.

(Proclus in Tim. p. 85. A. ed. Basil. [p. 199 ed. Schneider] τοιαύτης δ' οὖν τῆς ζητήσεως οὔσης Πλούταρχος μὲν καὶ Ἀττικὸς καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν

1 Totam hanc de Atlantinis narrationem alii nudam historiam esse aiunt, ut primus Ptatonis interpres Crantor; qui eum etiam ab æqualibus derisum esse dicit, quod non ipse esset reipublicæ inventor, sed Ægyptiorum res in græcam linguam transtulisset. Illum autem adeo non neglexisse derisores, ut Ægyptiis hanc de Atheniensibus et Atlantinis narrationem remitteret, ratus olim Athenienses hunc civitatis statum habuisse. Ea vero, inquit, testificantur Ægyptiorum quoque vates, hæc columnis quæ adhuc exstant inscripta esse dicentes. Alii vero historiam illam meram fabulam esse aiunt.

2. At Crantor, Platonis interpres, ait procreatum dici mundum, quatenus ab alia causa oriatur ac neque suapte sponte natus sit, neque per se subsistat.

Πλατωνικῶν κατὰ χρόνον τὴν γένεσιν ἤκουσαν, καί φασι γίγνεσθαι τὴν ζήτησιν, εἴτε ἀγένητος κατὰ χρόνον ὁ κόσμος, εἴτε γενητός· εἶναι γὰρ πρὸ τῆς κοσμοποιΐας ἄτακτον κίνησιν, ἅμα δὲ κινήσει πάντως ἐστὶ καὶ χρόνος, ὥστε καὶ χρόνον εἶναι πρὸ τοῦ παντός· ἅμα δὲ τῷ παντὶ γεγονέναι χρόνον ἀριθμὸν ὄντα τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως, ὡς ἐκεῖνος ἦν τῆς πρὸ τῆς κοσμοποιΐας οὔσης ἀτάκτου κινήσεως ἀριθμός· οἱ δὲ περὶ Κράντορα κτλ. Spectant hæc ad Platonis in Timæo verba p. 28. B. πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι· παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. Ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεί, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ δύναμιν ἀπεργάζηται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονός, γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω, σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. Γέγονεν· ὁρατός ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. Vide Phil. Græc. Fragm. Vol. II, pag. 157.)

3. Οἱ δὲ Κράντορι τῷ Σολιεῖ προσέθεντο μιγνύντι τὴν ψυχὴν ἔκ τε τῆς νοητῆς καὶ τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστῆς φύσεως.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 1 vol. XIII, pag. 287 ed. Hutten.)

4. Οἱ δὲ περὶ τὸν Κράντορα μάλιστα τῆς ψυχῆς ἴδιον ὑπολαμβάνοντες ἔργον εἶναι τὸ κρίνειν τά τε νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητά, τάς τε τούτων ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς ἄλληλα γινομένας διαφορὰς καὶ ὁμοιότητας, ἐκ πάντων φασίν, ἵνα πάντα γινώσκῃ, συγκεκρᾶσθαι τὴν ψυχήν· ταῦτα δ' εἶναι τέτταρα, τὴν νοητὴν φύσιν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, καὶ τὴν περὶ τὰ σώματα παθητικὴν καὶ μεταβλητήν· ἔτι δὲ τὴν ταυτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου, διὰ τὸ κἀκείνων ἑκατέραν μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταυτότητος. Ὁμαλῶς δὲ πάντες οὗτοι χρόνῳ μὲν οἴονται τὴν ψυχὴν μὴ γεγονέναι, μηδ' εἶναι γεννητήν, πλείονας δὲ δυνάμεις ἔχειν, εἰς ἃς ἀναλύοντα θεωρίας ἕνεκα τὴν οὐσίαν αὐτῆς, λόγῳ τὸν Πλάτωνα γινομένην ὑποτίθεσθαι καὶ συγκεραννυμένην· τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ κόσμου διανοούμενον, ἐπίστασθαι μὲν ἀΐδιον ὄντα καὶ ἀγέννητον, τὸ δὲ ᾧ τρόπῳ συντέτακται καὶ διοικεῖται καταμαθεῖν οὐ ῥᾴδιον ὁρῶντα τοῖς μήτε γένεσιν αὐτοῦ μηδὲ τῶν γεννητικῶν σύνοδον ἐξ ἀρχῆς προϋποθεμένοις, ταύτην τὴν ὁδὸν τραπέσθαι.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 1 et 2 vol. XIII, pag. 288 ed. Hutten. Conjunxi tertium et quartum fragmentum, quia ad eandem rem spectant. Refertur utrumque ad hæc Platonis in Timæo verba pag. 34 sqq. τὴν δὲ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν· οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου ξυνέρξας εἴασεν· ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῇ ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν, ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου, ξυνεστήσατο ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ. Τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ξυνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταυτοῦ φύσεως ὂν (sic. leg. pro vulg. αὖ πέρι) καὶ τῆς θατέρου, καὶ κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. Καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸν ξυναρμόττων βίᾳ. Μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἓν πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην. Ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε. Μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης, τὴν δ' αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης, τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν (leg. πέμπτην δὲ τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν, τὴν δ' ἕκτην τριπλῆν τῆς τρίτης),

---

3. Alii autem Crantori Solensi astipulati sunt, qui animam e duabus naturis miscet, altera sub intelligentiam cadente, altera opinabili et sensibus inhærente.

4. Crantor vero, ut qui id maxime proprium animæ officium putaret, judicare intelligibilia et sensibilia, eorumque et inter se in suo et invicem in diverso genere discrimina ac similitudines: animam, ut possit omnia cognoscere, ex omnibus ait esse concretam. Esse autem hæc quatuor: naturam quæ mente duntaxat cernitur, semperque unius modi ac sui similis est; tum eam quæ corporibus adest patibilem et mutabilem: ad hæc ejusdem et diversi, quod etiam istarum utraque particeps ejusdem et diversi proprietatum sit. Isti vero omnes pariter hoc sentiunt, animam tempore non esse ortam, neque omnino genitam, sed plures habere facultates, in quas ejus substantiam Plato contemplationis gratia solvens, verbo ponat nasci eam et commisceri. Eademque illum de mundo etiam sensisse: quem quum sciret esse æternum nulloque ortu generatum, videret autem difficulter considerari posse quo modo compositus esset et regeretur, nisi quis ortum ejus et causarum ipsum efficientium concursum ab initio statuisset, istam viam esse ingressum.

ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης. Μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθε διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. Vide Phil. Græc. Fragm. Vol. II, pag. 162 seq. Apparet quam Plato hoc loco appellat τὴν ἀμέριστον οὐσίαν, eam a Crantore τὴν νοητὴν nominari; quam ille μεριστὴν vocat, eam ab interprete περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστήν, παθητικήν, μεταβλητήν dici. Probat hanc explicationem Plotinus Ennead. IV, lib. VIII, cap. 7 pag. 475 ed. Basil. scribens : διττῆς δὲ φύσεως ταύτης οὔσης τῆς μὲν νοητῆς, τῆς δὲ αἰσθητῆς, ἄμεινον μὲν ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι. Quare Proclus in Tim. p. 187 B. ed. Basil. [pag. 444 ed. Schneider.] οἱ δὲ φιλοσοφώτερον ἁπτόμενοι τῶν λόγων νοῦ καὶ αἰσθήσεως αὐτὴν μέσην λέγουσι, τοῦ μὲν ἀμερίστου, τῆς δὲ περὶ τοῖς σώμασι μεριστῆς, ὡς Πλωτῖνος. Quod quam valde abhorreat a sensu verborum Platonis, non est obscurum. Quum enim ille significasset, animam mundi non solum *individuam* esse et harmoniæ instar sibi cohærentem, sed omnia quoque corpora permeantem i. e. *dividuam* : Crantor qui nullam animi per naturam rerum omnem intenti et commeantis notionem haberet, mentem mundi cum anima humana comparavit, cujus actio cerneretur et *cogitatione* quæ semper ejusdem modi esset, et *sensu* qui vario modo afficeretur, ideoque animæ mundi τὸ μεριστόν *sensum*, τὸ ἀμερές *cogitationem* esse censuit. Præterea illud κἀκείνων ἑκατέραν μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταὐτότητος [i. e. cogitationem et sensum participem esse tum varietatis tum æqualitatis] per se quidem negari non potest, quia cuncta mentis non magis cogitata quam sensa *commune* aliquid (ταὐτό) inter se habent et *discrimina* complura (ἑτερότητας); sed Platonem id exprimere voluisse non est verisimile. Quippe τὸ ἀμερές idem est quod ἡ ταὐτότης, natura semper sibi constans, omnia complectens, individua, infinita, æterna; itemque τὸ μεριστὸν idem valet quod ἡ ἑτερότης, constatque e rebus innumerabilibus atque inter se diversis, corporeis, finitis, mutabilibus et fragilibus. Cæterum quod Crantor dixit animam ex omnibus concretam esse, ut omnia cognosceret, ea communis Platonicorum opinio erat. Vide Proclum in Tim. p. 186. 189. 203 et præcipue 205. In hoc autem a magistro dissensit, quod quum ille animam mundi ex duabus tribusve naturis conflatam esse judicasset, ipse eam ex quatuor partibus dissimilibus compositam duxit. Denique Xenocrates et Crantor (hos enim antea nominaverat Plutarchus) intellexerunt, contemplationis causa fieri, ut Plato quamvis mundum sciret esse æternum nulloque ortu generatum, idemque de anima mundi sentiret, tamen utriusque generationem paulatim factam introduceret. Neque enim aliter Plato rem obscuram iis qui philosophiæ studio tenerentur dilucide explicare posse sibi videbatur.)

5. Εἰρηκότος δὲ τοῦ Πλάτωνος· ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ς' καὶ ν' καὶ σ' πρὸς γ' καὶ μ' καὶ σ', διὰ ταύτην τὴν λέξιν ἠναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν. Ἔδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς ἐπόγδοα γίνεσθαι δύο· τῆς δὲ ἑξάδος οὔτ' αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης, εἴτε τέμνοιτο, κερματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων, δυσθεωρήτου τῆς μαθήσεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ὑπηγόρευσεν, ὥσπερ ἐν ἁρμονικῇ μεταβολῇ τοῦ διαγράμματος ὅλου συνεπιτεινομένου τῷ

---

5. Quum autem dixisset Plato : *sesquialteris vero intervallis et sesquitertiis et sesquioctavis sumptis, ex iis colligationibus in primis intervallis, sesquioctavo intervallo sesquitertia omnia explebat, quum particulam singulorum relinqueret. Ejus autem particulæ intervallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem comparationemque in extremis, quam habent* CCLVI *cum* CCXLIII, ob hæc ergo Platonis verba coacti sunt numeros denuo augere. Oportebat enim deinceps post senarium poni duos sesquioctavos. At neque octavam partem habet senarius, et si comminuatur, monadibus ejus ad scrupulos redactis, difficilis futura sit contemplatio. Quapropter ipsa res multiplicationem suggessit, ut tanquam in harmonica mutatione secundum primi numeri incrementum tota augeretur descriptio. Eudorus igitur Crantorem secutus primum numerum posuit CCCLXXXIV, qui fit VI cum LXIV multiplicatis.

πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν. Ὁ μὲν οὖν Εὔδωρος ἐπακολουθήσας Κράντορι, πρῶτον ἔλαβε τὸν τπδ', ὃς γίνεται τοῦ ξξ ἐπὶ τὰ ξδ' πολλαπλασιασθέντος.

(Plutarchus de anim. procreat. in Timæo cap. 16 vol. XIII, pag. 3o5 ed. Hutten. Cf. Plato Tim. pag. 36 A. Plato verbis a Plutarcho allatis declarat, quomodo mundi opifex animæ mundanæ simul æqualitatem et varietatem (τὸ ἀμερὲς καὶ τὸ μεριστὸν) impertiverit. Atque id quidem jam a Pythagoreis instrumentorum musicorum comparatione demonstratum fuisse nemo ignorat. Neque negari potest, quin præclare exprimatur rerum creatarum discordia et concordia chordarum sono et fidium cantu. Quum enim singulæ chordæ diversos inter se sonos reddant, universæ musica modulatione junctæ concentum sive harmoniam efficiunt. Verum quicunque hæc diligentius consideraverint, fateantur oportet, istam comparationem non omnes habere in se numeros veritatis, sed solam rei similitudinem. Jam ne quis in musicis hæreat, latius chordarum rationem perscribam. Primum igitur constat, diagramma sive scalam musicam e septem sonis semper redeuntibus esse, ita ut soni gradu inter se differant et modo graviores modo acutiores sint. Nostri cos litterarum nominibus notarunt : CDEFGAH etc. Ex his C est sonus primarius, F quartus ponitur sive διὰ τεσσάρων, G quintus sive διὰ πέντε, deinde sonus C, qui post H redit, octavus sive διὰ πασῶν. Recte autem Henr. Stephanus in Thesauro linguæ græcæ animadvertit, apud musicos in harmoniarum appellationibus διὰ accipi pro ἐκ, ut διὰ πασῶν sit *harmonia ex omnibus*. Accedit, quod in modulationibus musicis maxime tum primarius sonus, tum quartus et quintus adhibentur. Dicuntur vero ἑπτάχορδοι ἁρμονίαι concentus qui septem fiunt chordis seu nervis. Jam si de chorda C dimidiam partem demseris, reliqua chordæ pars reddet sonum C redeuntem, acutiorem primario, sive διὰ πασῶν; si quartam, reliqua chordæ pars reddet sonum F sive διὰ τεσσάρων, ejusque partis longitudo cum integræ chordæ longitudine collata hanc proportionem habet :

$$\frac{3}{4} : \frac{4}{4} = 3 : 4$$

$$\text{sive } \frac{3}{4} : 1 = 3 : 3 + 1 = 1 : 1\,\frac{1}{3},$$

itaque sonus C (= 4) una particula major est quam sonus F (= 3). Quocirca sonus F ἐπίτριτον διάστημα vocatur i. e. sesquitertium intervallum, sive tertia parte adjuncta natum. Qua de re Macrobius in Somnium Scipionis lib. II, cap. I : est epitritus, inquit, quum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus tertiam partem : ut sunt quatuor ad tria. Nam in quatuor sunt tria, et tertia pars trium, id est, unum. Ex eo numero nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ τεσσάρων. Porro si de chorda C tertiam partem demseris, reliqua chordæ pars reddet sonum G sive διὰ πέντε, proportioque hæc exsistet :

$$\frac{2}{3} : \frac{3}{3} = 2 : 3$$

$$\text{sive } \frac{2}{3} : 1 = 1 : 1\,\tfrac{1}{2},$$

unde sonus G etiam ἡμιόλιον ($1\,\frac{1}{2}$) διάστημα nominatur i. e. sesquialterum intervallum, sive dimidia parte adjecta ortum. Est enim hemiolius, interprete Macrobio l. c., quum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus medietatem : ut sunt tria ad duo. Nam in tribus sunt duo, et media pars eorum, id est, unum. Et ex hoc numero, qui hemiolius dicitur, nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ πέντε. Postremo demta nona parte deprehendes sonum D secundum parvo intervallo a primario sono distantem, quod intervallum a Græcis τόνος dictum est. De hoc sic præcipit Martianus Capella lib. 9 : « Tonus spatii magnitudo est : qui ideo tonus dictus est, quia per hoc spatium ante omnes prima vox quæ fuerit, extenditur, hoc est, de nota qualibet in notam, ut a media in paramesen. » Facta autem ea cujus memini mutatione, proportio hæc oritur :

$$\frac{8}{9} : \frac{9}{9} = 8 : 9$$

$$\text{sive } \frac{8}{9} : 1 = 8 : 9 + 1 = 1 : 1\,\tfrac{1}{8}.$$

Quamobrem hoc διάστημα ἐπόγδοον quoque vocitatur i. e. sesquioctavum intervallum, sive octava parte addita natum. Bene ergo Macrobius l. c. ait : Epogdous est numerus, qui intra se habet minorem et insuper ejus octavam partem : ut novem et octo, quia in novem octo sunt, et insuper octava pars eorum, id est, unum. Hic numerus sonum parit, quem tonon musici vocaverunt. Superest, ut a primo tono D ad secundum, id est, E progrediamur demta nona parte chordæ D; deinde eodem modo totum intervallum a sono G usque ad διὰ πασῶν sonum tonis explendum est, unde nascentur soni A, H. Nunc quomodo intervallorum rationem Græci reddiderint, exponendum. Ea nostræ maxime contraria erat. Exempli causa si totius chordæ longitudinem numero duodenario notemus, diatessaron est nostrorum hominum judicio :

$$12 - \frac{12}{4} \; (= 12 - 3 = 9);$$

nos enim *chordam ipsam* seu sonum primarium pro *toto* habemus, cujus *parte* quarta demta diatessaron relinqui dicimus; Græci *reliquam chordæ partem* pro *toto* habebant, cui deinde adjiciebatur (velut ad complendam chordam) *tertia ejus pars* ($12 + \frac{12}{3}$ sive $12 + 4 = 16$). Atque ut diatessaron ex primario sono colligebant, ita reliqua quoque intervalla constituere assueverant. Venio jam ad numeros, quibus Græci intervalla signabant. *Primarius sonus* tali numero notandus erat, qualis facile in partes dividi posset i. e. cujus tertia, quarta, octava pars haud difficulter inveniretur. Quare philosophi jam ante Platonem *numerum* 192 *primarium* posuerant. Is numerus habet :

Diapason.	$192 + 192 = 384$
Diatessaron (ἐπίτριτον).	$192 + \frac{192}{3} = 256$
Tonum (ἐπόγδοον) primum.	$192 + \frac{192}{8} = 216$
Tonum secundum.	$216 + \frac{216}{8} = 243$
Diapente (ἡμιόλιον). . .	$192 + \frac{192}{2} = 288$
Proximum deinde tonum.	$288 + \frac{288}{8} = 324$
Alterum tonum.	$324 + \frac{324}{8}$

Cæterum intervallum inter 243 (ἐπόγδοον secundum) et 256 (sive diatessaron) est numerus 13, qui quum prioribus numeris non contineatur, a Græcis nominabatur λεῖμμα, id quod reliquum est, sive hemitonium minus. Vide Macrobium l. c. Sed octonarius in 324 non continetur, atque idcirco, ut ait Plutarchus hoc loco ἠναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν (ea mente ut pro 324 alius inveniretur numerus, quo octonarius contineretur)· ἔδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς (post diapente) ἐπόγδοα γίνεσθαι δύο· τῆς δὲ ἑξάδος οὔτ' αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης (quum numerus 324 [sextum diagrammatis sonum significans] octavam sui partem intra se non haberet) εἴτε τέμνοιτο, χερματιζομένων εἰς μόρια τῶν μονάδων δυσθεωρήτου τῆς μαθήσεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ὑπηγόρευσεν, ὥσπερ ἐν ἁρμονικῇ μεταβολῇ τοῦ διαγράμματος ὅλου συνεπιτεινομένου τῷ πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν (sicut quum musici alicujus instrumenti chordæ ad alios sonos reddendos aliter tenduntur, omnium sonorum numeri eodem modo mutantur, quo numerus primarii soni.) Ὁ μὲν οὖν Εὔδωρος [vide Phil. Gr. Fragm. vol. II, pag. LI seq.] ἐπακολουθήσας Κράντορι πρῶτον ἔλαβε τὸν τπδ' (384) ὃς γίνεται τοῦ ἓξ ἐπὶ τὰ ξδ' πολλαπλασιασθέντος (6×64). Itaque totum diagramma hac ratione tonis compleri potuit :

Primarius.			Diatessaron.
384	432	486	512
Diapente.			Diapason.
576	648	729	768

6. Ὑποδεδειγμένων δὲ τούτων, τὸ μὲν συμπληροῦν τὰ διαστήματα καὶ παρεντάττειν τὰς μεσότητας, εἰ καὶ μηδεὶς ἐτύγχανε πεποιηκὼς πρότερον, ὑμῖν ἂν αὐτοῖς ἕνεκα γυμνασίας παρῆκα. Νῦν δὲ πολλοῖς κἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐξειργασμένου τούτου, μάλιστα δὲ Κράντορι καὶ Κλεάρχῳ καὶ Θεοδώρῳ τοῖς Σολεῦσι, μικρὰ περὶ τῆς τούτων διαφορᾶς εἰπεῖν οὐκ ἄχρηστόν ἐστιν. Ὁ γὰρ Θεόδωρος, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι, δύο στίχους ποιῶν, ἀλλ' ἐπὶ μιᾶς εὐθείας ἐφεξῆς τούς τε διπλασίους ἐκτάττων καὶ τοὺς τριπλασίους, πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται τῇ λεγομένῃ κατὰ μῆκος σχίσει τῆς οὐσίας, δύο ποιούσῃ μοίρας, ὡς ἐκ μιᾶς, οὐ τέσσαρας ἐκ δυεῖν· ἔπειτά φησι τὰς τῶν μεσοτήτων παρεντάξεις, οὕτω λαμβάνειν προσήκειν χώραν· εἰ δὲ μή, ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἔσεσθαι, καὶ μεταστάσεις εἰς τὸ πρῶτον εὐθὺς τριπλάσιον ἐκ τοῦ πρώτου διπλασίου, τῶν συμπληρούντων ἑκάτερον ὀφειλόντων. Τοῖς δὲ περὶ τὸν Κράντορα βοηθοῦσιν αἵ τε θέσεις τῶν ἀριθμῶν, ἐπιπέδων ἐπιπέδοις, καὶ τετραγώνων τετραγώνοις, καὶ κύβων κύβοις ἀντιθέτως συζυγούντων, τῇ τε μὴ κατὰ τάξιν αὐτῶν λήψει, ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπιπέδων ἀρτίοις καὶ ἐπιπέδοις ἀντιθέτῳ συζυγίᾳ.

μεως [e] ἐπινοήσῃ, οὔτε τὸ γενόμενον ἄφθαρτον, οὔτε τὸ μὴ φθαρησόμενον γεννητόν. Ὅταν δὲ τὴν ἀρίστην τις αἰτίαν ἐπιστήσῃ τὴν ἐκ θεοῦ, δεῖ ταύτην ἡγεμόνα τῶν πάντων λαβόντα, μηδὲν αὐτὴν τῶν ἄλλων αἰτιῶν [f] ἀποφαίνειν χείρονα. Γελοῖον γάρ, διότι μὲν γέγονέ τι, διὰ τοῦτο φθαρῆναι· εἰ δὲ ὁ θεὸς βούλεται, μὴ φθαρῆναι· καὶ διότι μέν τι ἀγέννητόν ἐστιν, ἔχειν ἰσχὺν τοῦ μὴ φθαρῆναι· τὴν δὲ παρὰ θεοῦ βούλησιν ἐνδεῖν, πρὸς τὸ ἄφθαρτον τηρῆσαί τι τῶν γενομένων. Καὶ ὁ μὲν οἰκοδόμος ἱκανὸς οὐκ οὖσαν οἰκίαν κατασκευάσασθαι· ἱκανὸς δέ τις καὶ ἀνδριάντα μὴ ὄντα πρότερον, ὄντα ποιῆσαι· καὶ ναῦν ἄλλος ἐξ ὕλης ἀργοῦ τεκτηνάμενος παρέσχε τοῖς δεομένοις· καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ἕκαστος, ὅσοι γε τὰς ποιητικὰς μετίασι τέχνας, δύναμιν ταύτην ἔχουσιν, ὥς τι τῶν οὐκ ὄντων ἄγειν εἰς οὐσίαν. Ὁ δὲ παμβασιλεὺς καὶ ἀριστοτέχνης, οὐδ' ὅσον ἀνθρωπίνου τεχνίτου δυνάμεως μεθέξει, ἄμοιρος δ' ἡμῖν πάσης ἔσται γενέσεως; οὐκ, ἐάν γε κατὰ βραχὺ θείας αἰτίας ἐπιλογισμὸν οἷοί τε ὦμεν λαβεῖν. Ἀλλὰ ποιῆσαι μὲν ἱκανὸς καὶ βουληθῆναι τὰ καλά· ἀγαθός γάρ, (ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς φθόνος περὶ οὐδενός·) τηρῆσαι δὲ καὶ διαφυλάξαι τὰ γενόμενα οὐ δυνατός; Καὶ μὴν καὶ οἱ λοιποὶ τεχνῖται πρὸς ἄμφω ἱκανοί. Ὁ γοῦν οἰκοδόμος καὶ ὁ ναυπηγὸς οὐ μόνον καινὰς κατασκευάζονται ναῦς καὶ οἰκίας, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑπὸ χρόνου διαφθειρομέναις ἱκανοὶ βοηθεῖν, ἕτερα τῶν πεποιημένων ἀντικαθιστάντες αὐταῖς. Ὥστε καὶ τῷ θεῷ πάντως [g] τό γε τοσοῦτον συγχωρητέον. Ὁ γάρ τις ὅλον ποιῆσαι δυνατός, τοῦτο πῶς ἂν ἐκ μέρους ἀδύνατος εἴη ποιεῖν; Καὶ γενέσθαι τοίνυν τι δεῖ καινόν, εἴγε μέλλοι [h] τις ὅλως εἶναι ποιητής, καὶ τὸ καλὸν ἔργον πρὸς ἅπαν διασώζεσθαι. Τὸ γὰρ εὖ γενόμενον ἐθέλειν λύειν, κακοῦ. Μείζων δὲ ἄλλος εἰς σωτηρίαν τῶν γενομένων δεσμὸς οὐκ ἔστι τῆς τοῦ θεοῦ βουλήσεως. Ἢ ἀνθρωπίνης μὲν σπουδῆς καὶ βουλήσεως μεταλαβόντα πολλά, καὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, καὶ ἔργα, μένει χρόνον ἀμήχανον ὅσον γενόμενα, μηκέτ' ὄντος τοῦ θελήσαντος· τὰ δὲ τῆς τοῦ θεοῦ μετασχόντα γνώμης, καὶ δι' αὐτὸν καὶ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, ταῦτα δὴ ἄρα παρόντος τοῦ ποιήσαντος οἰχήσεται καὶ οὐ

---

qua tum eum qui antea nullus erat mundum effecerit, tum factum jam a se, perpetuo si velit, integrum et incolumem servabit: atque ita mundus Platonis judicio simul ortus sit, simul sempiternus, quis tandem peripateticorum nobis ista rationibus probabit? Enimvero amice nobis monendus est dogmatum istorum defensor, neque si quid ortum sit, id necessario occidere debere, neque si quid vicissim nunquam occidet, id nullo ortu generatum esse. Neque enim aut quod interitu careat, id aliam nullam, quam quod etiam ortu careat, perpetuitatis suæ causam habere concedendum est: aut quod semel ortum habuerit, ei inexorabilis quædam intereundi necessitas imponenda. His ergo stabiliendis quid tandem ex Aristotelis doctrina præsidii nobis comparabimus? ejus nempe hominis, qui non obiter, imo nec per se istud disputationis genus contexat, sed recta in Platonem feratur, eique quod ortum est pereundi necessitatem afferat; quod vero non pereat, id ex eo tantum, quod ortum nunquam sit, integrum manere defendat: postremo ne deo quidem ipsi boni ullius, si velit, efficiendi vim ac potestatem relinquat? Quod enim prius nondum erat, id esse, inquit, postea nullo modo potest. Atque hoc orationis genere tantum abest, ut Platonis doctrinam stabiliverit, ut eo absterritos ex illis nonnullos, qui Platoni operam dabant, de ea sententia demoverit. At vero illi intelligere non potuerunt, si rerum ipsarum natura per sese atque a dei voluntate ac numine sejuncta spectetur, neque quod ortum semel est, id ab interitu liberum futurum, neque vicissim quod interibit nunquam, idem ortum aliquando esse: sin autem præcipua divinæ causæ ratio habeatur, æquum esse profecto, eam semel omnium ducem et principem constitutam, nihilo saltem infirmiorem quam cæteras judicari. Etenim ridiculum utique fuerit, quod ortum aliquid sit propterea id corrumpi; idem si corrumpi deus voluerit, non corrumpi: similiter, quod aliquid ortu careat, propterea illud interitus a se propulsandi vim habere; divinam contra voluntatem non satis ad eorum quidquam, quæ generata sunt, ab interitu liberandum valere. An vero domum, quæ non erat, architectus ædificare poterit, statuam alius facere, quæ antea non esset, alius ex rudi materia navem hominibus illa egentibus construere: postremo quicunque in artibus operosis versantur, aliquid ut sit quod prius non erat, efficiendi vim habebunt: summum illum regem et optimum artificem potestatis ne tantum quidem, qnantum mortalem opificem habere concedemus, omnique eum generandi facultate privabimus? Nunquam profecto, si paullatim causam divinam cogitatione complecti poterimus. Quid igitur? An forte (quoniam ipse bonus est; bonus autem nemini quidquam invidet) præclara efficere cum possit, tum etiam velit, quæ tamen effecta sint conservare idem tuerique non possit? Atqui cæteri artifices utrumque possunt. Architecti quidem et navium fabricatores non solum novas seu domos seu naves ædificant, sed iis etiam tempore vitiatis partes alias in prius factarum corruptarumque locum substituendo, mederi possunt. Quamobrem omnino saltem tantundem deo concedendum est. Quod enim totum efficere quis potuerit, quomodo ex parte id ipsum efficere nequeat? Itaque, si quis omnino effector futurus est, cum ejus novum aliquod opus exstare, tum illud si bonum fuerit, per eum ab omni injuria vindicari oportebit. Opus enim bene coagmentatum dissolvere velle, mali utique fuerit. Porro ad ea quæ facta sunt conservanda, non aliud divina voluntate fortius est vinculum. Quid enim? an populi, urbes, opera

παραμενεῖ; Τίνος αἰτίας βιασαμένης τὴν τοῦ θεοῦ γνώμην; Πότερον τῆς ἐξ αὐτῶν τῶν γενομένων ἀνάγκης; Ἀλλ' αὐτή γε τῷ προσέσθαι τὸ κοσμηθῆναι τὴν ἐκ θεοῦ προσωμολόγησεν ἧτταν. Ἀλλ' ἔξωθέν τινος αἰτίας ἀνταγωνιζομένης τῷ θεῷ; Ἀλλ' οὔτ' ἔστιν, οὔτε ἐν οἷς ἔφθη κρατήσας καὶ κοσμήσας ὁ θεός, ἔτι ἄξιον ἐν τούτοις αὐτὸν ἐλαττοῦν τινος, εἴ γε μὴ παντάπασι λανθάνομεν ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ τῆς μεγίστης καὶ θειοτάτης δυνάμεως διαλεγόμενοι. Ἀλλὰ γὰρ εἰς τὸν περὶ τῆς ἀληθείας λόγον ἐοίκαμεν ὑπὸ προθυμίας ἐκφέρεσθαι. Δῆλον μὲν καὶ ὃ προὐθέμεθα, ὡς οὐκ ἂν εἶεν διδάσκαλοι περὶ κόσμου γενέσεως οἱ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γένεσιν ἀπολιπόντες αὐτῷ. Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων πέμπτης οὐσίας, ἣν εἰσηγήσατο Ἀριστοτέλης, ταῦτα παραθετέον.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. 6 τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, διενεχθέντα Μωσεῖ καὶ Πλάτωνι, καὶ ἐν τῷ μὴ συγχωρεῖν γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον. Scripsi : [a] ἐπειδὴ γάρ, φησί, γεγένησθε κτλ.] cum Eusebii codd; Platonis locus est in Timæo pag. 41 δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε ξυνεδεῖσθε. Cf. Photius Biblioth. pag. 900 qui pro γεγένησθε habet ἐγένεσθε atque in sequentibus οὔτοι γε μὴν λυθήσεσθε. — [b] οὐδὲ καθ' αὐτὸν περαίνοντος] e Vigeri emendatione; codd. οὐδὲ καθ' αὐτοῦ περαίνοντος. — [c] κρατύνεσθαι ἄφθαρτον] e Vigeri emendatione; libri κρατύνεσθαι τὸ ἄφθαρτον. — [d] ἐάν τις] membranæ ἣν ἄν τις. — [e] δυνάμεως ἐπινοήσῃ] libri δυνάμεως ἐπινοῆσαι. — [f] τῶν ἄλλων αἰτιῶν] e Vigeri emendatione; codd. τῶν ἄλλων αἰτίαν. — [g] πάντως τό γε] codd. πάντος τόγε. — [h] εἴγε μέλλοι τις ὅλως εἶναι ποιητής] e Vigeri emendatione; codd. εἴγε μέλλοι τις ὅλως ποιητής. —)

5. Περὶ γοῦν τῶν καλουμένων στοιχείων, ἐξ ὧν πρώτων σώματα συνέστηκε, Πλάτων μὲν ἑπόμενος τῇ περὶ αὐτὰ ἐναργείᾳ, καθάπερ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, τέσσαρά τε ἔφησεν εἶναι ταῦτα ὁμολογούμενα, πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, καὶ ἐκ τούτων συγκρινομένων καὶ τρεπομένων τὰ λοιπὰ πάντα γεννᾶσθαι. Ἀριστοτέλης δέ, ὡς ἔοικεν, ἐλπίσας περιττότερος φανεῖσθαι τῷ φρονεῖν, εἴ τι σῶμα ἐκ περιττοῦ προσθείη, προσκατηρίθμησε τοῖς φαινομένοις τέτταρσι σώμασι τὴν πέμπτην οὐσίαν· πάνυ μὲν λαμπρῶς καὶ φιλοδώρως τῇ φύσει χρησάμενος, μὴ συνιδὼν δὲ ὅτι οὐ νομοθετεῖν δεῖ φυσιολογοῦντα, τὰ δὲ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξιστορεῖν. Εἰς τοίνυν τὴν ἀπόδειξιν τοῦ τέτταρας εἶναι τὰς πρώτας τῶν σωμάτων φύσεις, ἧς δὴ χρεία τοῖς Πλατωνικοῖς, οὐ μόνον οὐκ ἂν συντελοίη τι ὁ περιπατητικός, ἀλλὰ σχεδὸν καὶ μόνος ἐναντιοῖτ' ἄν. Λεγόντων γοῦν ἡμῶν, ὅτι πᾶν σῶμα ἢ θερμὸν ἢ ψυχρόν, ἢ ὑγρὸν ἢ ξηρόν, ἢ μαλακὸν ἢ σκληρόν, ἢ κοῦφον ἢ βαρύ, ἢ ἀραιὸν ἢ πυκνόν· καὶ εὑρισκόντων ὅτι οὐκ ἂν ἕτερον εἴη τι τὸ μεθέξον τούτων τινὸς παρὰ τὰ τέσσαρα· (εἰ μὲν γὰρ θερμόν, ἢ πῦρ ἢ ἀήρ· εἰ δὲ

---

plurima, quum semel hominum studium ac voluntas accesserit, infinito tempore etiam post mortem ejus qui ita voluerat constituta manent : quæ vero dei orta consilio, quæ propter ipsum atque ab ipso perfecta sint, ea præsente videlicet effectore dilapsa interibunt? Quæ causa tantam vim afferet divinæ voluntati? An ex rebus ipsis, quæ factæ sint, profecta necessitas? At illa vel hoc ipso, quod fingi eas disponique sivit, victam se a deo esse confessa est? An deo causa quædam extrinsecus adversatur? At nec ulla talis est, nec si esset, æquum tamen foret, deum, quibus in rebus etiam ordinandis superior jam fuerit, in his ipsis aliqua demum inferiorem duci : nisi forte nobis de summo maximeque divino numine sermonem esse penitus ignoramus. Sed enim in hanc de veritate disputationem acriore quodam studio delapsi esse videmur. Planum quidem illud fecimus, quod propositum nobis erat, de mundi origine doctores illos nunquam futuros, qui ne ullam quidem originem ipsi relinquant. Cæterum de quinta etiam corporum essentia, quam introduxit Aristoteles, hæc addenda sunt.

5. Nam de iis quæ vulgo dicuntur elementa, ex quibus primis corpora constant, ita Plato superiorum philosophorum exemplo perspectam istorum evidentiam secutus disseruit, ut quattuor illa publice recepta poneret, ignem, terram, aerem et aquam, ex quibus inter se mixtis et mutatis cætera omnia gignerentur. At vero Aristoteles, quum perfectioris, ut videtur, sapientiæ laudem se consecuturum speraret, si novum aliquod insuper corpus inveheret, notis illis quattuor quintam annumeravit essentiam : in quo splendide prorsus ac liberaliter quidem ille naturam habuit, sed non intellexit, physici non esse leges constituere, sed tantum quæ naturæ propria sunt perquirere. Quare ad illam demonstrationem, quæ primas quattuor esse corporum naturas efficiat, qua sane Platonici indigent, non modo Peripateticus nihil prodest, sed prope solus etiam ei adversatur. Quum enim omne corpus calidum aut frigidum, humidum aut siccum, molle aut durum, leve aut grave, rarum aut densum esse dicamus, videamusque aliud nullum præter illa quattuor corpora esse posse, quod his e proprietatibus aliquam sortiatur : (nam si calidum sit, aut ignis erit aut aer; si frigidum, vel aqua vel terra; sin autem siccum fuerit, aut ignis aut terra; si humidum, vel aqua vel aer : si vero molle sit, aut aer aut ignis; si durum, vel aqua vel terra : denique si leve sit atque rarum, aut ignis erit aut aer; si grave atque densum, aqua vel terra) nullum item aliud ex cæteris omnibus simplicibus facultatibus, præter illa quattuor

ψυχρόν, ὕδωρ καὶ γῆ· καὶ εἰ μὲν ξηρόν, πῦρ ἢ γῆ· εἰ δὲ ὑγρόν, ὕδωρ ἢ ἀήρ· καὶ εἰ μὲν μαλακόν, ἀὴρ ἢ πῦρ· εἰ δὲ σκληρόν, ὕδωρ ἢ γῆ· καὶ κοῦφον μὲν καὶ ἀραιόν, οἷον πῦρ καὶ ἀήρ· βαρὺ δὲ καὶ πυκνόν, ὕδωρ καὶ γῆ·) καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ ἁπασῶν δυνάμεων, κατανοούντων, ὡς οὐκ ἂν εἴη τι παρὰ ταῦτα σῶμα ἕτερον· οὗτος ἀνθίσταται μόνος, φάσκων δύνασθαι σῶμα εἶναι τούτων ἄμοιρον· σῶμα δὲ μήτε βαρύ, μήτε κοῦφον, μήτε μαλακόν, μήτε σκληρόν, μήτε ὑγρόν, ἀλλὰ μήτε ξηρόν, μόνον οὐχὶ λέγων σῶμα οὐ σῶμα. Τὸ μὲν γὰρ ὄνομα καταλέλοιπεν αὐτῷ, τὰς δὲ δυνάμεις, δι' ὧν σῶμα πέφυκε γίνεσθαι, πάσας ἀφῄρηκεν. Ἢ τοίνυν ἡμᾶς ἅπερ αὐτὸς λέγει πείθων, ἀφαιρήσεται τῆς Πλάτωνος γνώμης· ἢ τὰ Πλάτωνος βεβαιούμενος, τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποστήσεται. Ὥστε οὐδαμῆ χρήσιμος πρὸς τὰ τοῦ Πλάτωνος. Ἔτι ὁ μὲν Πλάτων πάντα τὰ σώματα, ἅτε ἐπὶ μιᾶς ὁμοίας ὕλης θεωρούμενα, βούλεται τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα· ὁ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, [a] οὐσίαν ἀπαθῆ τε καὶ ἄφθαρτον καὶ ἄτρεπτον πάντως ἀξιοῖ, ἵνα δὴ μὴ εὐκαταφρονήτου τινὸς πράγματος γεννητὴς εἶναι δοκῇ· περιττὸν μὲν καὶ ἴδιον παντάπασι λέγων οὐδέν, τὰ δὲ ὑπὸ Πλάτωνος ἐπ' ἄλλων ἑωραμένα καλῶς, μεταφέρων ἐπὶ τὰ μὴ προσήκοντα· καθάπερ τινὲς τῶν ὕστερον γενομένων ἀνδριαντοποιῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀπομιμησάμενοι τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς κεφαλήν, ἄλλου δὲ τὸ στέρνον, ἑτέρου δὲ τὴν ζώνην, εἰς ταὐτὸν συνθέντες ἐνίοτε μὴ προσήκοντα πράγματα ἀλλήλοις, ἔπεισαν αὐτοὺς ὥς τι πεποιηκότες ἴδιον· καὶ ὄντως τὸ μὲν ὅλον, ὃ δή τις ἂν ἀσυμμέτρως ἔχειν αἰτιάσαιτο, ἔστιν αὐτῶν, τὰ δ' ἐν αὐτῷ συνηρανισμένα καί τι καλὸν ἔχοντα, οὐκ αὐτῶν. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἀκούων Πλάτωνος, ὅτι ἔστι τις οὐσία νοητὴ καθ' αὑτήν, ἀσώματός τε καὶ ἀχρώματος καὶ ἀναφής, οὔτε γινομένη, οὔτε φθειρομένη, οὔτε τρεπομένη, οὔτε μεταβαλλομένη, ἀεὶ δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα· πάλιν δ' αὖ περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν ἀκούων, ὥς τινα θεῖα [b] καὶ ἄφθαρτα καὶ ἀπαθῆ ἐστι σώματα, συνέθηκε καὶ συνεκόλλησεν ἐξ ἀμφοῖν πράγματα μὴ συνᾴδοντα. Παρ' ὧν μὲν γὰρ τὸ εἶναι σῶμα, παρ' ὧν δὲ τὸ ἀπαθὲς εἶναι λαβών, σῶμα ἀπαθὲς ἐτεκτήνατο. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀνδριάντων, εἰ καὶ μὴ καλὸν τὸ ἐκ τῶν διαφερόντων, οὔτι γε ἀδύνατον γενέσθαι. Διδάσκει οὖν τὰ τοιαῦτα καὶ Ὅμηρος [c]·

> Ὄμματα γάρ, φησι, καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
> Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Τὸ δὲ σῶμα ἀπαθὲς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. Παθητῇ γὰρ καὶ τρεπτῇ συνδεδεμένον φύσει ἀνάγκην ἔχει συμπαθεῖν, ᾧ συνέζευκται. Εἰ δέ τι ἀπαθὲς εἴη, τοῦτο ἀφειμένον καὶ ἐλεύθερον ἀπὸ τοῦ πάσχοντος εἶναι δεῖ· ὥστε χωρὶς ἂν εἴη τῆς ὕλης, ἧς κεχωρισμένον, ἀσώματον ἀναγκαίως ὁμολογοῖτ' ἄν. Ἔτι καὶ τούτοις πρόσσχωμεν τὸν νοῦν, ἐν ὅσοις ἄλλοις διαφέρεσθαι τῷ Πλάτωνι τὸν Ἀριστοτέλην παρίστησιν.

---

corpora exstare posse sentiamus : hic unus nobis resistit, corpus aliquod his omnibus vacuum esse defendens : corpus, inquam, non grave aut leve, non molle aut durum, non humidum aut siccum; adeoque tantum non dicens corpus idem idemque non corpus. Nam corporis ei nomen reliquit, facultates autem ex quibus sua natura conflatur corpus, universas ademit. Aut igitur, quæ docet, nobis persuadendo simul nos a Platonis, cujus socii sumus, sententia depellet; aut si Platonis doctrinam stabiliet, a decretis suis avertet. Itaque ad explicandam Platonis mentem omnino nihil valet. Præterea Plato corpora omnia, quod eorum materiam unam eandemque esse videamus, in sese invicem converti mutarique voluit : Aristoteles vero inter cætera essentiam non patibilem, incorruptam et prorsus immutabilem statuit, ne contemnendi cujusdam dogmatis inventor esse videretur. In quo tamen omnino nihil singulare ac sibi peculiare affert, quum ea duntaxat quæ præclare aliis in rebus Plato animadvertit, ad alienas transferat : id quod nonnullis e recentioribus statuariis usu venit. Illi enim hominis unius caput, alius pectus, tertii cingulum imitati, partesque alias cum aliis minus interdum cohærentes inter sese complexi, hoc tanquam proprio aliquo opere superbiunt. Et vero totum illud, quod jure aliquis velut inconditum reprehendat, ipsorum est : partes autem, e quibus constat, quamvis pulchritudinis commendationem habeant, ad illos tamen nihil pertinent. Sic et Aristoteles, quum ex Platone audiret, essentiam aliquam esse, quæ per se intelligibilis, incorporea, coloris expers tactumque fugiens nec oriatur, nec intereat unquam aut convertatur et mutetur, sed eodem semper statu maneat : simulque de cœlestibus rebus audiret, divina quædam esse corpora eaque incorrupta et impatientia, ex utroque genere composuit et conglutinavit ea quæ inter se minime congruerent. Quum enim ab aliis corpus esse aliquod, ab aliis impatiens quid esse sumeret, corpus ipse impatiens fabricatus est. In statuis igitur, ut pulchrum id non sit, dissimilibus tamen e partibus conflari aliquid potest. Quocirca Homerus quoque talia docet :

> *Ille oculosque caputque Jovis, qui fulmine gaudet,*
> *Cingula Mavortis, Neptuni pectora gessit.*

At corpus non patibile nullum unquam fuerit. Corpus enim, utpote cum patibili mutabilique natura conjunctum, cum illa vitæ socia patiatur necesse est. Quod vero patibile non sit, id a patibili sejunctum ac liberum esse oportet, ita ut secretum a materia habeatur, quæ secretio efficit, ut necessario incorporeum esse concedamus. Hactenus ille. Sed alia porro videamus, in quibus idem Aristotelem a Platone dissentire demonstrat.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. 7 τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, πέμπτην σωμάτων ὑποτιθέμενον οὐσίαν, ἣν οὔτε Μωσῆς οὔτε Πλάτων γινώσκει. Scripsi : [a] ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων] cum codd. *inter cætera*. Similiter Sophocles Antig. vs. 789 καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς, οὔθ' ἀμερίων ἐπ' ἀνθρώπων, item Aristides Panathenaico tom. I, p. 96 μόνη τῇ πόλει ἐπὶ τῶν ἑλληνικῶν. — [b] ὥς τινα θεῖα] codd. ὡς ὄντα θεῖα, cujus loco Vigerus ὡς οὖν τὰ θεῖα scribi voluerat. — [c] Ὅμηρος] Iliad. lib. II vs. 478-479. —)

6. Ἔπειτα τούτοις ἑπόμενα πολλά, ἐν οἷς διαφέρονται. Ὁ μὲν γάρ φησι, τὰ κατ' οὐρανὸν τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς [a] ἔχειν· ὁ δέ, μηδαμῇ [b] μετεῖναι τοῖς οὐρανίοις πυρός. Καὶ ὁ μέν φησιν, ἀνάψαι τὸν θεὸν φῶς ἐν τῇ δευτέρᾳ [c] πρὸς γῆν περιόδῳ, ἵν' ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοιτο [d] τὸν οὐρανόν, περὶ ἡλίου τὸ τοιοῦτον ἀποφαινόμενος· ὁ δέ, ἅτε οὐκ ἐθέλων πῦρ εἶναι τὸν ἥλιον, τὸ δὲ φῶς εἰδὼς πῦρ καθαρόν, ἤ τι πυρὸς ὄν, οὐκ ἐπιτρέπει φῶς περὶ αὐτὸν ἀνῆφθαι. Ἔτι ὁ μέν, κατ' εἶδος ἀφθαρσίαν ἀπονέμων τοῖς κατ' οὐρανὸν ἅπασιν, ἀποχωρήσεις τινὰς αὐτῶν καὶ προσχωρήσεις [e] συμμέτρους φησὶ γίνεσθαι. Ἀναγκάζουσι δὲ αὐτὸν λέγειν ταῦτα, τὰς μὲν ἀποκρίσεις, αἵ τε ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου καὶ θερμότητες κατὰ ἀπόρρυσιν αὐτοῦ γινόμεναι· τὰς δὲ προσκρίσεις, ἡ ἴση τοῦ μεγέθους αὐτοῦ φάσις. Οὐ γὰρ ἂν ἤθελεν ἴσα φαίνεσθαι, μηδὲν ἀνθ' ὧν ἀφίησι λαμβάνοντα. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πάντη μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας αὐτὰ βούλεται, μήτε τινὸς αὐτοῖς ἀποχωροῦντος, μήτε προσιόντος. Ἔτι ὁ μέν, πρὸς τῇ κοινῇ κινήσει τῶν ἄστρων, καθ' ἣν ἐν ταῖς σφαίραις ἐνδεδεμένοι κινοῦνται πάντες οἱ ἀστέρες, οἵ τε ἀπλανεῖς καὶ οἱ πλανώμενοι, καὶ ἑτέραν αὐτοῖς [f] κίνησιν ἀποδίδωσιν, ἣν δὴ καὶ ἄλλως καλλίστην εἶναι συμβέβηκε, καὶ προσήκουσαν αὐτῶν τῇ φύσει τοῦ σώματος. Σφαιρικοὶ γὰρ ὄντες, εἰκότως σφαιρικὴν ἄν τινα κίνησιν ἕκαστος κινοῖτο περιδινούμενος· ὁ δέ, καὶ ταύτης ἀφαιρεῖται [g] τῆς κινήσεως αὐτούς, ἣν ὡς ἔμψυχοι κινοῦνται, μόνην δὲ ἀπολείπει τὴν ὑπ' ἄλλων τῶν περιεχόντων, ὥσπερ ἀψύχοις συμβαίνουσαν. Καὶ δὴ καί φησι τὴν γινομένην φαντασίαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἀστέρων ὡς κινουμένων πάθος εἶναι τῆς ἡμετέρας ὄψεως [h] ἀδυνατούσης, καὶ ὡσπερεὶ σειομένης, ἀλήθειαν δὲ οὐκ εἶναι· ὥσπερ Πλάτωνος ἀπὸ ταύτης τῆς φαντασίας, τὴν ὑπὲρ τῆς κινήσεως πίστιν λαμβάνοντος, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ λόγου, τοῦ διδάσκοντος, ὅτι ἀνάγκη τούτων ἕκαστον, ζῷον ὄντα καὶ ψυχὴν ἔχοντα καὶ σῶμα, κινεῖσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν· (πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον· ᾧ δὲ ἔνδοθεν καὶ ἐξ ἑαυτοῦ, ἔμψυχον·) κινούμενον δέ, ἅτε θεῖον ὄντα, τὴν καλλίστην κινεῖσθαι κίνησιν· καλλίστης δ' οὔσης τῆς ἐν κύκλῳ κινήσεως, ταύτην αὐτὸν κινεῖσθαι. Ἡ δὲ αἴσθησις τὰ μὲν ἐκ τοῦ λόγου μαρτυροῖτο ἂν ὡς ἀληθεύουσα, οὐ μὴν αὕτη παρέσχε τὴν πίστιν τῆς κινήσεως. Περὶ δὲ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως, ὡς μὲν οὐκ ἐν κύκλῳ τινὶ γίνεται, νικώμενος ὑπὸ τῆς ἐναργείας, οὐκ ἔσχεν ἀντειπεῖν Πλάτωνι· παρεῖχε δὲ κἀνταῦθα διαφορὰν αὐτῷ τὸ καλὸν τοῦτο εὕρημα τοῦ σώματος. Ὁ μὲν γὰρ Πλάτων, ἅτε ὄντων τεσσάρων σωμάτων, καὶ πάντων φύσει κινουμένων ἁπλῆν καὶ

---

6. Sequuntur, inquit, alia deinde multa, in quibus ambo inter se dissident. Quippe cœlestium rerum speciem maxime Plato facit ex igne : Aristoteles negat illis cum igne quidquam commune esse. Atque ille quidem deum ait ad secundum supra terram ambitum lumen accendisse, ut cœlum passim omne quam maxime collustraret, de sole tale quid pronuntians : sed hic, quod et solem ignem esse nolit, et lumen aut puriorem ignem, aut aliquid ab igne profectum esse sciat, lumen ideo circa solem accensum esse non concedit. Præterea formæ respectu immortalitatem cœlestibus cunctis attribuens, decessiones in iis accessionesque mutuas proportione quadam evenire docet. Quam philosophandi rationem ab eo expressit necessitas, ut decessiones quidem statueret, quod e sole radii et calores per effluvium exeant, accessiones vero, quod æqualis ejus magnitudo semper appareat. Neque enim æqualem visum iri arbitrabatur, nisi ejus quod dimitteret loco aliquid nancisceretur. Aristoteles vero omni ex parte in eadem illas substantia permanere vult, nec iis aut decedere quidquam, aut omnino accedere. Præter communem illum motum, quo suis in sphæris illigatæ tam inerrantes quam errantes stellæ moveantur, suum quibusque Plato ac proprium alterum assignat, quem et alioqui pulcherrimum esse et cum talium corporum natura conjunctum esse constat. Quum enim illæ globosæ sint, jure volubili quodam et in orbem acto motu singulæ cieantur. At Aristoteles hunc quoque motum illis eripit, quo tanquam animatæ agantur, eumque solum relinquit, qui ab aliis ambientibus et continentibus, tanquam inanimis afferatur. Addit etiam, quod moveri nobis stellæ videantur, id infirmioris et quasi trepidantis oculi vitio fieri, neque ita se rem habere : perinde ac si Plato talem motum hoc viso sibi persuaserit, ac non potius rationis vim et momentum sequatur, quæ docet, quemadmodum unaquæque earum animans sit, utpote animo simul et corpore prædita, sic suo quodam motu eam incitari : (corpus enim omne, quod movetur extrinsecus, inanimum est; quod vero interiore et suo motu cietur, animatum) : sin autem moveatur, quia divina sit, pulcherrimo eam motu uti, qui quum non alius sit, quam hic in orbem circumactus, hunc etiam omnino eam sortiri. Sensus autem vera in hoc genere renuntians, quamvis illam rationis normam testimonio suo confirmet, tamen motionis istius fidem per se non facit. Sed quod ad universi motum attinet, Aristoteles re perspicua et evidenti convictus, quum ad-

εὐθεῖαν κίνησιν, πυρὸς μὲν ἐπὶ τὸ ἐκτός, γῆς δ' ἐπὶ τὸ μέσον, τῶν δὲ ἄλλων ἐπὶ τὰ μεταξύ, τὴν ἐν κύκλῳ κίνησιν ἀπέδωκε τῇ ψυχῇ· ὁ δ', ἧπερ ἄλλῳ [i] σώματι ἄλλην, οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐν κύκλῳ, καθάπερ σωματικήν τινα, τῷ πέμπτῳ προσένειμε σώματι, πάντ' εὐκόλως αὐτὸν ἐξαπατήσας. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπ' εὐθείας κινουμένοις αἱ βαρύτητες καὶ κουφότητες τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως παρείχοντο [k]· τὸ δὲ πέμπτον σῶμα, μήτε βάρους μετέχον, μήτε κουφότητος, ἀκινησίας μᾶλλον, ἀλλ' οὐ [l] τῆς ἐν κύκλῳ κινήσεως αἰτίαν ἔχει. Εἰ γὰρ τοῖς ἐπ' εὐθείας κινουμένοις οὐ τὸ σχῆμα τὴν αἰτίαν ἔχει τῆς κινήσεως, ἀλλ' ἡ ῥοπή· σῶμα ὅμοιον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίου τινός [m], οὐχ ἕξει τῆς ἐπί τι κλίσεως αἰτίαν, εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι [n] πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερά, εἴτε πρόσω, εἴτ' ὀπίσω. Ἔτι τοῖς μὲν ἄλλοις σώμασιν ἐξωσθεῖσι τῶν οἰκείων τόπων παρέχει τὸ κινεῖσθαι πάλιν ἀφ' αὑτῶν ἡ πρὸς τούτους ἀναφορά· τῷ πέμπτῳ δὲ ἐκείνῳ, μηδέποτε ἐκβαίνοντι τῶν αὑτοῦ τόπων, μένειν ἂν προσήκοι. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ σωμάτων, ὑπεξαιρουμένου τοῦ πέμπτου, φαίνεται φιλονεικῶν Ἀριστοτέλης, μὴ τὰ αὐτὰ λέγειν Πλάτωνι. Ζητήσαντος [o] γὰρ Πλάτωνος, εἰ ἔστι φύσει βαρὺ σῶμα, ἢ κοῦφον· καὶ ἐπειδὴ ταῦτα κατὰ τὴν πρὸς τὸ ἄνω καὶ κάτω σχέσιν ἐφαίνετο λέγεσθαι, σκεψαμένου εἴτε ἐστί τι κάτω φύσει καὶ ἄνω, εἴτε μή· καὶ ἀποδείξαντος ἀκριβῶς, ὅτι κατὰ μὲν τὰς τῶν σωμάτων πρὸς τοὺς τόπους οἰκειότητας [p] τὸ κάτω [q] λέγοιτο ἑκάστοις ἐφ' ὃ φέροιντο· ἄνω δὲ ἑκάστοις τὸ ἀλλότριον, ἀφ' οὗ ἀναχωροῖεν, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν σχέσιν καὶ τὸ βαρὺ καὶ τὸ κοῦφον διανείμαντος· καὶ πρὸς τούτῳ ἀποδείξαντος, ὅτι μήτε τὸ μέσον [r] μήτε τὸ πέριξ αὐτῶν εὔλογον ἄνω ἢ κάτω λέγεσθαι. Ὁ δὲ ἀντιτίθησι [s], πανταχόθεν καταβάλλειν δεῖν ἡγούμενος τὰ ἐκείνου· καὶ τὸ μὲν ἐπὶ τὸ μέσον φερόμενον βαρὺ λέγειν βιάζεται, τὸ δὲ ἐπὶ τὸ πέριξ, κοῦφον· καὶ τὸν μὲν τόπον τὸν ἐν μέσῳ κάτω φησί, τὸν δὲ πέριξ ἄνω. Ἀλλὰ περὶ μὲν κόσμου, καὶ ἐξ ὧν οὗτος, καὶ τῶν κατ' οὐρανόν, τοσοῦτον ἀλλήλων ἀφεστήκατον. Ταῦτα μὲν οὖν οἵδε. Μωσῆς δὲ καὶ τὰ Ἑβραίων λόγια τούτων οὐδὲν πολυπραγμονεῖ· καὶ εἰκότως· ὅτι μηδὲ πρὸς βίου κατόρθωσιν τοῖς περὶ ταῦτα ἀσχολουμένοις λυσιτελεῖν ἐνομίσθη.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV cap. VIII τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς κατ' οὐρανὸν θεωρήμασι διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, ἅτινα Μωσῆς οὐ πολυπραγμονεῖ. Sed pauca hic explicanda : [a] ἐκ πυρὸς ἔχειν] Plato Tim. p. 40. a. εἰσὶ δὲ τέτταρες, μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον, τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον. Τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπήρξατο (Steph. ἀπειργάζετο), ὅπως ὅτι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη κ. τ. λ. Conf. Phil. Gr. vol. II pag. 168. — [b] μηδαμῇ] Vid. Aristot. de Cœlo lib. I cap. 2 et lib. II cap. 7; item Me-

---

versus Platonem, in orbem eum ferri negare non posset, ex præclaro tamen novi corporis invento dissidii occasionem arripuit. Plato enim qui quatuor tantum corpora agnosceret, quæ suapte natura simplici rectoque motu cierentur, ita ut ignis foras, in medium terra ferretur, cætera inter utrumque motus suos continerent, animo volubilitatem tribuerat : Aristoteles vero, uti motum aliis corporibus alium, ita quinto corpori volubilem, quasi corporeum aliquem assignavit. In quo vehementer eum errasse perspicuum est. Nam quæ recto cientur motu, ea motionis principium gravitatem suam aut levitatem afferunt : at quintum illud corpus, quum et gravitatis sit et levitatis expers, quietis in se potius, quam motus in orbem incitati principium continet. Si enim quæ recto feruntur motu, in iis non jam figura, sed proprium cujusque momentum genus illud efficit motionis : profecto corpus sui simile, similis alterius in medio collocatum, nullam in partem inclinationis causam habebit, qua vel in dextram, ad auroram solemque versus, vel in sinistram, vel prorsus cedant, vel retrorsum redeant. Præterea cæteris quidem corporibus quæ suis sedibus expulsa sint, reditus in eas justam alterius per se motus occasionem præbeat : quintum autem illud, quod e suis regionibus nunquam exeat, immotum manere conveniens sit. Porro de cæteris etiam corporibus quinto illo excepto apparet Aristotelem id contendere et laborare, ne eadem quæ Plato dicat. Quum enim Plato quæsivisset, num suapte natura aut grave corpus esset aut leve, tum quod utrumque nomen ex quadam ad superius et inferius relatione ductum videretur, secum reputasset, essetne aliquid natura sua deorsum ac sursum, nec ne, adeoque accurate demonstrasset, pro corporum ipsorum cum suis quibusque locis conjunctione, deorsum id in singulis vocari, ad quod ipsa tendant; sursum contra alienum illud, unde revertantur, ideoque ex eadem relatione grave simul ac leve distribuisset : quumque ostendisset præterea, nec medium, nec circumjectum spatium aut sursum in illis aut deorsum recte vocari posse : Aristoteles sententias Platonis omnes quoquo modo sibi abjiciendas esse ratus, hic quoque aliquid opponit : quodque ad medium tendat, grave, et quod ad circumjectum spatium feratur, leve appellare cogitur; adeoque locum illum qui in medio est, deorsum, qui vero circa, sursum esse docet. Hæc Atticus. Sed de mundo mundique partibus et rerum cœlestium natura, quantum ambo inter se discordent, diximus. Et illorum quidem tota hæc disputatio est. Nam Moses et Hebræorum oracula horum nihil diligenter examinant; nec immerito, quum talium rerum studium hominibus nihil ad vitæ emendationem prodesse judicarint.

teorolog. lib. III cap. 3. — [c] ἐν τῇ δευτέρᾳ] Plato Tim. p. 39. φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον κτλ. Conf. Phil. Gr. vol. II pag. 167. — [d] φαίνοιτο] habent Eusebii codices atque e Platonicis Ricardianus; in cæteris est φαίνοι. — [e] ἀποχωρήσεις τινὰς αὐτῶν καὶ προσχωρήσεις] Plato Tim. p. 40 χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προσχωρήσεις (al. προχωρήσεις), quæ verba Cicero sic reddit : *Flexiones* (Steph. conj. Lusiones) *autem deorum et inter ipsos* [deos] *concursiones, quæque in orbibus eorum conversiones antecessionesque eveniant*, ubi apparet eum neque περὶ agnoscere, neque προσχωρήσεις, sed προχωρήσεις legisse. Vide Stephanum ad eum locum. — [f] ἑτέραν αὐτοῖς κίνησιν] Plotinus Ennead. 2 lib. 2 cap. 2 pag. 109 καὶ Πλάτων δὲ τοῖς ἄστροις οὐ μόνον τὴν μετὰ τοῦ ὅλου σφαιρικὴν κίνησιν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον αὐτῶν· ἕκαστον γάρ, οὗ ἐστι περιειληφὸς τὸν θεόν, ἀγάλλεται, οὐ λογισμῷ, ἀλλὰ φυσικαῖς ἀνάγκαις. — [g] ὁ δέ, καὶ ταύτης ἀφαιρεῖται κινήσεως αὐτούς] Aristoteles de Cœlo lib. II cap. 1 pag. 284. a. ed. Bekker. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὑπὸ ψυχῆς εὔλογον ἀναγκαζούσης μένειν ἀΐδιον· οὐδὲ γὰρ τῆς ψυχῆς οἷόν τ' εἶναι τὴν τοιαύτην ζωὴν ἄλυπον καὶ μακαρίαν· ἀνάγκη γὰρ καὶ τὴν κίνησιν μετὰ βίας οὖσαν, εἴπερ κινεῖσθαι πεφυκότος τοῦ πρώτου σώματος ἄλλως κινεῖ συνεχῶς, ἄσχολον εἶναι καὶ πάσης ἀπηλλαγμένην ῥαστώνης ἔμφρονος, εἴ γε μηδ' ὥσπερ τῇ ψυχῇ τῇ τῶν θνητῶν ζῴων ἐστὶν ἀνάπαυσις ἡ περὶ τὸν ὕπνον γινομένη τοῦ σώματος ἄνεσις, ἀλλ' ἀναγκαῖον Ἰξίονός τινος μοῖραν κατέχειν αὐτὴν ἀΐδιον καὶ ἄτρυτον. — [h] πάθος εἶναι τῆς ἡμετέρας ὄψεως] Aristoteles de Cœlo lib. II cap. 8 pag. 290. a. ed. Bekker. ἡ γὰρ ὄψις ἀποτεινομένη μακρὰν ἑλίσσεται διὰ τὴν ἀσθένειαν. Ὅπερ αἴτιον ἴσως καὶ τοῦ στίλβειν φαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐνδεδεμένους, τοὺς δὲ πλάνητας μὴ στίλβειν· οἱ μὲν γὰρ πλάνητες ἐγγύς εἰσιν, ὥστ' ἐγκρατὴς οὖσα πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖται ἡ ὄψις· πρὸς δὲ τοὺς μένοντας κραδαίνεται διὰ τὸ μῆκος, ἀποτεινομένη πόρρω λίαν. Ὁ δὲ τρόμος αὐτῆς ποιεῖ τοῦ ἄστρου δοκεῖν εἶναι τὴν κίνησιν· οὐθὲν γὰρ διαφέρει κινεῖν τὴν ὄψιν ἢ τὸ ὁρώμενον. — [i] ὁ δ', ᾗπερ ἄλλῳ]. Aristoteles de Cœlo lib. I cap. 2. — [k] παρείχοντο] i. e. παρέχονται. Vid. Matthiæ Gramm. Gr. § 505. 2. — [l] ἀλλ' οὐ] scripsi; codd. ἀλλὰ οὐ. — [m] σῶμα ὅμοιον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίου τινός] videtur dictum de globoso sideris corpore, quod globoso item cœlo includitur. — [n] εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι] scripsi; vulgo εἴτ' ἐπὶ δεξιὰ ἴωσι. Petita sunt hæc ex Iliad. lib. XII, vs. 239 seq. εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε κτλ. — [o] Ζητήσαντος γὰρ Πλάτωνος] Tim. p. 63 ed. Steph. — [p] κατὰ μὲν τὰς τῶν σωμάτων οἰκειότητας] Plato Tim. p. 63 ed. Steph. τόδε γε μὴν ἕν τι διανοητέον περὶ πάντων αὐτῶν, ὡς ἡ μὲν πρὸς τὸ ξυγγενὲς ὁδὸς ἑκάστοις οὖσα, βαρὺ μὲν τὸ φερόμενον ποιεῖ, τὸν δὲ τόπον, εἰς ὃν τὸ τοιοῦτον φέρεται, κάτω, τὰ δὲ τούτοις ἔχοντα ὡς ἑτέρως, θάτερα. — [q] τὸ κάτω] posui cum codd.; Vigerus τὸ μὲν κάτω scribi volebat. — [r] μήτε τὸ μέσον] Plato Tim. p. 62 ὁ μὲν γὰρ μέσος ἐν αὐτῷ (τῷ κόσμῳ) τόπος, οὔτε κάτω πεφυκὼς οὔτε ἄνω λέγεσθαι δίκαιος, ἀλλ' αὐτό, ἐν μέσῳ· ὁ δὲ πέριξ οὔτε δὴ μέσος, οὔτ' ἔχων διάφορον αὐτοῦ μέρος ἕτερον, θατέρου μᾶλλον πρὸς τὸ μέσον, ἤ τι τῶν καταντικρύ. — [s] ὁ δὲ ἀντιτίθησι] Aristoteles de Cœlo lib. 4 cap. 1 p. 308. a. ed. Bekker. τὰ μὲν γὰρ ἀεὶ πέφυκεν ἀπὸ τοῦ μέσου φέρεσθαι, τὰ δ' ἀεὶ πρὸς τὸ μέσον. Τούτων δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου φερόμενον ἄνω λέγω φέρεσθαι, κάτω δὲ τὸ πρὸς τὸ μέσον. Ἄτοπον γὰρ τὸ μὴ νομίζειν εἶναί τι ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, καθάπερ τινὲς [i. e. ὁ Πλάτων] ἀξιοῦσιν. Οὐ γὰρ εἶναι τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω φασίν, εἴπερ πάντῃ ὅμοιός ἐστι, καὶ πανταχόθεν ἀντίπους ἔσται πορευόμενος ἕκαστος αὐτὸς αὐτῷ. Ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον ἄνω λέγομεν, ὃ καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἐστὶν ἄνω καὶ τῇ φύσει πρῶτον. Ἐπεὶ δ' ἐστί τι τοῦ οὐρανοῦ ἔσχατον καὶ μέσον, δῆλον ὅτι ἔσται καὶ ἄνω καὶ κάτω. —)

7. Ὑπὲρ δὲ τῆς ψυχῆς τί καὶ λέγοιμεν ἄν; δῆλα γὰρ ταῦτα οὐ μόνον τοῖς φιλοσοφοῦσιν, ἀλλὰ δὴ σχεδὸν καὶ τοῖς ἰδιώταις ἅπασιν· ὅτι Πλάτων μὲν ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἀπολείπει, καὶ πολλοὺς ὑπὲρ τούτου λόγους ποιεῖται, ποικίλως καὶ παντοίως ἀποδεικνύς, ὅτι ἐστὶν ἀθάνατος ἡ ψυχή. Πολλὴ δὲ καὶ τοῖς ἐσπουδακόσι περὶ τὰ Πλάτωνος ἡ φιλοτιμία γέγονε, συναγωνιζομένοις τῷ τε δόγματι καὶ τῷ Πλάτωνι. Σχεδὸν γὰρ τὸ συνέχον τὴν πᾶσαν αἵρεσιν τἀνδρὸς τοῦτ' ἐστιν. Ἥ τε γὰρ τῶν ἠθικῶν δογμάτων ὑπόθεσις ἐπηκολούθησε τῇ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ, τὸ μέγα καὶ λαμ-

7. Sed de animo, inquit, quid dicamus? Constat enim non solum inter eos qui philosophantur, sed etiam inter idiotas ferme omnes, animum a Platone immortalem existimari, plurimasque simul ab illo eam in rem disputationes haberi, simul omni rationum genere probatam hanc et confirmatam immortalitatem relinqui. Et vero cum in defendendo Platone, tum præsertim in hac ejus sententia tuenda, assectatorum illius permagna fuit vehemensque contentio. Quippe hoc prope unum est, quo ejus philosophiæ formula maxime continetur. Namque illa moralium præceptionum silva animi immortalitatem secuta est, quod dignitatem suam, splendorem adeoque generosum illum ardorem impetumque suum tueri ac retinere virtus propter hanc animi divinitatem posset : cunctaque

πρὸν καὶ νεανικόν, τῆς ἀρετῆς, διὰ τὸ τῆς ψυχῆς θεῖον, σῶσαι δυνηθείσης· τά τε τῆς φύσεως πράγματα πάντα, κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς διοίκησιν, ἔσχε τὸ καλῶς διοικεῖσθαι δύνασθαι. Ψυχὴ γὰρ πᾶσα, φησί, παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου· πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις εἴδεσι γινομένη. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς σοφίας καὶ εἰς τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς ἀνῆπται τῷ Πλάτωνι. Πᾶσαι γὰρ αἱ μαθήσεις [a], ἀναμνήσεις· καὶ οὐκ ἄλλως οἴεται δύνασθαι σώζεσθαι τὴν ζήτησιν καὶ μάθησιν, ἐξ ὧν ἐπιστήμη γίνεται. Εἰ δὲ μή ἐστιν ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, οὐδὲ ἀνάμνησις· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, οὐδὲ μάθησις. Πάντων οὖν τοῦ Πλάτωνος δογμάτων ἀτεχνῶς ἐξηρτημένων, καὶ ἐγκρεμαμένων τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν θεότητός τε καὶ ἀθανασίας, ὁ μὴ συγχωρῶν τοῦτο, τὴν πᾶσαν ἀνατρέπει φιλοσοφίαν Πλάτωνος. Τίς οὖν ἐστιν ὁ πρῶτος ἐγχειρήσας ἀντιτάξασθαι ἀποδείξεσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφελέσθαι τῆς ἀθανασίας καὶ τῆς ἄλλης πάσης δυνάμεως; Τίς δ' ἕτερος ἢ ὁ Ἀριστοτέλης; Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ μὲν ἐπιδιαμένειν συνεχώρησαν· οἱ δ' εἰ μὴ καὶ τοῦτο, δύναμίν γε ἐν τῷ σώματι καὶ κίνησίν τινα, καὶ ἔργα καὶ πράξεις ἀπένειμαν τῇ ψυχῇ. Ὁ δέ, ὅσῳ περ Πλάτων ἀπεσέμνυνε τὸ τῆς ψυχῆς πρᾶγμα, ἀρχὴν γενέσεως, καὶ θεοῦ παίδευμα, καὶ τῶν ἁπάντων προστάτιν ἀποφηνάμενος· τοσούτῳ δὴ ἐφιλονείκησε [b] καθελεῖν καὶ ἀτιμάσαι, καὶ μικροῦ δεῖν μηδὲν ἀποφῆναι τὴν ψυχήν. Οὔτε γὰρ πνεῦμα [c], οὔτε πῦρ, οὔτε ὅλως σῶμα, ἀλλ' οὐδὲ ἀσώματον, οἷον εἶναί τε ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ κινεῖσθαι, ἀλλ' οὐδ' ὅσον ἐπὶ τοῦ σώματος· ἀκίνητον, καὶ ὡς εἰπεῖν ἄψυχον. Οἷον γὰρ τόδε ἐτόλμησεν, ἢ καὶ ἀπηναγκάσθη, ὡς καὶ τὰς πρωτουργοὺς κινήσεις [d] ἀφελέσθαι τῆς ψυχῆς, τὸ βουλεύσασθαι, τὸ διανοηθῆναι, τὸ προσδοκῆσαι, τὸ μνημονεῦσαι, τὸ λογίσασθαι; Οὐ γὰρ ψυχῆς ταῦτά ἐστι τὰ κινήματα, ὁ τῆς φύσεώς φησι γραμματεύς. Πάνυ γοῦν οὗτός ἐστι πιστός, ὡς συνῆκέ τι περὶ τῶν ἐκτός, ὁ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς τοσοῦτον διημαρτηκώς, ὡς μηδ' ὅτι διανοεῖται παρακολουθεῖν. Οὐ γὰρ ἡ ψυχή, φησίν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ τούτων ἕκαστον ἐνεργῶν, ἡ ψυχὴ δὲ ἀκίνητος. Τούτῳ τοιγαροῦν ἑπόμενος Δικαίαρχος [e], καὶ κατ' ἀκόλουθον ἱκανὸς ὢν θεωρεῖν, ἀνῄρηκε τὴν ὅλην ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς. Ὅτι μὲν γὰρ ἀόρατόν τι καὶ ἀφανές ἐστιν ἡ ψυχή, δῆλον· ὥστε οὐκ ἂν διά γε τὴν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐνέργειαν δοίημεν εἶναι ψυχήν. Αἱ δὲ κινήσεις αὐτῆς ἀφανοῦς οὔσης, ἀναγκάζειν ἡμᾶς δοκοῦσιν εἶναί τι τὴν ψυχὴν ὁμολογεῖν. Ταῦτα γὰρ ἅπας τις συνιέναι δοκεῖ τῆς ψυχῆς ὄντα, τὸ βουλεύεσθαι καὶ σκοπεῖσθαι καὶ καθ' ὃν δήποτε τρόπον διανοεῖσθαι. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν τὸ σῶμα, καὶ τὰς τούτου δυνάμεις, καὶ ἐνθυμηθῶμεν δὲ τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ὡς οὐ σώματος

---

in rerum natura pro animorum administratione præclare ordinantur. Animus enim omnis, inquit, omnis inanimati curam agit: idemque totum cœlum lustrat, speciem in aliis aliam atque aliam induens. Enimvero quidquid scientiæ ac sapientiæ proprium est, id totum cum animi immortalitate Plato connexuit. Omnis enim doctrinæ perceptio recordatio quædam est: neque aliter rerum investigationem et perceptionem, ex quibus scientia nascitur, servari posse arbitratur. Quodsi animus non est immortalis, ne recordatio quidem ulla est; qua sublata, ne disciplina quidem ulla supererit. Quum igitur dogmata Platonis universa ex animi divinitate et immortalitate omnino apta ac suspensa sint, qui hoc decretum rejiciat, is omnem Platonis philosophiam funditus evertat necesse est. Quis ergo primus omnium Platonicis demonstrationibus repugnare aggressus est, atque animum simul immortalitate ac facultate omni privare. Quis autem alius nisi Aristoteles? Nam ex ceteris quidam eum stabilem permanere concedunt: nonnulli, si minus hoc probant, vim certe aliquam et motionem in corpore cum propriis quibusdam actionibus animo relinquunt. Aristoteles autem, quo magnificentius animum Plato celebraverat, quum illum et ortus principium et dei alumnum et rerum omnium præsidem appellaret: eo magis contendit, ut eum abjiceret atque aspernaretur, imo vero nihil propemodum esse ostenderet. Quippe neque spiritum illum esse, neque ignem, neque omnino corpus, imo nec etiam incorporeum, sic quidem ut ipse sit ac per se moveatur: quod ipsum nec ei concedit, ut est in corpore, prorsus ut immobilis ille sit atque ut ita dicam inanimus. Cujusmodi videlicet hoc est vitium, ut primarios etiam motus animo vel audeat vel cogatur adimere, deliberationem, cogitationem, exspectationem, recordationem, ratiocinationem. Neque enim animi hæ sunt commotiones, inquit iste naturæ auctor. Admodum certe dignus hic est, quem de rebus externis aliquid percepisse credamus, qui tantum ab animo ipse suo aberravit, ut ne propriam quidem ejus esse cogitationem intelligere potuerit. Non enim animus, inquit, sed homo potius efficit hæc omnia: animus vero manet immobilis. Itaque hunc secutus postea Dicæarchus, id quod ex ea doctrina consequens erat optime quum videret, totam animi naturam funditus sustulit. Namque illud constat, animum rem neque aspectabilem neque conspicuam esse: quo fit, ut saltem propter nullam sensuum efficientiam, animum esse dare debeamus. At vero latentis animi motiones cogere nos videntur, ut aliquid ipsum esse confiteamur. Nemo enim fere est, quin hæc animi propria esse intelligat, deliberare, considerare et quocunque modo cogitare. Nam quando corpus et corporis facultates videmus, simulque tales actus corporis esse non posse reputamus: aliud quippiam, quod per se deliberet, in nobis esse, atque illud ipsum animum esse concedimus. Unde enim, si non inde, aliquid unquam de animo credidimus? Si quis igitur ista, quibus maxime proditur animus, ei eripiens alii cuidam rei tri-

οὔσας, δίδομεν εἶναί τι ἐν ἡμῖν ἕτερον τὸ βουλευόμενον· τοῦτο δὲ εἶναι τὴν ψυχήν. Ἐπεὶ πόθεν ἀλλαχόθεν ἐπιστεύσαμεν ὑπὲρ ψυχῆς; Ἂν οὖν τις ἐξ ὧν μάλιστα ψυχὴ φαίνεται, ταῦτα ἀφελόμενος ἑτέρῳ τινὶ προσάψῃ πράγματι, οὔτε ὅθεν οὖσα ἐμφαίνεται καταλέλοιπεν, οὔτε ὅ, τι χρήσιμος ἂν εἶναι δοκοίη. Τίς οὖν ἡ βοήθεια τῷ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι θέλοντι, παρὰ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀποκτιννύντος [f]; Τίς δὲ ἡ διδασκαλία τοῦ τρόπου τῆς κινήσεως, καθ' ὃν αὐτοκίνητον αὐτήν φαμεν, παρὰ τῶν μηδὲ τὸ παράπαν αὐτῇ κίνησιν νεμόντων; Ναί. Ἀλλὰ κατά γε τὴν ἀθανασίαν τοῦ νοῦ, φήσαι τις ἂν αὐτὸν κοινωνεῖν Πλάτωνι. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πᾶσαν βούλεται τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι, τόν γε νοῦν ὁμολογεῖ θεῖόν τε καὶ ἄφθαρτον εἶναι. Τίς μὲν οὖν τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ὁ νοῦς, ὅθεν ὤν, καὶ πόθεν ἐπεισκρινόμενος τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ποῦ πάλιν ἀπαλλαττόμενος, αὐτὸς ἂν εἰδείη· εἴγε τι συνίησιν ὧν λέγει περὶ τοῦ νοῦ, καὶ μὴ τὸ ἄπορον τοῦ πράγματος τῷ ἀσαφεῖ τοῦ λόγου περιστέλλων, ἐξίσταται τὸν ἔλεγχον, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ δυσθήρευτον ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ πορίζόμενος. Πάντως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαφέρεται Πλάτωνι. Ὁ μὲν γάρ φησι νοῦν ἄνευ ψυχῆς ἀδύνατον εἶναι συνίστασθαι· ὁ δὲ χωρίζει τῆς ψυχῆς τὸν νοῦν. Καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας ὁ μὲν μετὰ τῆς ψυχῆς αὐτῷ δίδωσιν, ὡς ἄλλως οὐκ ἐνδεχόμενον· ὁ δέ φησιν, αὐτῷ μόνῳ χωριζομένῳ τῆς ψυχῆς τοῦτο περιγίνεσθαι. Καὶ τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώματος οὐκ ἠξίωσεν ἐκβαίνειν, ὅτι Πλάτωνι τοῦτο ἤρεσε· τὸν δὲ νοῦν ἀποῤῥήγνυσθαι τῆς ψυχῆς ἠνάγκασεν, ὅτι ἀδύνατον ἔγνω Πλάτων τὸ τοιοῦτο. Ταῦτα μὲν ὁ Ἀττικός.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV, cap. IX, τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς περὶ ἀθανασίας ψυχῆς διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, καὶ τοῖς Ἑβραίων λόγοις. Pauca hic notabimus [a] : πᾶσαι γὰρ αἱ μαθήσεις, ἀναμνήσεις] Vide Platonem in Phædone p. 74, A et p. 75. C; item Phædr. p. 249. B. C. et Monon p. 82 B. — [b] τοσούτῳ δὴ ἐφιλονείκησε] scripsi e Vigeri conjectura; codd. τὸ σῶμα δὲ ἐφιλονείκησε. — [c] οὔτε γὰρ πνεῦμα] lege Aristotelem lib. I, de anima cap. 2 seqq. — [d] πρωτουργοὺς κινήσεις] Plato de legg. lib. X, pag. 897 ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλατταν ταῖς αὐτῆς κινήσεσιν, αἷς ὀνόματά ἐστι βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν ὀρθῶς, ἐψευσμένως, χαίρουσαν, λυπουμένην, θαῤῥοῦσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν καὶ πάσαις ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν καὶ φθίσιν καὶ διάκρισιν καὶ σύγκρισιν κτλ. Aliter judicat Aristoteles de anim. lib. I, cap. 4 p. 408. B. ed. Bekker. τὸ δὲ λέγειν ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν ἢ οἰκοδομεῖν· βέλτιον γὰρ ἴσως μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν ἢ μανθάνειν ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ. Idem tamen de anim. lib. III, cap. 4 pag. 429. A. ed. Bekker. ait : ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή). — [e] Δικαίαρχος] Cicero Tuscul. I, 10 Dicæarchus autem in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit : duobus Pherecratem quendam, Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustraque et animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum, nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis æquabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quæ nulla sit, nec sit quidquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ vigeat et sentiat. Idem lib. I, 31 acerrime autem deliciæ meæ, Dicæarchus, contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis sermo habetur; in quibus vult efficere, animos

---

buerit : is profecto nihil relinquet, unde animum esse appareat, vel quem præbeat usum, intelligatur. Quid igitur opis, qui animum immortalem esse defendit, ab eo qui animum ipsum morte afficit, exspectare queat? aut qui modi ejus, quo per sese illum moveri dicimus, ab iis doctrina ulla speretur, qui nullum prorsus ei motum concedant? Sane, inquiet quispiam : at certe quod ad mentis immortalitatem attinet, Aristoteles cum Platone consentit. Etenim si non omnem animum immortalem esse vult, at mentem saltem divinam et incorruptam esse fatetur. Ergo quæ mentis hujus essentia sit, quæ natura, unde vel ducat originem vel hominibus inseratur, quo denique rursus avolet, idem ipse noverit, si modo eorum quæ de mente disputat, quidquam omnino intelligit, ac non potius orationis obscuritate suam hac in re dubitationem dissimulans, ansam reprehensionis vitat, ac sepiarum more tenebris sese, quo difficilius capiatur, involvit. Quamquam de his rebus omnino etiam a Platone dissentit. Is enim mentem negat seorsum ab animo posse consistere : Aristoteles contra mentem ab animo separat. Deinde immortalitatem Plato, quod aliter fieri non possit, menti cum animo conjunctæ attribuit, quam huic soli et ab animo disjunctæ contingere arbitratur Aristoteles. Postremo, migrare animum ex corpore, quod ita Platoni visum esset, statuere non potuit : mentem idem ab animo, quoniam id Plato fieri non posse sentiebat, vel invitam abstraxit. Atque hæc quidem Atticus.

esse mortales. — [f] ἀποκτιννύντος] scripsi; codd. ἀποκτινοῦντος. —)

8. Ἔτι τοῦ Πλάτωνος λέγοντος, τὴν ψυχὴν διακοσμεῖν τὰ πάντα, διήκουσαν διὰ πάντων, καὶ ταύτην, ἀφ' ἧς καὶ οἱ λοιποὶ διοικεῖσθαι συγχωροῖεν ἂν ἕκαστα, καὶ μηδὲν ἄλλο εἶναι τὴν φύσιν ἢ ψυχήν, καὶ δηλονότι ψυχὴν οὐκ ἄλογον, καὶ ἐκ τούτων συνάγοντος, ὅτι πάντα κατὰ πρόνοιαν γίνεται, εἴ γε καὶ κατὰ φύσιν· πρὸς οὐδὲν τούτων ἡμῖν Ἀριστοτέλης ὁμολογεῖ. Οὐ γὰρ εἶναι τὴν φύσιν ψυχήν, καὶ τὰ περὶ γῆν ὑπὸ μιᾶς φύσεως διοικεῖσθαι. Εἶναι γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἄλλας καὶ ἄλλας τὰς αἰτίας. Τῶν μὲν γὰρ οὐρανίων ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων, αἰτίαν τὴν εἱμαρμένην ὑποτίθησι· τῶν δὲ ὑπὸ σελήνην, τὴν φύσιν· τῶν δὲ ἀνθρωπίνων, φρόνησιν καὶ πρόνοιαν καὶ ψυχήν· τὸ μὲν γλαφυρὸν ἐν ταῖς τοιαύταις διαιρέσεσι παρεχόμενος, τὸ δὲ ἀναγκαῖον οὐ συνορῶν. Εἰ γὰρ μὴ μία εἴη δύναμις ἔμψυχος, διήκουσα διὰ τοῦ παντός, καὶ πάντα συνδοῦσα καὶ συνέχουσα, οὔτ' ἂν εὐλόγως τὸ πᾶν, οὔτε καλῶς διοικούμενον εἶναι δύναιτο. Τῆς δ' αὐτῆς ἦν ἄρ' ἀβλεψίας, καὶ πόλιν ἐλπίσαι ποτὲ καλῶς χωρὶς ἑνώσεως διαγενέσθαι, καὶ τὸ πᾶν τόδε ἡγήσασθαι πάγκαλον τῷ λόγῳ διαφυλάξειν, οἷόνπερ φαίνεται, μὴ συνδήσαντα καὶ συναρμόσαντα ἑνός τινος ὁμοίου κοινωνίᾳ. Καὶ τοιοῦτον μέν τι πρᾶγμα τὸ διοικοῦν ἕκαστα εἶναί φησιν, οἷον ἀρχὴν εἶναι κινήσεως· τοῦτο δὲ εἶναι ψυχὴν ὁμολογεῖν οὐ βούλεται· καίτοι καὶ τοῦ Πλάτωνος αὐτὸ δεικνύντος, ὅτι τοῖς [b] κινουμένοις ἅπασιν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς κινήσεως ἡ ψυχή. Καὶ ὃ μὲν ἂν ἔργον εἴη ψυχῆς λογικῆς καὶ φρονίμου, τὸ μηδὲν μάτην ποιεῖν, τοῦτο ἀνατίθησι τῇ φύσει, τοῦ δὲ ὀνόματος αὐτῇ τῆς ψυχῆς οὐ μεταδίδωσιν· ὥσπερ ἐκ τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δυνάμεων, τῶν πραγμάτων λαμβανομένων.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. XV, cap. XII, πρὸς τὸν αὐτὸν διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς καθόλου ψυχῆς λόγῳ ἀπὸ τῶν Ἀττικοῦ. Sic enim cum Vigero rejecta codicum scriptura ἐν τῷ περὶ τῆς καθόλου ψυχῆς λόγῳ ἀπὸ τῶν αὐτῶν legendum esse, e philosophi dictione et disserendi ratione intelligitur. Ut igitur hoc caput : ita etiam sequens Attico vindicamus. In hoc fragmento scripsi [a] : ἄλλας καὶ ἄλλας τὰς αἰτίας] e Vigeri conjectura; codd. ἄλλας καὶ τὰς αἰτίας. — [b] ὅτι τοῖς κινουμένοις ἅπασιν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς κινήσεως ἡ ψυχή] Plato in Phædro pag. 245 ed. Steph. ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος. Τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. Μόνον δὴ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Conf. Cicero. Tuscul. I, 23. —)

9. Τὸ δὲ κεφάλαιον [a] καὶ τὸ κῦρος τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως, ἡ περὶ τῶν νοητῶν διάταξις, ἠτίμασται καὶ προπεπηλάκισται, καὶ παντοίως, τό γε ἐπ' Ἀριστοτέλει εἶναι, περιύβρισται. Οὐ γὰρ δυνάμενος ἐννοῆσαι, ὅτι τὰ μεγάλα καὶ θεῖα καὶ περιττὰ τῶν πραγμάτων, παραπλησίου τινὸς δυνάμεως εἰς ἐπίγνωσιν δεῖται· τῇ δ' αὑτοῦ λεπτῇ καὶ ταπεινῇ δριμύτητι πιστεύων, ἥτις διαδῦναι μὲν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀλήθειαν ἰδεῖν ἐδύνατο, τῆς δ' ὄντως ἀληθείας ἐποπτεῦσαι τὸ πανεύδιον οὐχ οἷά τε ἦν αὐτῷ· κανόνι θ' αὐτῷ καὶ κριτῇ τῶν ὑπὲρ αὐτὸν χρησάμενος, ἀπέγνω τινὰς εἶναι ἰδίας φύσεις [b],

---

8. Præterea, quum Plato, inquit, animum cuncta permeantem rebus omnibus ornatum afferre dicat, atque ejusmodi esse, quem sua vi singula moderari ac regere cæteri quoque libenter concedant : naturam porro nihil aliud esse, quam animum, eumque profecto non rationis expertem, indeque concludat, omnia quæ naturæ vis efficiat, dono quodam providentiæ gigni : eorum nihil est, quod Aristoteles nobis assentiatur. Is enim et naturam animum esse, et unius tantum naturæ vi res terrestres gubernari negat. Causas enim alias atque alias rerum esse singularum. Ac cœlestium quidem, utpote quæ usque sui similes eodem semper statu maneant, causam fatum esse censet; earum vero quæ sub luna sunt, naturam; humanarum denique prudentiam, providentiam et animum. Quo in rerum causarumque discrimine statuendo elegantiam aliquam ostendit, quod necessitatis erat non vidit. Nam nisi vis una quædam animata esset, quæ rerum universitatem pervadens, colligaret cuncta atque contineret : nunquam mundus vel sapienter vel pulchre regi posset. Est igitur ejusdem cæcitatis, et civitatem aliquando dissociatam fore incolumem sperare, et hoc universum præclaram illam, quam cernimus partium omnium speciem conservaturum allatis rationibus arbitrari, nisi id ipsum similis alicujus communione complectaris atque devincias. Cæterum, quod res singulas moderetur, id quidem motus principium esse ait; idem tamen animum esse fateri non vult, tametsi rebus omnibus quæ moventur principium fontemque motus animum esse Plato demonstrarit. Quod autem animi ratione præditi atque sapientis proprium sit, nihil agere frustra, id naturæ attribuit, cui tamen animi nomen non imponit : quasi a nominibus, non autem a facultatibus rerum initia viresque proficiscantur.

9. Postremo, quod caput est, inquit, ac Platonicæ philosophiæ cardo, rerum sola mente perceptarum doctrina, quantum in Aristotele fuit, illusa, conculcata, denique quoquo modo exagitata est. Quum enim intelligere non posset, res magnas ac divinas, quæ longe

οἵας Πλάτων ἔγνω, λήρους τε καὶ τερετίσματα [c] καὶ φλυαρίας ἐτόλμησεν εἰπεῖν τὰ τῶν ὄντων ἀνώτατα. Τὸ μὲν οὖν ἄκρον τε καὶ ἔσχατον τῶν Πλάτωνος φιλοσοφημάτων ἐστί, τὸ περὶ τὴν νοητὴν ταύτην καὶ ἀΐδιον οὐσίαν τὴν τῶν ἰδεῶν. Ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγὼν ἔσχατος τῇ ψυχῇ πρόκειται. Ὁ μὲν γὰρ μετασχὼν καὶ ἐφικόμενος αὐτῆς, πάντως εὐδαίμων· ὁ δὲ ἀπολειφθεὶς καὶ ἀδυνατήσας θεωρὸς γενέσθαι, πάντως ἄμοιρος εὐδαιμονίας καταλείπεται. Καὶ διὰ τοῦτο Πλάτων τε πανταχῇ διαγωνίζεται, δεικνὺς τὴν ἰσχὺν τούτων τῶν φύσεων. Οὔτε γὰρ αἰτίαν ὡντινωνοῦν ἀποδοῦναί φησιν οἷόν τε εἶναι καλῶς, ἂν μὴ τῇ τούτων μεθέξει [d], οὔτε γνῶσίν τινος ἀληθοῦς, ἂν μὴ τῇ πρὸς ταύτας ἀναφορᾷ· ἀλλ' οὐδὲ λόγου μετέσεσθαί τισιν, εἰ μὴ τὴν τούτων οὐσίαν ὁμολογήσειαν. Οἵ τ' αὖ τὰ τοῦ Πλάτωνος συνιστάναι ἐγνωκότες, τὸν πλεῖστον ἀγῶνα τῶν λόγων ἐν τούτῳ τίθενται· πάνυ ἀναγκαίως. Οὐδὲν γὰρ ἔτι τὸ Πλατωνικὸν ἀπολείπεται, εἰ μὴ τὰς πρώτας καὶ ἀρχικωτάτας φύσεις ταύτας συγχωρήσεταί τις αὐτοῖς ὑπὲρ Πλάτωνος. Ταῦτα γάρ ἐστιν, οἷς μάλιστα τῶν ἄλλων ὑπερέχει. Νοήσας γὰρ θεὸν αὐτός, ὡς τῶν ἁπάντων πατέρα καὶ δημιουργόν, καὶ δεσπότην, καὶ κηδεμόνα· καὶ γνωρίζων ἐκ τῶν ἔργων, τὸν τεχνίτην πρότερον νοῆσαι τοῦτο ὃ μέλλει δημιουργήσειν, εἶθ' οὕτω τῷ νοηθέντι κατόπιν, ἐπὶ τῶν πραγμάτων προσάγειν τὴν ὁμοιότητα· ταὐτὸν δὴ τὸν τρόπον τὰ τοῦ θεοῦ νοήματα [f] πρεσβύτερα τῶν πραγμάτων, τὰ τῶν γενομένων παραδείγματα, ἀσώματα καὶ νοητά, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἀεί, καὶ μάλιστα μὲν πρώτως αὐτὰ ὄντα, παραίτια δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι τοιαῦτα ἕκαστα οἷά πέρ ἐστι, κατὰ τὴν πρὸς αὐτὰ ὁμοιότητα, συνιδὼν ὁ Πλάτων ὄντα οὐ ῥᾷστα ὀφθῆναι, οὐ μὴν οὐδὲ λόγῳ σαφῶς δηλωθῆναι δυνάμενα· αὐτὸς ὡς οἷόν τε ἦν ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν, καὶ φρονῆσαι, καὶ παρασκευάσαι τοὺς μέλλοντας ἐπακολουθήσειν, πραγματευσάμενος ταῦτα, καὶ τὴν σύμπασαν αὐτοῦ φιλοσοφίαν εἰς τοῦτο συνταξάμενος, περὶ ταῦτά φησι καὶ τὴν τούτων νόησιν τὴν σοφίαν εἶναι καὶ τὴν ἐπιστήμην, δι' ἧς τὸ ἀνθρώπινον τέλος καὶ ἡ μακαριστὴ βιοτὴ παραγίνεται. Τοσαῦτα ὁ Ἀττικός.

(**Eusebius Præpar. Evang. lib. XV, cap. XIII** πρὸς τὸν αὐτὸν διαπαίξαντα καὶ τὰς παρὰ τῷ Πλάτωνι ἰδέας, ἃς οὐκ ἀγνοεῖν καὶ οἱ Ἑβραίων ἤδη πρότερον συνεστήσαντο λόγοι· ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. **Allatis Attici verbis hæc subjungit Eusebius :** παρῆν δὲ καὶ τούτων ἔτι πλείω ἐκ τῆς δηλωθείσης παραθέσθαι τοῦ ἀνδρὸς γραφῆς. Πλὴν ἀλλὰ τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἀρκεσθέντες, μεταβησώμεθα καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Στωϊκῶν αἵρεσιν. Σωκράτους τοίνυν ἀκουστὴς ἐγένετο Ἀντισθένης, Ἡρακλεωτικός τις ἀνὴρ τὸ φρόνημα, ὃς ἔφη τοῦ ἥδεσθαι τὸ μαίνεσθαι κρεῖττον εἶναι. Διὸ καὶ παρῄνει τοῖς γνωρίμοις, μηδέποτε χάριν ἡδονῆς δάκτυλον ἐκτείνειν. Τούτου δὲ ἀκουστὴς γέγονε Διογένης ὁ Κύων, ὃς καὶ αὐτὸς θηριωδέστατα φρονεῖν δόξας, πολλοὺς ἐπηγάγετο. Τοῦτον Κράτης διεδέξατο· Κράτητος δὲ ἐγένετο Ζήνων, ὁ Κιττιεύς, ὁ τῆς Στωϊκῶν

---

cæteris antecellunt, simili aliqua facultate ad sui cognitionem egere : minuta quadam sua et humili subtilitate confisus, (quæ ut terrestrium in rerum naturam penetrare posset earumque veritatem perspicere, purissimam tamen illam propriæ veritatis lucem intueri non poterat,) ideoque se ipso quodam quasi rerum illarum, quæ supra ipsius captum essent, canone arbitroque usus, peculiares illas, quales Plato agnoverat naturas, rejecit, illaque omnium altissima, nugas, insulsasque cantilenas et fabulas pueriles appellare ausus est. Quippe summum illud atque ultimum est Platonicorum dogmatum, quod in intelligibili hac et æterna idearum natura versatur. Ubi supremus animo labor ac certamen propositum est. Nam qui ad illam aspirare eaque frui potuerit, is beatus omnino ; cui eam intueri et penitus pervidere non licuerit, is omni felicitate privatus relinquitur. Itaque hoc ubique Plato et quoquo modo contendit, ut harum naturarum vim potestatemque demonstret. Negat enim aut ullius omnino rei causam commode reddi posse, nisi quæ harum communione nitatur, aut veri ullius haberi notitiam, nisi quæ ad eas referatur. Imo homines etiam nescio quos rationis expertes esse defendit, nisi earum substantiam fateantur. Porro qui Platonicam doctrinam confirmare argumentis statuerunt, hac potissimum in disputatione multi esse solent. Quod quidem necessario faciunt. Neque enim Platonicum amplius quidquam relinquetur, nisi quis primarias illas principesque naturas Platonis in gratiam iis concesserit. Hæc enim illa sunt, quibus cæteris omnibus maxime præstat. Quum enim ipse deum rerum parentem fabricatoremque, ideoque dominum et curatorem agnosceret : quum idem ex nostris operibus intelligeret, artificem id ante quod effecturus sit animo comprehensum tenere, ac tum demum quam illius speciem cogitando informarit, eam ipsis in rebus similitudine quadam exprimere : similiter divinas notiones, quæ rebus antiquiores et eorum quæ fiunt exempla sint, eædemque incorporeæ ac mente sola perceptæ, similesque sui semper et eodem statu manentes, denique et præcipue primum exstantes, et cæteris deinde causæ cur talia sint singula, qualia sunt, pro sua cujusque cum principibus illis similitudine : notiones, inquam, illas nec facile videri, nec oratione explicari dilucide posse quum animadverteret : is quantum vel dicendo de iis vel cogitando mens humana consequi, ac cæteris qui ad eam cognitionem postea aspiraturi essent, commonstrare viam poterat, in ipsarum tractationem incumbens, et cunctas philosophiæ suæ rationes eo revocans, in iis demum earumque notitia sapientiam ac scientiam positas esse defendit, qua in finis humani et beatæ vitæ possessionem veniamus. Hactenus Atticus.

φιλοσόφων αἱρέσεως καταστὰς ἀρχηγός· Ζήνωνα δὲ Κλεάνθης διεδέξατο, Κλεάνθην δὲ Χρύσιππος· τοῦτον δὲ Ζήνων ἕτερος, καὶ οἱ καθεξῆς. Λέγονται δ' οὗτοι πάντες διαφερόντως καὶ βίου στεῤῥοῦ καὶ διαλεκτικῆς ἐπιμεληθῆναι. Τά γέ τοι τῆς κατ' αὐτοὺς φιλοσοφίας δόγματα ὧδέ πως ἔχει. Paucas ad hunc locum annotationes apponeinus : [a] τὸ δὲ κεφάλαιον] Socrates apud Lucianum Vit. auct. cap. 18 quærenti emtori τῆς δὲ σοφίας τί σοι τὸ κεφάλαιον; respondet αἱ ἰδέαι καὶ τὰ τῶν ὄντων παραδείγματα. Ὁπόσα γὰρ δὴ ὁρᾷς, τὴν γῆν, τὰ ἐπὶ γῆς, τὸν οὐρανόν, τὴν θάλατταν, ἁπάντων τούτων εἰκόνες ἀφανεῖς ἑστᾶσιν ἔξω τῶν ὅλων. Tum ille ποῦ δὲ ἑστᾶσιν; Socrates vero : οὐδαμοῦ· εἰ γάρ που εἶεν, οὐκ ἂν εἶεν. — [b] ἰδίας φύσεις] Non male Vigerus ἀϊδίους φύσεις veram scripturam esse conjecit. — [c] τερετίσματα] Aristoteles Analytic. posterior. lib. I, cap. 22, pag. 83. A. ed. Bekker. τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω· τερετίσματά τε γάρ ἐστι, καὶ εἰ ἔστιν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον ἐστίν· αἱ γὰρ ἀποδείξεις περὶ τῶν τοιούτων εἰσίν. — [d] ἂν μὴ τῇ τούτων μεθέξει] scripsi; codd. ἂν μὴ τούτων μεθέξει. — [e] ἂν μὴ τῇ πρὸς ταύτας ἀναφορᾷ] conjecit Vigerus; codd. ἂν μὴ τῇ πρὸς ταῦτα ἀναφορᾷ. — [f] ταὐτὸν δὴ τὸν τρόπον τὰ τοῦ θεοῦ νοήματα] scripsi; libri ταυτὸν δὴ τὰ τοῦ θεοῦ νοήματα. —)

ΣΕΒΗΡΟΥ

ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

Περὶ δὲ τῆς κατὰ Πλάτωνα ψυχῆς, ἥν φησιν ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας συστῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὡς ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος τῶν μέσων τι χρωμάτων, ἐκεῖνα ἔχομεν εἰπεῖν· ὅτι ἀνάγκη, χρόνῳ διαστάσεως αὐτῶν γιγνομένης, ἀφανισθῆναι αὐτήν, ὡς τὴν τοῦ μέσου χρώματος σύστασιν, ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἑκάστου ἐξ ὧν συνέστη, ἐν χρόνῳ φύσει χωριζομένου. Εἰ δὲ τοῦτο, φθαρτὴν ἀποφανοῦμεν, ἀλλ' οὐκ ἀθάνατον τὴν ψυχήν. Εἰ γὰρ τοῦτο ὁμολογεῖται, μηδὲν τῶν ἐν τῇ φύσει ὄντων ἄνευ τοῦ ἐναντίου εἶναι, τά τε ἐν τῷ κόσμῳ ἐκ τῆς τῶν ἐναντίων φύσεως ὑπὸ θεοῦ κεκοσμῆσθαι, φιλίαν αὐτοῖς καὶ κοινωνίαν ἐμποιήσαντος αὐτοῦ, οἷον τῷ ξηρῷ πρὸς τὸ ὑγρόν, καὶ τῷ θερμῷ πρὸς τὸ ψυχρόν, τῷ τε βαρεῖ πρὸς τὸ κοῦφον, λευκῷ τε πρὸς τὸ μέλαν, γλυκεῖ τε πρὸς τὸ πικρόν, σκληρῷ τε πρὸς τὸ μαλακόν [a], τῇ τε ἀπαθεῖ οὐσίᾳ πρὸς τὴν παθητήν, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις μίαν ἄλλην πάντων κοινωνίαν· τὰ δὲ κραθέντα καὶ μιχθέντα, χωρισμὸν τὸν ἀπ' ἀλλήλων ἐν χρόνῳ φύσει ἐπιδέχεται· ἡ δὲ ψυχὴ ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας γεγονέναι ὑποκείσεται, ἀνάγκη ὡς τὸ μέσον χρῶμα, οὕτω καὶ ταύτην ἐν χρόνῳ φύσει ἀφανισθῆναι, τῶν ἐν τῇ συστάσει αὐτῆς ἐναντίων ἐπὶ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐπειγομένων. Ἦ γὰρ οὐχ ὁρῶμεν καὶ τὸ φύσει βαρύ, κἂν ὑφ' ἡμῶν, ἢ τινος ἔξωθεν φυσικῆς προσγενομένης αὐτῷ κουφότητος, ἄνω φέρηται, ὡς αὐτὸ ὁμοίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν φύσιν κάτω βιάζεται; ὁμοίως δὲ καὶ τὸ φύσει κοῦφον, κατὰ τὰς ὁμοίας ἔξωθεν αἰτίας κάτω φερόμενον, ὡς αὐτὸ ὁμοίως ἐπὶ τὰ ἄνω βιάζεται; Τὰ γὰρ ἐκ δύο τινῶν ἀλλήλοις ἐναντίων εἰς ταὐτὸν συναχθέντα, ἀδύνατον ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ εἶναι, μὴ τρίτου τινὸς τῆς τῶν ὄντων οὐσίας ἀεὶ ἐνόντος αὐτοῖς. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔστι ψυχὴ τρίτον τι πρᾶγμα ἐκ δύο ἐναντίων ἀλλήλοις σύνθετον, ἁπλοῦν δὲ καὶ τῇ αὐτοῦ φύσει ἀπαθὲς καὶ ἀσώματον. Ὅθεν Πλάτων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἀθάνατον αὐτὴν ἔφασαν εἶναι. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος κοινός ἐστι πάντων λόγος γεγονέναι, τὰ δ' ἐν ἡμῖν ἄνευ σώματος ἐχου-

SEVERI

PLATONICI PHILOSOPHI

FRAGMENTUM.

Jam vero, inquit Severus, de animo illo, quem a deo duplici ex parte, altera impatiente, altera patibili conflatum, quasi medium quendam ex albo nigroque colorem statuit Plato, hæc nobis in præsentia dicenda videntur. Partium dissidio paullatim facto interire animum oportebit, quemadmodum illam medii coloris temperationem, quum illi ex quibus coaluit, suapte natura tandem in suum quisque genus solvuntur, perire necesse est. Quod si semel probabitur, morti certe obnoxium, non immortalem animum perhibebimus. Etenim si pro confesso habeatur, hac in rerum natura prorsus nihil esse, quod contrario careat, quæque mundus contineat omnia, ex adversis pugnantibusque naturis dei beneficio temperata esse, qui mutuum illis amorem et communionem injecerit, ut sicco et humido, calido et frigido, gravi et levi, albo et nigro, dulci et amaro, duro et molli, naturæ denique impatienti et naturæ patibili, eaque id genus cuncta una quadam alia rerum omnium communione inter se junxerit : præterea si quæ temperata cum aliis et mixta sunt temporis progressu naturæ convenienter discedunt ac sejunguntur, animum profecto, si eum ex duplici parte, altera impatiente, altera patibili concretum ponimus, æque ac medium aliquem colorem naturæ suæ vitio tandem interire necesse erit : contrariis illis ex quibus ipse constabat, ad proprium naturæ suæ statum properantibus. Nonne videmus id quod suapte natura grave sit, licet a nobis, aut alia quavis extrinsecus accepta naturali levitate, sursum feratur, ut tamen deorsum naturæ suæ vi ac pondere moveatur? Similiter quod suapte natura leve sit, licet extrinsecus ob similes quasdam causas deorsum feratur, ut tamen suis quoque viribus sursum agatur? Etenim quæ ex duobus contrariis in unum aliquid simul coierint, fieri non potest, ut eodem modo semper se habeant, nisi e rerum natura tertium aliquid perpetuo iis insit. Sed enim animus tertium quid profecto non est, ex duobus contrariis pugnantibusque compositum, sed potius unum aliquid simplex, naturaque sua impatiens et incorporeum ut eorum propterea Plato ejusque assectatores immortalem esse affirmaverint. At quoniam tum hominem ex animo et corpore constare omnes communi consensu judicant, tum quæ sine corporis commercio in nobis volentibus nolentibus exsistunt commotiones, animo assignantur; plerique hinc naturam ejus patibilem esse conjicientes, mortalem illum atque corporeum, non corporis expertem esse contendunt. Plato autem ad illam ejus partem, quæ suapte natura impatiens esset alteram hanc patibilem adjungere coactus est. Hanc vero utrorumque, non aliam rationem fuisse, ex iis quæ cum a Platone, tum etiam a cæteris disputantur, osten-

σίως καὶ ἀκουσίως γιγνόμενα πάθη, τῆς ψυχῆς εἶναι λέγεται, οἱ μὲν πολλοὶ [b] τούτῳ τεκμαιρόμενοι παθητὴν εἶναι τὴν οὐσίαν αὐτῆς, θνητὴν αὐτὴν εἶναι λέγουσι, καὶ σωματοειδῆ, ἀλλ' οὐκ ἀσώματον. Ὁ δὲ Πλάτων, τῷ φύσει αὐτῆς ἀπαθεῖ [c] προσηναγκάσθη τὴν παθητὴν οὐσίαν προσυφᾶναι. Ὅτι δὲ μὴ ἑτέρως ἔχει, ἐξ ὧν ἑκάτεροι εἰρήκασι, Πλάτων τε καὶ οἱ ἄλλοι, πειρασόμεθα τῷ λόγῳ, τὰς ἐν ἡμῖν ἐνεργούσας δυνάμεις παραθέντες, προσβιβάσαι. Ταῦτά μοι ἀπὸ τῶν Σεβήρου τοῦ Πλατωνικοῦ περὶ ψυχῆς προκείσθω.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. III, cap. XVII ὅτι μὴ κατὰ Πλάτωνα ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας ἡ τῆς ψυχῆς συνέστηκε φύσις. Ἀπὸ τῶν Σεβήρου τοῦ Πλατωνικοῦ περὶ ψυχῆς. Ita legendum cum Vigero; nam in membranis caput hoc sic inscribitur : ὅτι κατὰ Πλάτωνα μὴ ἐξ ἀπαθοῦς κτλ. Pauca hic notanda : [a] τὸ μαλακόν, τῇ τε ἀπαθεῖ οὐσίᾳ πρὸς τὴν παθητήν, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις μίαν ἄλλην πάντων κοινωνίαν· τὰ δὲ χραθέντα κτλ.] Ita collocanda esse verba jam Vigerus vidit; codd. τὸ μαλακόν, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις μίαν ἄλλην πάντων κοινωνίαν, τῇ τε ἀπαθεῖ οὐσίᾳ πρὸς τὴν παθητήν· τὰ δὲ χραθέντα κτλ. — [b] οἱ μὲν πολλοὶ τούτῳ τεκμαιρόμενοι παθητὴν εἶναι] scripsi; codd. τῷ παθητὴν; est autem duplex hic Vigeri conjectura οἱ μὲν πολλοὶ τούτῳ τεκμαιρόμενοι τὸ παθητὴν εἶναι vel τεκμαιρόμενοι παθητὴν εἶναι. — [c] Plato Tim. pag. 69. D. καὶ διὰ ταῦτα δὴ σεβόμενοι (οἱ θεοὶ) μιαίνειν τὸ θεῖον, ὅ τι μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη, χωρὶς ἐκείνου κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἴκησιν τὸ θνητόν, ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοικοδομήσαντες τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους, αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς. Ἐν δὴ τοῖς στήθεσι καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν γένος ἐνέδουν κτλ. Immortalem sive divinam animi partem in cerebro posuit. Tim. p. 73. D. καὶ τὴν μὲν τὸ θεῖον σπέρμα, οἷον ἄρουραν, μέλλουσαν ἕξειν ἐν αὐτῇ περιφερῆ πανταχῇ πλάσας, ἐπωνόμασε τοῦ μυελοῦ ταύτην τὴν μοῖραν, ἐγκέφαλον κτλ. Conf. Cicero Tusculan. lib. I, cap. 10. —)

---

dere, ac simul effectrices illas, quæ nobis insitæ sunt, facultates promere et proferre conabimur. Hæc mihi e Severi Platonici de animo disputatione proponenda videntur.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ

ΤΟΥ ΠΕΡΙΠΑΤΗΤΙΚΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

ARISTOCLIS

PERIPATETICI

FRAGMENTA.

1. Ἐφιλοσόφησε δὲ Πλάτων, εἴ καί τις ἄλλος τῶν πώποτε, γνησίως καὶ τελείως. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Θαλοῦ φυσιολογοῦντες διετέλεσαν· οἱ δὲ περὶ Πυθαγόραν ἀπεκρύψαντο πάντα· Ξενοφάνης δὲ καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου τοὺς ἐριστικοὺς κινήσαντες λόγους, πολὺν μὲν ἐνέβαλον ἴλιγγον τοῖς φιλοσόφοις, οὐ μὴν ἐπόρισάν γέ τινα βοήθειαν. Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ Σωκράτης, αὐτὸ δὴ τὸ λεγόμενον, ἐγένετο πῦρ ἐπὶ πυρί, καθάπερ αὐτὸς ἔφη Πλάτων. Εὐφυέστατος γὰρ ὤν, καὶ δεινὸς ἀπορῆσαι περὶ παντὸς ὁτουοῦν, ἐπεισήνεγκε τάς τε ἠθικὰς καὶ πολιτικὰς σκέψεις, ἔτι δὲ τὴν περὶ τῶν ἰδεῶν πρῶτος ἐπιχειρήσας ὁρίζεσθαι· πάντα δὲ ἐγείρων λόγον, καὶ περὶ πάντων ζητῶν, ἔφθη τελευτήσας. Ἄλλοι δ' ἀποτεμόμενοι μέρη τινά, περὶ ταῦτα διέτριψαν, οἱ μὲν ἰατρικήν, οἱ δὲ τὰς μαθηματικὰς ἐπιστήμας· ἔνιοι δὲ περὶ τοὺς ποιητὰς καὶ τὴν μουσικήν. Οἱ μέντοι πολλοὶ τὰς τῶν λόγων δυνάμεις ἐθαύμασαν, ὧν οἱ μὲν ῥήτορας, οἱ δὲ διαλεκτικοὺς προσεῖπον ἑαυτούς. Οἱ μέντοι Σωκράτην διαδεξάμενοι καὶ πάνυ τινὲς ἐγένοντο παντοῖοι καὶ ὑπεναντίαι τὰς γνώμας. Οἱ μὲν γὰρ κυνισμοὺς καὶ ἀτυφίας καὶ ἀπαθείας ὕμνουν· ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἡδονάς. Καὶ οἱ μὲν εἰδέναι πάντα ἐκόμπαζον· οἱ δὲ ἁπλῶς [a] μηθέν. Ἔτι δ' οἱ μὲν ἐν μέσῳ καὶ ἐν ὄψει πάντων ἐκαλινδοῦντο τοῖς πολλοῖς ἐξομιλοῦντες· ἄλλοι δ' αὖ τοὐναντίον ἀπρόσιτοι καὶ ἀπροσαύδητοι διετέλουν ὄντες. Πλάτων μέντοι κατανοήσας, ὡς εἴη μία τις ἡ τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμη, πρῶτος διεῖλε, καὶ ἔφη τὴν μέν τινα περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως εἶναι πραγματείαν· τὴν δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων· τρίτην δέ, τὴν περὶ τοὺς λόγους. Ἠξίου δὲ μὴ δύνασθαι τὰ ἀνθρώπινα κατιδεῖν ἡμᾶς, εἰ μὴ τὰ θεῖα πρότερον ὀφθείη. Καθάπερ γὰρ οἱ ἰατροὶ μέρη τινὰ θεραπεύοντες, ἐπιμελοῦνται τῶν ὅλων σωμάτων πρῶτον· οὕτω χρῆναι καὶ τὸν μέλλοντα τἀνθάδε κατόψεσθαι τὴν τῶν ὅλων φύσιν εἰδέναι πρότερον, μέρος τε τῶν ὄντων τὸν ἄνθρωπον· καὶ τἀγαθὸν διττόν, τὸ μὲν ἡμέτερον, τὸ δὲ τοῦ παντός, κυριώτερον δὲ τὸ τοῦ παντός· διὰ γὰρ ἐκεῖνο [b] καὶ τοῦτο γίνεσθαι. Φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὁ μουσικός, Ἰνδῶν εἶναι τὸν λόγον τοῦτον. Ἀθήνησι γὰρ ἐντυχεῖν Σωκράτει τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἕνα τινά, κἄπειτα αὐτοῦ πυνθάνεσθαι, τί ποιῶν φιλοσοφοίη· τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι ζητῶν περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, καταγελάσαι τὸν Ἰνδόν, λέγοντα μὴ δύνασθαί τινα

1. Plato, inquit ille, si quis alius unquam, germanus perfectusque philosophus fuit. Nam Thaletis assectatores in naturæ investigatione toti erant : Pythagorei texerunt atque involverunt omnia : Xenophanes ejusque discipuli suis illis argumentorum contentionibus vertiginis plurimum philosophis attuleruut, opis autem subsidiique nihil. Socrates maxime, ignem, quod ajunt, quodque Plato ipse dictitabat, igni addidit. Nam indole quum esset ingenioque singulari, ideoque de re qualibet quæstionem movere solerter imprimis graviterque posset novas ipse de moribus deque republica disputationes invexit, præterea etiam de ideis commentari omnium primus instituit : eundem vero nullo non excitato controversiæ genere ac de omnibus quærentem adhuc et dubitantem mors occupavit. Jam alii quas sibi quisque particulas absciderant, in iis hæsere perpetuo : atque ita quidam medicinam, alii mathematicas disciplinas, alii poesin musicamque sectati sunt. Plerique vero disserendi vi ac facultate capti erant, quorum alii se rhetores, dialecticos alii appellarunt. Nam qui Socrati successere, cum multiplices admodum ac varii fuere, tum etiam contrariarum, quas habebant, sententiarum defensores. Nam alii cynicam vitam, modestiam et animi tranquillitatem : alii voluptates contra miris laudibus prædicabant. Hi sese omnia scire gloriabantur, illi plane nihil. Quidam in media turba et ante omnium oculos versabantur, cum infima plebe consuetudinem jungentes : alios adire nemo, nemo alloqui poterat. At Plato quum unam eandemque divinarum esse humanarumque rerum scientiam probe intelligeret, eam primus ita digessit, ut partem illius unam explicandæ universi naturæ, alteram rerum humanarum tractationi, tertiam conformandæ orationi tribueret. Cæterum nisi divina prius perspecta et cognita haberemus, pervideri a nobis humana non posse statuebat. Quemadmodum enim medici, ut partibus quibusdam medeantur, prius in totius corporis curationem incumbunt : ita prorsus qui res nostras intueri velit, ei prius universi naturam cognoscendam esse, quum illius pars quædam homo sit, atque ex bonis duobus, quorum alterum ad nos, ad universum alterum pertinet, præcipuum sit universi bonum, quod alterum ejus causa procreetur. Atque hanc Indorum esse rationem Aristoxenus musicus testatur : quippe unum ex ea natione aliquem Athenis collocutum esse

τὰ ἀνθρώπινα κατιδεῖν, ἀγνοοῦντά γε τὰ θεῖα. Τοῦτο μὲν οὖν εἰ ἀληθές ἐστιν, οὐκ ἂν δύναιτό τις διατεινόμενος εἰπεῖν. Διεῖλε δ' οὖν Πλάτων τήν τε περὶ τῶν ὅλων φιλοσοφίαν, καὶ τὴν πολιτικήν, ἔτι δὲ τὴν λογικήν.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XI, cap. 3 Ἀριστοκλέους περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας. Superioribus autem hæc subjicit Eusebius : τοιαύτης οὔσης τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας, καιρὸς καὶ τὴν Ἑβραίων ἐπισκέψασθαι, μακρῷ πρόσθεν ἢ Πλάτωνα γενέσθαι, τὸν ὅμοιον πεφιλοσοφηκότων τρόπον. Εὕροις δ' οὖν καὶ παρ' αὐτοῖς τήν τε σύμφωνον τὴν τριμέρειαν, ἠθικῶν τε καὶ λογικῶν καὶ φυσικῶν μαθημάτων, τόνδε ἐπιστήσας τὸν τρόπον. Scripsi [a] ἁπλῶς μηθέν] cum codd. pro μηδέν. — [b] διὰ γὰρ ἐκεῖνο] e Vigeri conjectura ; libri διὰ γὰρ ἐκείνου. —

2. Ἄλλοι δ' ἐγένοντο τούτοις τὴν ἐναντίαν φωνὴν ἀφιέντες. Οἴονται γὰρ δεῖν τὰς μὲν αἰσθήσεις καὶ τὰς φαντασίας καταβάλλειν, αὐτῷ δὲ μόνον τῷ λόγῳ πιστεύειν. Τοιαῦτα γάρ τινα πρότερον μὲν Ξενοφάνης, καὶ Παρμενίδης, καὶ Ζήνων, καὶ Μέλισσος ἔλεγον, ὕστερον δ' οἱ περὶ Στίλπωνα καὶ τοὺς Μεγαρικούς. Ὅθεν ἠξίουν οὗτοί γε τὸ ὂν ἓν εἶναι, καὶ τὸ ἕτερον μὴ εἶναι, μηδὲ γεννᾶσθαί τι, μηδὲ φθείρεσθαι, μηδὲ κινεῖσθαι τὸ παράπαν. Τὸν μὲν οὖν πλείω πρὸς τούτους λόγον ἐσόμεθα φιλοσοφοῦντες· νυνὶ μέντοι πρὸς τοῦτο λεκτέον. Εἴποιμεν γὰρ ἄν, ὡς ὁ μὲν λόγος ἡμῶν εἴη τὸ θειότατον· οὐ μὴν ἀλλὰ δεῖ γε καὶ τῆς αἰσθήσεως, ὥσπερ γε δὴ καὶ σώματος. Ὅτι δὲ καὶ ἡ αἴσθησις ἀληθεύειν πέφυκε, δῆλον. Οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν αἰσθανόμενον μὴ οὐχὶ πάσχειν τι· πάσχων δὲ τὸ πάθος ἂν εἰδείη· γνῶσις οὖν τίς ἐστι καὶ ἡ αἴσθησις. Ἀλλὰ μὴν εἰ τὸ αἰσθάνεσθαι πάσχειν τί ἐστιν, ἅπαν δὲ τὸ πάσχον ὑπό του πάσχει, πάντως ἂν ἕτερον εἴη τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. Ὥστε πρῶτον εἴη ἂν τὸ λεγόμενον ἕτερον· οἷον, τὸ χρῶμα καὶ ὁ ψόφος· ἔπειτα δὲ ἓν τὸ ὂν οὐκ ἔσται· καὶ μὴν οὐδὲ ἀκίνητον, ἡ γὰρ αἴσθησίς ἐστι κίνησις. Ταύτῃ βούλεται πᾶς τις κατὰ φύσιν ἔχειν τὰς αἰσθήσεις, ἅτε δὴ πιστεύων, οἶμαι, ταῖς ὑγιαινούσαις μᾶλλον ἢ ταῖς νοσούσαις. Εἰκότως ἄρα καὶ δεινός τις ἔρως αὐτῶν ἡμῖν ἐντέτηκεν. Οὐδείς γέ τοι μὴ μεμηνὼς ἕλοιτ' ἄν ποτε μίαν αἴσθησιν ἀποβαλεῖν, ὅπως αὐτῷ πάντα τὰ ἄλλα ἀγαθὰ γένοιτο. Τοὺς δὲ διαβάλλοντας αὐτὰς ἐχρῆν, πεπεισμένους γε ὅτι μάτην ἔχοιεν αὐτάς, εἰπόντας ἅπερ ὁ Πάνδαρος λέγει παρὰ τῷ Ὁμήρῳ περὶ τῶν ἑαυτοῦ τόξων·

> Αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμεῖο [a] κάρη τάμοι ἀλλότριος φώς,
> εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην,
> χερσὶ διακλάσσας· ἀνεμώλια γάρ μοι ὀπηδεῖ,

τὸ μετὰ τοῦτο διαλυμήνασθαι πάσας τὰς αἰσθήσεις ἑαυτῶν. Οὕτω γὰρ ἄν τις ἐπίστευεν αὐτοῖς ἔργῳ διδάσκουσιν, ὡς εἰς οὐδὲν αὐτῶν δέοιντο. Νυνὶ δὲ τοῦτο ἀτοπώτατόν ἐστι. Ἀχρήστους γὰρ ἀποφαίνοντες αὐτὰς τῷ λόγῳ, τοῖς ἔργοις τὰ μάλιστα χρώμενοι διατελοῦσιν αὐταῖς. Ὅ γέ τοι Μέλισσος ἐθέ-

---

cum Socrate, ex eoque quæsivisse, quid rerum sibi agendum esset, ut philosopharetur; quo respondente humanam vitam speculandam et perscrutandam ipsi esse, risisse Indum, quum negaret humana quemquam pervidere posse, qui in divinorum ignoratione versaretur. Id porro verum sit, nec ne, ut maxime contendat, statuere nemo potest. Plato igitur philosophiam in eam quæ de universo disputaret, in prudentiam civilem et disserendi rationem partitus est.

2. Alii contrariam his vocem emiserunt. Sensus enim visaque omnia omnino repudianda, uni rationi fidem adjungendam putant. Talia primo Xenophanis, Parmenidis, Zenonis et Melissi, deinde Stilponis ac Megarensium placita fuerunt. Quamobrem hi quidquid esset, unum duntaxat esse : quod ab eo diversum esset, id non esse : generari nihil, nihil corrumpi, moveri prorsus nihil statuebant. Adversus istos alius erit pluribus philosophandi locus : nunc autem, quod ad hanc rem attinet, ita ratiocinamur. Partem nostri divinissimam esse rationem ipsi quoque fatemur : sed tamen sensu præterea, quemadmodum et corpore egemus. Sensum vero etiam suapte natura veridicum esse, apparet. Nam qui sentit, is fieri non potest, quin aliquid patiatur. At qui patitur, hoc ipsum quod patitur, noverit necesse est. Sensus igitur cognitio quædam est. Jam si sentire pati aliquid est, et quidquid patitur, ab aliquo patitur, sequitur omnino, quod efficit ab eo quod patitur esse diversum. Quamobrem existimamus primum id esse quod diversum vocatur, cujusmodi sunt color et sonus : deinde quidquid est non esse unum. Enimvero ne immobile quidem illud est, quum ipsa sentiendi actio motus quidam sit. Quocirca nemo est, qui non sensus nativos habere velit, credo, quod omnes sanis potius quam vitiosis fidem adjungant. Et merito sane vehemens quidam illorum amor nobis altius insidet. Nemo certe sanus unquam reperiatur, qui ut cæteris bonis omnibus fruatur, sensus vel unius jacturam facere velit. Qui autem eos criminantur, illos utique adductos, ut sensus inutiles esse credant, id ipsum de sensibus, quod apud Homerum Pandarus de arcu suo dicebat, usurpare oportebat :

> *Infensus mihi continuo caput auferat hostis,*
> *ni fractum hunc manibus nervum, quando ille per*
> *pondus iners pendet, mediis injecero flammis* [armos

simulque sensus omnes suos exstinguere. Tum enim demum fides ipsis haberetur, quum iis sibi nihil opus esse re ipsa probarent. Nunc vero ineptissime faciunt, qui quum eos inutiles esse verbis significent, iisdem

λων ἐπιδεικνύναι, ὅτι τῶν φαινομένων καὶ ἐν ὄψει, τούτων οὐδὲν εἴη τῷ ὄντι, διὰ τῶν φαινομένων ἀποδείκνυσιν [b] αὐτῶν. Φησὶ γοῦν· εἰ γάρ ἐστι γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀήρ, καὶ πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ χρυσός· καὶ τὸ μὲν ζῶν, τὸ δὲ τεθνηκός, καὶ μέλαν, καὶ λευκόν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα φασὶν εἶναι ἄνθρωποι ἀληθῶς, ἢ καὶ ἡμεῖς ὀρθῶς ὁρῶμεν καὶ ἀκούομεν, εἶναι ἐχρῆν καὶ τὸ ὂν τοιοῦτον, οἷον πρῶτον ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι, καὶ μὴ μεταπίπτειν, μηδὲ γίνεσθαι ἕτερον, ἀλλ' εἶναι ὅμοιον, οἷόν πέρ ἐστιν ἕκαστον. Νῦν δὲ ἔφαμεν ὀρθῶς ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν, καὶ συνιέναι. Δοκεῖ δὲ ἡμῖν τὸ θερμόν, καὶ ψυχρὸν γίνεσθαι· καὶ τὸ ψυχρόν, θερμόν, καὶ τὸ σκληρόν, μαλακόν, καὶ τὸ μαλακόν, σκληρόν. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα λέγοντος αὐτοῦ, καὶ μάλα εἰκότως ἐπύθετό τις ἄν, ἆρ' οὖν ὅτι ὃ νῦν θερμόν ἐστι, κἄπειτα τοῦτο γίνεται ψυχρόν, οὐκ αἰσθόμενος ἔγνως; Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Ὅπερ γὰρ ἔφην, εὑρεθείη ἂν οὐδέν, ἀλλ' ἢ τὰς αἰσθήσεις ἀναιρῶν καὶ ἐλέγχων, διὰ τὸ μάλιστα πιστεύειν αὐταῖς. Ἀλλὰ γὰρ οἱ μὲν τοιοῦτοι λόγοι σχεδὸν ἱκανὰς ἤδη δεδώκασιν εὐθύνας. Ἐξίτηλοί γέ τοι γεγόνασιν, ὡς εἰ μηδὲ ἐλέχθησαν [c] τὸ παράπαν. Ἤδη μέντοι θαῤῥοῦντες λέγωμεν ὀρθῶς φιλοσοφεῖν τοὺς καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὸν λόγον ἐπὶ τὴν γνῶσιν τὴν τῶν πραγμάτων παραλαμβάνοντας. Τοιοίδε μὲν οὖν οἱ ἀμφὶ τὸν Ξενοφάνην, ὃς δὴ λέγεται συνακμάσαι τοῖς ἀμφὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀναξαγόραν. Ξενοφάνους δὲ ἀκουστὴς γέγονε Παρμενίδης· τούτου Μέλισσος, οὗ Ζήνων, οὗ Λεύκιππος, οὗ Δημόκριτος, οὗ Πρωταγόρας, καὶ Νεσσᾶς· τοῦ δὲ Νεσσᾶ Μητρόδωρος, οὗ Διογένης, οὗ Ἀνάξαρχος. Ἀναξάρχου δὲ γνώριμος γέγονε Πύῤῥων, ἀφ' οὗ ἡ τῶν Σκεπτικῶν ἐπικληθέντων διατριβὴ συνέστη· οὓς καὶ αὐτοὺς μηδὲν εἶναι τοπαράπαν, μήτε γ' ἐν αἰσθήσει, μήτ' ἐν λόγῳ καταληπτὸν ὁριζομένους, ἐπέχοντας δ' ἐν πᾶσιν, ὅπως ἀπήλεγχον οἱ ἀντιδοξάζοντες, μαθεῖν πάρεστιν ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος συγγράμματος, ὧδέ πη πρὸς λέξιν ἔχοντος.

(Eusebius Præparat. Evang. lib. XIV, cap. 17 πρὸς τοὺς περὶ Ξενοφάνην καὶ Παρμενίδην, τὰς αἰσθήσεις ἀναιροῦντας· ἀπὸ τοῦ ὀγδόου τῶν περὶ φιλοσοφίας Ἀριστοκλέους. Scripsi : [a] αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμεῖο] Iliad. V, 214-216. De quo loco sic Plutarchus in libello de cohibenda ira cap. 5 vol. IX, p. 429 ed. Hutten. ὀργιζόμεθα καὶ πολεμίοις καὶ φίλοις, καὶ τέκνοις καὶ γονεῦσι, καὶ θεοῖς νὴ Δία, καὶ θηρίοις, καὶ ἀψύχοις σκεύεσιν· ὡς ὁ Θάμυρις, ῥηγνὺς χρυσόδετον κέρας, ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας· καὶ ὁ Πάνδαρος, αὐτῷ καταρώμενος, εἰ μὴ τὰ τόξα καταπρήσειε χερσὶ διακλάσσας. Ὁ δὲ Ξέρξης καὶ τῇ θαλάττῃ στίγματα καὶ πληγὰς ἐνέβαλλε. — [b] ἀποδείκνυσιν] codd. ἀποδεικνύειν. — [c] ἐλέχθησαν] cum Vigero; codd. ἠλέχθησαν.]

3. Ἀναγκαίως δ' ἔχει πρὸ παντός, διασκέψασθαι περὶ τῆς ἡμῶν αὐτῶν γνώσεως. Εἰ γὰρ αὖ μηδὲν πεφύκαμεν γνωρίζειν, οὐδὲν ἔτι δεῖ περὶ τῶν ἄλλων σκοπεῖν. Ἐγένοντο μὲν οὖν καὶ τῶν πάλαι τινές,

---

tamen re ipsa constantissime utuntur. Enimvero Melissus eorum quæ apparent quæque oculis subjecta sunt, nihil re vera esse probare dum vult, ex illis ipsis quæ apparent argumenta ducit. Quippe ita scribit : si terra est, si aqua et aer, si ignis, ferrum, aurum; si aliud vivum, aliud mortuum, si nigrum atque album, si alia sunt omnia, quæ ab hominibus vere esse dicuntur : postremo si videmus ipsi audimusque recte; illud etiam profecto, quod est, tale semper manere debet, quale primo nobis est visum, nec mutari subinde atque alterum evadere, sed potius constanter idem debet quidlibet esse quod semel est. Atqui recte cum videre nos, tum audire etiam et intelligere dicimus; et tamen frigidum id nobis quod calidum erat fieri videtur, calidumque vicissim quod erat frigidum, similiterque durum in molle, et molle rursus in durum mutari. Hæc igitur aliaque id genus plurima quum a Melisso dicantur, jure profecto quæsierit ex eo quispiam, num hoc ipsum quod modo calidum est, frigidum postea fieri, sentiendo cognoverit. Cæterorum vero omnium eadem plane ratio est. Quod enim dixi, nihil aliud quam sensus tollere et carpere inveniatur Melissus, quia maximam iis fidem adjungat. Sed enim abunde opinor castigatum a nobis est totum hoc ratiocinandi genus; imo perinde jam exolevit, ac si omnino nunquam usurpatum esset. Hoc autem jam confidenter dicamus, recte philosophari qui ad rerum cognitionem capiendam sensus etiam cum ratione adhibeant. Hactenus ille. Tales igitur Xenophanis assectatores fuere, quem Pythagoræ et Anaxagoræ temporibus floruisse ajunt. Nam Xenophanis quidem auditor Parmenides fuit : hunc vero Melissus audivit, Melissumque Zeno : Zenoni Leucippus, Leucippo Democritus, Democrito Protagoras atque Nessas operam dedere. Jam Metrodorum Nessas, Diogenem Metrodorus, Anaxarchum Diogenes, Pyrrhonem Anaxarchus discipulum habuit. Scepticorum qui vocantur sectam Pyrrho constituit, quos itidem, quod nihil omnino vel sensu vel ratione comprehendi posse statuerent, assensionemque propterea a rebus omnibus cohiberent, quemadmodum contrariæ sententiæ defensores refutaverint, ex eodem Aristoclis opere cognosci potest. Sic enim ad verbum ipse scribit.

3. Necesse est, inquit ille, ante omnia de cognitionis nostræ ratione disceptemus. Nam si cognoscendi vim innatam nullam habemus, omittamus licet de aliis quærere. Talem igitur vocem veterum nonnulli etiam emiserunt, quibus repugnavit Aristoteles. Sustinuit vero talia dicere et Pyrrho Eleus : sed ipse nihil scriptum

οἱ ἀφέντες τήνδε τὴν φωνήν, οἷς ἀντείρηκεν ὁ Ἀριστοτέλης. Ἴσχυσε μέντοι τοιαῦτα λέγων καὶ Πύῤῥων ὁ Ἠλεῖος· ἀλλ' αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐν γραφῇ καταλέλοιπεν. Ὁ δέ γε μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων φησί, δεῖν τὸν μέλλοντα εὐδαιμονήσειν εἰς τρία ταῦτα βλέπειν· πρῶτον μέν, ὁποῖα πέφυκε τὰ πράγματα· δεύτερον δέ, τίνα χρὴ τρόπον ἡμᾶς πρὸς αὐτὰ διακεῖσθαι· τελευταῖον δέ, τί περιέσται τοῖς οὕτως ἔχουσι. Τὰ μὲν οὖν πράγματά φησιν αὐτὸν ἀποφαίνειν ἐπίσης ἀδιάφορα, καὶ ἀστάθμητα, καὶ ἀνέγκριτα· διὰ τοῦτο μήτε τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν, μήτε τὰς δόξας ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι. Διὰ τοῦτο οὖν μηδὲ πιστεύειν αὐταῖς δεῖν, ἀλλ' ἀδοξάστους καὶ ἀκλινεῖς καὶ ἀκραδάντους εἶναι, περὶ ἑνὸς ἑκάστου λέγοντας, ὅτι οὐ μᾶλλόν ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ καὶ ἔστι, καὶ οὐκ ἔστιν, οὐδ' οὐκ ἔστιν. [a] Τοῖς μέντοι διακειμένοις οὕτω περιέσεσθαι Τίμων φησί, πρῶτον ἀφασίαν, ἔπειτα δ' ἀταραξίαν, Αἰνησίδημος δὲ ἡδονήν. Τὰ μὲν οὖν κεφάλαια τῶν λεγομένων ἐστὶ ταῦτα. Σκεψώμεθα δ' εἰ ὀρθῶς λέγουσιν. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπίσης ἀδιάφορα πάντα φασὶν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο κελεύουσι μηδενὶ προστίθεσθαι, μηδὲ δοξάζειν, εἰκότως ἄν, οἶμαι, πύθοιτό τις αὐτῶν· ἆρά γε διαμαρτάνουσιν οἱ διαφέρειν αὐτὰ νομίζοντες, ἢ οὔ; Πάντως γάρ, εἰ μὲν ἁμαρτάνουσιν, οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνοιεν ἄν. Ὥστε ἀνάγκη λέγειν αὐτοῖς εἶναί τινας, τοὺς τὰ ψευδῆ περὶ τῶν ὄντων δοξάζοντας· αὐτοὶ τοίνυν εἶεν ἂν οἱ τἀληθῆ λέγοντες· οὕτω δὲ εἴη ἂν ἀληθές τε καὶ ψεῦδος. Εἰ δ' οὐχ ἁμαρτάνομεν οἱ πολλοί, τὰ ὄντα διαφέρειν οἰόμενοι, τί παθόντες ἐπιπλήττουσιν ἡμῖν; αὐτοὶ γὰρ ἁμαρτάνοιεν ἄν, ἀξιοῦντες μὴ διαφέρειν αὐτά. Καὶ μὴν εἰ καὶ δοίημεν [b] αὐτοῖς, ἐπίσης ἀδιάφορα πάντα εἶναι, δῆλον ὡς οὐκ ἂν διαφέροιεν οὐδ' αὐτοὶ τῶν πολλῶν. Τίς οὖν εἴη ἂν αὐτῶν ἡ σοφία; καὶ διὰ τί Τίμων τοῖς μὲν ἄλλοις λοιδορεῖται πᾶσι, Πύῤῥωνα δ' ὑμνεῖ μόνον; Ἔτι γε μήν, εἰ ἐπίσης ἐστὶν ἀδιάφορα πάντα, καὶ διὰ τοῦτο χρὴ μηδὲν δοξάζειν, οὐκ ἂν οὐδὲ ταῦτα διαφέροι· λέγω δὲ τὸ διαφέρειν, ἢ μὴ διαφέρειν, καὶ τὸ δοξάζειν, ἢ μὴ δοξάζειν. Τί γὰρ μᾶλλον ταῦτά ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν; ἤ, ὥς φησι Τίμων, διὰ τί, ναί, καὶ διὰ τί, οὔ; καὶ αὐτὸ τὸ διὰ τί; φανερὸν οὖν ὡς ἀναιρεῖται τὸ ζητεῖν. Ὥστε παυσάσθωσαν ἐνοχλοῦντες. Ἐπεὶ νῦν γε μεμήνασι, πόῤῥω τέχνης ἅμα μὲν ἡμῖν διακελευόμενοι μὴ δοξάζειν, ἅμα δὲ κελεύοντες αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν· καὶ λέγοντες ὡς περὶ οὐδενὸς ἀποφαίνεσθαι δέοι, κἄπειτα ἀποφαινόμενοι· καὶ ἀξιοῦσι μὲν μηδενὶ συγκατατίθεσθαι, πείθεσθαι δ' αὐτοῖς κελεύουσιν. Εἶτα λέγοντες μηδὲν εἰδέναι, πάντας ἐλέγχουσιν ὡς εὖ εἰδότες. Ἀνάγκη δὲ [c] τοὺς φάσκοντας ὡς ἄδηλα πάντα εἴη, δυεῖν θάτερον, ἢ σιωπᾶν, ἢ ἀποφαίνεσθαί τι καὶ λέγειν. Εἰ μὲν οὖν ἡσυχίαν ἄγοιεν, δῆλον ὅτι πρός γε τοὺς τοιούτους οὐδεὶς ἂν εἴη λόγος· εἰ δ' ἀποφαίνοιντο, πάντῃ τε καὶ πάντως ἢ εἶναί τι φαῖεν ἄν, ἢ μὴ εἶναι, καθάπερ ἀμέλει νυνί φασιν ὡς εἴη πάντα ἄγνωστα καὶ νομιστὰ πᾶσι, γνωστὸν δ' οὐδέν που. Ὁ τοίνυν ἀξιῶν ἤ τι δηλοῖ πρᾶγμα, καὶ ἔνεστιν αὐτὸ συνεῖναι λεγόμενον, ἢ οὐκ ἔνεστιν. Ἀλλ' εἰ μὲν οὐ δηλοῖ, καθάπαξ οὐδεὶς οὐδ' οὕτω πρὸς τὸν τοιοῦτον ἂν εἴη λόγος. Εἰ δὲ σημαίνοι, πάντως ἢ ἄπειρα λέγοι ἄν, ἢ πεπερα-

---

reliquit. At Timo ejus discipulus, tria ei spectanda esse docet, qui felicitate florere cupit: primum, cujusmodi rerum natura sit: deinde, quomodo eas intueri debeamus: postremo, quid iis eventurum sit, qui hoc fecerint. Res ergo ait illum æque promiscuas appellare et incertas ac dubias: ideoque nec in sensibus, nec in opinionibus verum aut falsum inesse posse: ex quo demum sequatur, fidem iis adjungi nullam oportere, ac propterea id nobis agendum esse, ut nihil opinemur, nullam in partem inclinemus, inconcussi denique semper immotique maneamus: atque ita quidquid propositum nobis sit, id non potius esse, quam non esse, aut esse idem et non esse dicamus, imo ne non esse quidem. Cæterum qui hoc modo affecti sint, id consecuturos illos esse affirmat, primum ut asseverent nihil, deinde ut omni animi perturbatione careant, quibus rebus Ænesidemus voluptatem adjungit. In his igitur, quæ dici solent, summa rei vertitur. Sed quæramus, num hæc recte dicantur. Quum igitur isti promiscuas rerum omnium rationes esse velint, et idcirco nos vetent cuiquam assentiri, aut quidquam opinari, merito aliquis, arbitror, ab iis sciscitetur, utrum errent qui discriminis aliquid inter eas faciant, nec ne. Si enim errant, utique non recte sentiunt. Itaque necesse est, ipsi quoque dicant, esse nonnullos, qui falso de rebus judicent; se porro solos esse qui vera prædicent: ex quo profecto sequitur veri aliquid falsique reperiri. Quodsi non erramus, qui vulgo res inter se dissimiles esse arbitramur, cur tam acerbe et contumeliose in nos invehuntur, quum ipsi in errore versentur, quia res indiscretas statuunt? Sed quamvis iis concedamus, omnia esse promiscua, tamen manifesto ne ipsos quidem a vulgo differre appareat. Quam igitur sapientiam isti profitentur? aut cur Timon cæteros omnes contumeliis insectatur, solum Pyrrhonem celebrat? Præterea, si idcirco nihil profecto opinari oportet, quia omnium rerum discrimen æqualiter sublatum est, ne hæc quidem diversa fuerint: dico autem differre aut non differre, opinari aut non opinari. Cur enim sunt potius ista, quam non sunt? vel, ut ait Timon: cur ita? cur non? Imo, quorsum tandem vel ipsum cur? omnem ergo quæstionem funditus tollendam esse apparet. Quamobrem desinant nobis molestiam exhibere. Nam insaniunt illi utique, dum suæ ipsorum artis obliti nos opinari quidquam vetant simul ac jubent, iidemque pronuntiant aliquid de rebus, qui tamen nihil pronuntiandum esse contendunt. Porro

σμένα. Καὶ εἰ μὲν ἄπειρα, οὐδ᾽ ὅλως ἂν εἴη λόγος πρὸς αὐτόν· ἀπείρου γὰρ γνῶσις οὐκ ἔστι. Πεπερασμένων δὲ ὄντων τῶν δηλουμένων, ἢ ἑνὸς ὁτουοῦν· ὁ τοῦτο λέγων ὁρίζει τι καὶ κρίνει. Πῶς οὖν ἄγνωστα καὶ ἀνεπίκριτα πάντα εἴη ἄν; Εἰ δὲ φαίη ταῦτα καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, πρῶτον μὲν ἔσται ταὐτὸ καὶ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος· ἔπειτα δὲ ἐρεῖ τι καὶ οὐκ ἐρεῖ, καὶ λόγῳ χρώμενος ἀναιρήσει λόγον. Ἔτι δὲ ὁμολογῶν ψεύδεσθαι, πιστεύειν ἑαυτῷ φησι δεῖν. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, πόθεν καὶ μαθόντες ἄδηλα πάντα φασὶν εἶναι. Δεῖ γὰρ εἰδέναι πρότερον αὐτούς, τί δήποτ᾽ ἐστὶ τὸ δῆλον· οὕτω γοῦν ἂν ἔχοιεν λέγειν, ὡς οὐκ εἴη τὰ πράγματα τοιαῦτα. Πρῶτον γὰρ εἰδέναι χρὴ τὴν κατάφασιν, εἶτα τὴν ἀπόφασιν. Εἰ δὲ ἀγνοοῦσιν ὁποῖόν ἐστι τὸ δῆλον, οὐκ ἂν εἰδεῖεν οὐδέ τι τὸ ἄδηλον. Ὁπόταν γε μὴν Αἰνησίδημος ἐν τῇ ὑποτυπώσει τοὺς ἐννέα διεξίῃ τρόπους· κατὰ τοσούτους γὰρ ἀποφαίνειν ἄδηλα τὰ πράγματα πεπείραται· πότερον αὐτὸν φῶμεν εἰδότα λέγειν αὐτούς, ἢ ἀγνοοῦντα; Φησὶ γὰρ ὅτι τὰ ζῷα διαφέρει, καὶ ἡμεῖς αὐτοί, καὶ αἱ πόλεις καὶ οἱ βίοι, καὶ τὰ ἔθη, καὶ οἱ νόμοι. Καὶ τὰς αἰσθήσεις δέ φησιν ἡμῶν ἀσθενεῖς εἶναι, καὶ πολλὰ τὰ ἔξωθεν λυμαινόμενα τὴν γνῶσιν, ἀποστήματα, καὶ μεγέθη, καὶ κινήσεις· ἔτι δὲ τὸ μὴ ὁμοίως διακεῖσθαι νέους καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ἐγρηγορότας καὶ κοιμωμένους, καὶ ὑγιαίνοντας καὶ νοσοῦντας· οὐδενός τε ἡμᾶς ἁπλοῦ καὶ ἀκραιφνοῦς ἀντιλαμβάνεσθαι. Πάντα γὰρ εἶναι συγκεχυμένα, καὶ πρός τι λεγόμενα. Ταῦτα δέ, φημί, καὶ τὰ τοιαῦτα κομψολογοῦντα αὐτόν, ἡδέως ἄν τις ἔροιτο· [d] πότερον εὖ εἰδὼς λέγοι διότι τὰ πράγματα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἢ ἀγνοῶν. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ᾔδει, πῶς ἂν ἡμεῖς αὐτῷ πιστεύοιμεν; εἰ δ᾽ ἐγίνωσκε, κομιδῇ τις ἦν ἠλίθιος, ἅμα μὲν ἄδηλα πάντα ἀποφαινόμενος, ἅμα δὲ τοσαῦτα λέγων εἰδέναι. Καὶ μὴν ὁπότε γε τὰ τοιαῦτα διεξίοιεν, οὐδὲν ἀλλ᾽ ἢ ἐπαγωγήν τινα λέγουσι, δεικνύντες ὁποῖ᾽ ἄττα εἴη τὰ φαινόμενα καὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστα. Τὸ δὲ τοιοῦτο καὶ ἔστι καὶ λέγεται πίστις. Εἰ μὲν οὖν αὐτῇ συγκατατίθενται, δῆλον ὅτι δοξάζουσιν· εἰ δ᾽ οὐ πιστεύουσιν, οὐδ᾽ ἂν ἡμεῖς προσέχοιμεν αὐτοῖς. Ὅ γε μὴν Τίμων ἐν τῷ Πύθωνι διηγεῖται μακρόν τινα κατατείνας λόγον, ὡς ἐντύχοι τῷ Πύῤῥωνι βαδίζοντι Πυθοῖδε, παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ τίνα διαλεχθεῖεν ἀλλήλοις. Ἆρ᾽ οὐκ εὐλόγως ἄν τις αὐτῷ ταῦτα συγγράφοντι παραστὰς εἴποι, τί, ὦ πονηρέ, ἐνοχλεῖς

---

vetant nos cuiquam astipulari, ac tamen fidem sibi habere jubent: dumque se nihil scire profitentur, omnes tamen, quasi res probe sciant, passim reprehendunt. Jam vero necesse est eos qui omnia incerta esse affirmant, e duobus alterum, aut silere aut aliquid pronuntiare et dicere. Quodsi quiescent, patet, nullam cum talibus hominibus futuram esse disputationem: sin pronuntiabunt aliquid, aut esse quiddam, aut non esse omnino et utique dicturi sunt, quemadmodum plane ignota esse cunctis universa nunc dicunt et opinabilia, notum esse fere nihil. Porro qui sumit aliquid, aut rem sic aperit, ut intelligi, dum explicatur, possit, aut obscuram potius et ignotam relinquit. Sed si non aperiet, ne tum quidem ulla omnino cum eo futura est disputatio. Sin explicabit aliquid, prorsus aut infinita dicet, aut finita. Quod si infinita, rursus omnem secum agendi facultatem nobis eripiet; quia infiniti cognitio nulla esse potest. At si finita quædam, aut etiam unum aliquid aperiet: qui hoc faciat, definiat aliquid judicetque necesse est. Qui igitur ignota omnia et injudicata esse queant? Jam vero si ea esse simul ac non esse dicet, primum quidem verum simul idem ac falsum erit: deinde aliquid ipse dicet et eodem tempore nihil dicet, atque ita orationem, dum oratione utetur, exstinguet. Præterea qui se falsum dicere fatetur, idem sibi fidem haberi vult. Ad hæc quæri etiam ex illis poterit, unde tandem incerta esse cuncta didicerint? Prius enim scire debent, quid sit certum et perspicuum; tumque demum, res universas non esse tales statuere poterunt. Quippe affirmationis notitia negationis cognitionem antecedit. Sed si ignorent, quid sit certum, illi ne incertum quidem quid sit sciverint. Enimvero quando Ænesidemus in illa sua rerum informatione novem omnino modos exponit, (tot enim modis rerum obscuritatem demonstrare conatus est:) dicemusne eum cognitos memorare an incognitos? Ait enim et animalia, et nos ipsos, et urbes, et vitas et mores et leges inter se differre. Idem vero sensus nostros infirmos esse defendit, et plurima quæ cognitioni extrinsecus officiant impedimenta existimat, intervalla, magnitudines, motus. Adde dissimiles juvenum atque senum, vigilantium et dormientium, valentium et ægrotorum affectus: denique rerum, dum eas percipimus, neque simplicem unquam vultum neque sincerum. Omnia enim esse permixta, et ad aliquid relata appellari. Hæc vero, inquam, cæteraque id genus dum facete dicit, libenter ex eo quispiam quærat, sitne hic hominis varias illas rerum rationes probe scientis an ignorantis sermo. Si enim illas ignorat, qui tandem ipsi fidem habebimus? Sin eas probe novit, stolidus admodum est, qui quum obscura esse cuncta præ se ferat, tam multa se tamen scire confirmet. Atqui quando talia exponunt, nihil aliud quam inductionem aliquam texunt, et cujusmodi illa sint quæ apparent, sigillatim demonstrant: quod quidem orationis genus est vocaturque probatio. Hanc igitur illi si sequuntur, eos opinari nemo non videt: si vero non credunt, ne nos quidem illos audiemus. Jam vero quod in Pyrrhone longam quandam Timo narrationem explicat, quomodo Pyrrhoni juxta templum Amphiarai, Pythiam adeunti occurrerit, et quem cum eo sermonem contulerit; nonne quis talium rerum scripto-

σεαυτῷ ταῦτα συγγράφων, καὶ ἃ μὴ οἶσθα διηγούμενος. Τί γὰρ μᾶλλον ἐνέτυχες αὐτῷ καὶ διελέχθης, [c] ἢ οὐ διελέχθης; Αὐτός τε ἐκεῖνος ὁ θαυμαστὸς Πύῤῥων, ἆρά γε ᾔδει τὸ διὰ τί βαδίζοι Πύθια θεασόμενος; ἢ καθάπερ οἱ μεμηνότες ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ὁδόν; Ἡνίκα δὲ ἤρξατο κατηγορεῖν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς ἀγνοίας αὐτῶν, ἆρά γε φῶμεν αὐτὸν ἀληθῆ λέγειν, ἢ μή; Ἆρά γε καὶ τὸν Τίμωνα παθεῖν τι, καὶ συγκαταθέσθαι τοῖς λόγοις, ἢ μὴ προσέχειν; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἐπείσθη, πῶς ἀντὶ χορευτοῦ φιλόσοφος ἐγένετο, καὶ τὸν Πύῤῥωνα διετέλεσε θαυμάζων; Εἰ δὲ συγκατέθετο τοῖς λεγομένοις, ἄτοπος ἂν εἴη τις, αὐτὸς μὲν φιλοσοφῶν, ἡμᾶς δὲ κωλύων. Ἁπλῶς δὲ θαυμάσαι τις ἄν, οἱ Τίμωνος σίλλοι, καὶ αἱ κατὰ πάντων ἀνθρώπων βλασφημίαι, καὶ αἱ κακαὶ στοιχειώσεις Αἰνησιδήμου, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος ὄχλος τῶν λόγων τί δήποτε βούλεται αὐτοῖς. Εἰ μὲν γὰρ οἰόμενοι κρείττους ἡμᾶς ἀπεργάσεσθαι, ταῦτα γεγράφασι, καὶ διὰ τοῦτο πάντας οἴονται δεῖν ἐλέγχειν, ὅπως παυσώμεθα φλυαροῦντες, βούλονται δηλονότι τὴν ἀλήθειαν ἡμᾶς εἰδέναι, καὶ ὑπολαβεῖν, ὅτι τοιαῦτα εἴη τὰ πράγματα, καθάπερ ἀξιοῖ Πύῤῥων. Ὥστε εἰ πεισθείημεν αὐτοῖς, ἐκ χειρόνων βελτίους ἂν γενοίμεθα, κρίναντες τὰ συμφορώτερα, καὶ τοὺς ἄμεινον λέγοντας ἀποδεξάμενοι. Πῶς οὖν ἐπ' ἴσης ἀδιάφορα τὰ πράγματα, καὶ ἀνεπίκριτα δύναιτ' ἂν εἶναι; καὶ πῶς ἀσυγκατάθετοι καὶ ἀδόξαστοι γενοίμεθ' ἄν; Εἰ δ' οὐδὲν ὄφελός ἐστι τῶν λόγων, τί ἡμῖν ἐνοχλοῦσιν; ἢ διὰ τί Τίμων φησίν. [f]

Οὐκ ἂν δὴ Πύῤῥωνί γ' ἐρίσειεν βροτὸς ἄλλος.

Οὐ γὰρ μᾶλλον Πύῤῥωνα θαυμάσαι τις ἄν, ἢ τὸν Κόρυβον [g] ἐκεῖνον, ἢ τὸν Μελιτίδην, [h] οἳ δὴ δοκοῦσι μωρίᾳ διενεγκεῖν. Ἐνθυμεῖσθαι μέντοι χρὴ καὶ ταῦτα Ὁποῖος γὰρ ἂν γένοιτο πολίτης, ἢ δικαστής, ἢ σύμβουλος, ἢ φίλος, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἄνθρωπος, ὅ γε τοιοῦτος; ἢ τί τῶν κακῶν οὐ τολμήσειεν ἂν ὁ μηδὲν ὡς ἀληθῶς οἰόμενος εἶναι κακόν, ἢ αἰσχρόν, ἢ δίκαιον, ἢ ἄδικον; Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο φαίη τις ἄν, ὅτι τοὺς νόμους δεδοίκασι κριτάς, καὶ τὰς τιμωρίας οἱ τοιοῦτοι. Πῶς γὰρ οἵ γε ἀπαθεῖς καὶ ἀτάραχοι, καθάπερ αὐτοί φασιν, ὄντες; ὅ γέ τοι Τίμων [i] ταῦτα καὶ λέγει περὶ τοῦ Πύῤῥωνος·

ἀλλ' οἷον [k] τὸ ἄτυφον ἐγὼ ἴδον ἠδ' ἀδάμαστον [l]
πᾶσιν ὅσοις δαμνᾶται, ἅμ' ἀῤῥήτοις τε φατοῖς τε
λαῶν ἔθνεα κοῦφα βαρυνόμεν' ἔνθα καὶ ἔνθα
ἐκ παθέων δόξης τε καὶ εἰκαίης νομοθήκης.

Ὁπόταν μέντοι φῶσι τὸ σοφὸν δὴ τοῦτο, ὅτι δέοι κατακολουθοῦντα φύσει καὶ τοῖς ἔθεσι ζῆν, μηδενὶ μέντοι συγκατατίθεσθαι, πάνυ τινές εἰσιν εὐήθεις. Εἰ γὰρ μηδενὶ ἄλλῳ, τούτῳ γοῦν αὐτῷ δέοι ἂν συγκα-

---

rem præsens præsentem jure sic compellet : quid ipse tibi homo nequam, molestus es, dum ista scribis eaque commemoras, quæ nescis? Cur enim ei occurristi, et cur sermonem cum eo contulisti potius, quam non contulisti? Sed egregius ille tuus Pyrrho satisne quorsum ad Pythia spectanda pergeret ipse norat? an furiosorum more in via temere vagabatur? Idem vero quum et homines et hominum ignorantiam accusare cœpit, illumne vera prædicare dicemus, nec ne? Porro Timonem ejus oratione commotum contendemusne isti astipulatum esse, an aurem non præbuisse? Si enim fidem homini non habuit, qui tandem evasit e saltatore philosophus, et cur Pyrrhonem perpetuo admiratus est? Quodsi ejus verbis album calculum adjecit, ineptit profecto, qui nos dum philosophatur, philosophari prohibeat. Omnino quid illi Timonis silli et jactæ in universum genus humanum contumeliæ, et tradita Ænesidemi perniciosa ista rudimenta, et tota illa verborum congeries sibi velit, mirum jure cuipiam videatur. Si enim idcirco hæc scripserunt, quia nos ad frugem compellere posse sibi viderentur, atque eo consilio omnes sibi reprehendendos putant, ut nugari tandem desinamus, nimirum veritatem cognitam nos habere volunt, atque existimare, tales esse res, quales Pyrrho statuebat. Itaque si ipsis credamus, e deterioribus meliores efficiamur, dum et melius de rebus ipsis judicabimus et saniora loquentes audiemus. Quæ quum ita sint, qui tandem omnia æque promiscua et injudicata esse queant? aut quomodo ita nos geramus, ut nemini assentiamur, neque quidquam opinemur? At vero si nihil prosunt istæ disputationes, cur molesti nobis sunt? aut quamobrem Timon ait :

Cum Pyrrhone hominum possit contendere nemo.

Nec enim causæ quidquam fuerit, cur Pyrrhonem potius admiremur, quam aut Corybum illum aut Melitidem, qui stultitia videntur inclaruisse. Sed illud quoque, quod dicam, considerandum est. Nam qui talis sit, qualis ille, quæso, civis, aut judex, aut consiliarius, aut amicus, aut denique homo futurus est? vel quæ facinora non audebit qui nihil vere honestum aut turpe, qui justum esse nihil aut injustum opinabitur? Neque enim quisquam affirmaverit, istud hominum genus legum auctoritatem et pœnas extimescere. Quomodo enim in eos metus cadat, qui se ab omni animi perturbatione vacuos et intrepidos prædicant? Nam de Pyrrhone quidem hæc canit Timon :

sed qualem ego vidi modestum indomitumque
omnibus iis quibus domantur, simul tacendis et dicendis,
leves hominum nationes agitatæ ultro citroque
commotionibus, gloria et temere scriptis legibus.

Quum autem præclarum illud sapientiæ præceptum dant, debere unumquemque nostrum naturæ et moribus convenienter viventem nemini astipulari, stultissime faciunt. Nam ut cæteris omnibus non credatur, huic tamen neces

ταθέσθαι, καὶ ὑπολαβεῖν οὕτως ἔχειν αὐτό. Τί δὲ μᾶλλον τῇ φύσει καὶ τοῖς ἔθεσι δεῖ κατακολουθεῖν, ἢ οὐ δεῖ, μὴ εἰδότας γε δὴ μηδέν, μηδὲ ἔχοντάς τι ὅτῳ κρινοῦμεν; Ἐκεῖνο μὲν γὰρ καὶ παντάπασίν ἐστιν ἠλίθιον, ἐπειδὰν λέγωσιν, ὅτι καθάπερ τὰ καθαρτικὰ φάρμακα συνεκκρίνει μετὰ τῶν περιττωμάτων καὶ ἑαυτά, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πάντα ἀξιῶν εἶναι λόγος ἄδηλα, μετὰ τῶν ἄλλων ἀναιρεῖ καὶ ἑαυτόν. Εἰ γὰρ αὐτὸς αὑτὸν ἐλέγχοι, ληροῖεν ἂν οἱ χρώμενοι τούτῳ. Βέλτιον οὖν ἡσυχίαν ἄγειν αὐτούς, καὶ μηδὲ τὸ στόμα διαίρειν. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅμοιον ἔχει τι τὸ καθαρτικὸν φάρμακον, καὶ ὁ τούτων λόγος. Τὸ μὲν γὰρ φάρμακον ἐκκρίνεται, κἂν τοῖς σώμασιν οὐχ ὑπομένει· τὸν μέντοι λόγον ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑπάρχειν δεῖ τὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ πιστευόμενον αἰεί. Μόνος γὰρ οὗτος εἴη ἂν ὁ ποιῶν ἀσυγκαταθέτους. Ὅτι δ' οὐκ οἴονται τὸν ἄνθρωπον ἀδόξαστον εἶναι, καὶ ὧδὶ καταμάθοι τις ἄν. Ἀδύνατον γὰρ τὸν αἰσθανόμενον μὴ αἰσθάνεσθαι. Τὸ δὲ αἰσθάνεσθαι γνωρίζειν τι ἦν. Ὅτι δὲ καὶ πιστεύει τῇ αἰσθήσει, πᾶσι φανερόν. Ἀκριβέστερον γὰρ θέλων ἰδεῖν ἀπέψησε τὼ ὀφθαλμώ, καὶ προσῆλθεν ἐγγύτερον, καὶ ἐπιλλίσατο. Καὶ μὴν ἡδόμενοί γε καὶ πονοῦντες ἴσμεν. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὸν καιόμενον ἢ τεμνόμενον ἀγνοεῖν. Τὰς δὲ δὴ μνήμας καὶ ἀναμνήσεις τίς οὐκ ἂν φαίη μεθ' ὑπολήψεως γίγνεσθαι; Περὶ μὲν γὰρ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ὅτι τὸ τοιοῦτον ἄνθρωπός ἐστιν, ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν, τί λέγοι τις ἄν; Οὐδὲν γὰρ ἂν ἦν [m] τούτων, εἰ μὴ πεφύκειμεν ὑπολαμβάνειν. Ἀλλ' ἔγωγε ἐῶ τἄλλα. Τοῖς μέντοι λεγομένοις ὑπὸ τούτων ἐάν τε πιστεύωμεν, ἐάν τε ἀπιστῶμεν, ἀναγκαίως ἔχει δοξάζειν πάντῃ τε καὶ πάντως. Ὅτι μὲν οὖν ἀμήχανόν ἐστι φιλοσοφεῖν τὸν τρόπον τοῦτον, φανερόν. Ὅτι δὲ καὶ παρὰ φύσιν, καὶ παρὰ τοὺς νόμους, ὧδὶ κατίδοιμεν ἄν. Εἰ μὲν γὰρ τῷ ὄντι τὰ πράγματα τοιαῦτα εἴη, τί λοιπὸν ἀλλ' ἢ καθάπερ ἐν ὕπνῳ, ζῆν ἡμᾶς εἰκῇ καὶ ἐμπλήκτως; Ὥστε φλυαροῖεν ἂν οἱ νομοθέται, καὶ στρατηγοί, καὶ οἱ παιδεύοντες. Ἀλλ' ἔμοιγε δοκοῦσιν οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι ζῆν κατὰ φύσιν, μόνοι μέντοι τετυφῶσθαι, μᾶλλον δὲ μεμηνέναι μανίαν ἐρρωμένην οἱ ταῦτα ληροῦντες. Οὐχ ἥκιστα μέντοι τοῦτο καταμάθοι τις ἂν κἀκεῖθεν. Ἀντίγονος γὰρ ὁ Καρύστιος κατὰ τοὺς αὐτοὺς γενόμενος χρόνους, καὶ ἀναγράψας αὐτῶν τὸν βίον, φησὶ τὸν Πύῤῥωνα διωκόμενον ὑπὸ κυνός, ἀναφυγεῖν ἐπί τι δένδρον· σκωπτόμενον δὲ ὑπὸ τῶν παρόντων, εἰπεῖν ὡς χαλεπὸν εἴη τὸν ἄνθρωπον ἐκδῦναι. Φιλίστης δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ θυούσης, ἔπειτα τῶν φίλων τινὸς ὑποσχομένου τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, καὶ μὴ παρασχομένου· τοῦ μέντοι Πύῤῥωνος πριαμένου καὶ ἀγανακτοῦντος, ἐπειδήπερ ὁ φίλος ἔλεγεν, ὡς οὐ ποιήσαιτο σύμφωνα τοῖς λόγοις, οὐδ' ἄξια τῆς ἀπαθείας· εἰπεῖν αὐτόν, ἐν γοῦν γυναικὶ οὐ δεῖ τὴν ἀπόδειξιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Καίτοι δικαίως ἂν εἶπεν ὁ φίλος, ὅτι ματαία καὶ ἐν γυναικί, καὶ κυνί, καὶ πᾶσιν. Εἰ δή σοι τῶν λόγων τούτων ἐστὶν ὄφελος, ὀρθῶς γ' ἔχει μαθεῖν, καὶ τίνες οἱ ζη-

---

sario saltem fides habenda sit, planeque statuendum ita rem se habere. Sed enim cur naturam et mores sequi nos potius oporteat, quam ab iis discedere, qui nec sciamus omnino quidquam, nec quidquam habeamus, quo res judicemus? Illud enim hominis admodum stulti est, quod addunt, quemadmodum medicamenta purgativa simul cum excrementis excernuntur, sic etiam rationem, quæ omnia incerta esse efficiat, æque ac reliqua tolli. Nam si se ipsa redarguat, ineptiant qui ea utuntur. Quiescant igitur isti, ac ne hiscant quidem. Neque vero purgativo medicamento quidquam simile istorum ratio habet. Quippe medicamentum ita excernitur, ut in corpore minime resideat: at hæc ratio eadem maneat hæreatque in animo fidesque ei semper adjungatur necesse est. Sola enim aliis nos assentiri prohibeat. Sed ab illis homines haudquaquam pro nihil opinantibus haberi, vel ex hoc intelligas. Qui sentit, idem ut non sentiat fieri nullo modo potest: sentire autem cognoscere est. At homines sensui fidem adjungere nemo non videt. Nam ut diligentius aliquid considerare possint, cum abstergere oculos, tum etiam propius accedere ac subinde nictando considerare solent. Quin etiam ipsi nostrum tam lætitiæ quam doloris sensum novimus. Neque enim fieri potest, ut quis nesciens uratur aut secetur. Memoriam similiter ac recordationem quis non cum existimatione conjunctam esse dixerit? Quid de communibus animi notionibus, quæ ejusmodi hominem esse clamant, præterea quid de litteris et artibus dicetur? Horum enim nihil exstaret, nisi ad existimandum nati et apti essemus. At mitto cætera, dum hoc unum constet, fidem ut illorum verbis sive adjungamus, sive derogemus, opinandi facultatem omnino et utique nobis esse relinquendam. Nullam igitur hujusmodi philosophandi rationem esse posse apparet. Quæ quantopere etiam naturæ et legibus repugnet, nunc videamus. Nam si vere ita se res habeant, quid aliud superest, nisi ut sic tanquam in somno temere stolideque vivamus? Quamobrem nugentur legumlatores, duces, præceptores. Sed mihi videntur cæteri omnes homines naturæ convenienter vivere, solique philosophi illi qui tam absurda loquantur, desipere vel potius vehementer furere. Quod ipsum maxime vel ex hoc intelligas. Antigonus enim Carystius, qui iisdem temporibus vixit illorumque vitam scripsit, Pyrrhonem ait, ut insequentem canem effugeret, in arborem aliquando evasisse; deinde vero ab iis qui aderant ea de causa ludibrio habitum, ægre hominem exui respondisse. Præterea quum Philiste ejus soror sacrificium pararet, quendam ex amicis qui res ad illud necessarias pollicitus erat, promissis non stetisse. Pyrrhonem igitur eos sumtus facere coactum in-

Magi autem et totum illud militare genus, quemadmodum et hoc Eudemus scribit, partim Spatium, partim Tempus omnem intelligibilem et unitam naturam appellant, a qua separatum esse vel deum bonum et genium malum, vel ante eos lucem et tenebras quorundam opinio est. Hi igitur et ipsi post indiscretam progeniem discretam faciunt duplicem bonorum malorumque geniorum sobolem, atque illius quidem Oromasden, hujus vero Arimanium ducem esse arbitrantur.

Cæterum Sidonii juxta eundem scriptorem omnibus præponunt Tempus, Cupidinem et Nebulam, Cupidine autem et Nebula tanquam duobus principiis mixtis Aërem natum esse et Auram affirmant, aërem quidem immunem naturæ intelligibilis perhibentes, auram vero vegetabile naturæ intelligibilis exemplar ab eo motum nominantes. Rursus ex his ambobus Otum esse genitum propter mentem, opinor, divinam. Ut autem, si ab Eudemo discesseris, Phœnicum fabulas secundum Mochum narratas reperimus, Æther primum et Aër duo hæc principia fuerunt.

Denique de Ægyptiorum opinionibus nihil exploratum perscribit Eudemus; sed Ægyptii nostro more philosophati quum principiorum veritatem in Ægyptiacis quibusdam libris invenissent, occultatam vulgarunt.

118. Ægyptiis vero antiquiores esse magos, Aristoteles auctor est in primo de philosophia libro, duoque de illorum sententia esse principia, tum bonum, tum malum genium. Eorum alterum Jovem et Oromasden, alterum Orcum et Arimanium appellari. Quod Hermippus quoque in primo de Magis ait, atque Eudoxus in Terræ ambitu, et Theopompus octavo Philippicorum libro, qui de magorum sententia ad vitam etiam redituros homines dicit, immortalesque futuros, et res omnes illorum precationibus permansuras. Hæc Eudemus quoque Rhodius tradit.

119. Cæterum, quamobrem plurimos jam pisces cognoverim, quorundam adhuc nescius esse nolim, discat

bus meis curat. Quamquam est jam præcipiti ævo et occidua senectute : tamen, si videtur, accipiat doctrinam seram plane et postumam. Legat veterum philosophorum monumenta, tandem ut intelligat, non me primum hæc requisisse, sed jam pridem majores meos, Aristotelem dico et Theophrastum et *Eudemum* et Lyconem cæterosque Platonis minores : qui plurimos libros de genitu animalium deque victu deque particulis deque omni differentia reliquerunt. Bene, quod apud te, Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis περὶ ζῴων γενέσεως, περὶ ζῴων ἀνατομῆς, περὶ ζῴων ἱστορίας multijuga volumina, præterea problemata innumera ejusdem, tum ex eadem secta cæterorum, in quibus id genus varia tractantur.

(Apulejus de magia orat. cap. 36.)

120. Οἱ πελεκᾶνες ἐν τοῖς ποταμοῖς κόγχας περιχαίνοντες εἶτα καταπίνουσιν. Ἔνδον δὲ καὶ ἐν μυχῷ τῆς γαστρὸς ὑποθάλψαντες ἀνιμῶσι·[a] καὶ τὰ μὲν ὀστράκια ἐκ τῆς ἀλέας διέστη ὥσπεροῦν τῶν ἑφθῶν· οἱ δὲ ἐξορύττουσι τὰ κρέα καὶ ἔχουσι δεῖπνον. Καὶ μέντοι καὶ οἱ λάροι, ὥς Εὔδημός φησι, τοὺς κοχλίας μετεωρίζοντες καὶ ὑψοῦ αἴροντες ταῖς πέτραις βιαιότατα προσαράττουσιν.

(Ælianus de animalium natura lib. III, cap. 20. Περὶ πελεκάνων καὶ λάρων. Scripsi : [a] ἀνιμῶσι] codd. ἀνιμοῦσιν. — [b] προσαράττουσι] codd. προσαρώττουσιν.)

121. Λέγει Εὔδημος ἐν Παγγαίῳ τῷ Θρακίῳ κοίτῃ λέοντος ἐρήμῳ φυλακῆς ἐπιστᾶσαν ἄρκτον σκύμνους τοῦ λέοντος διαφθεῖραι διὰ τὸ μικροὺς εἶναι ἔτι καὶ ἀμῦναί σφισιν ἀδυνάτους. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἔκ τινος ἄγρας ὅ τε πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ εἶδον τοὺς παῖδας ἐν τοῖς φόνοις, οἷα εἰκὸς ἤλγουν καὶ ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἵεντο. Ἡ δὲ δείσασα εἴς τι δένδρον ᾗ ποδῶν εἶχεν ἀνέθει καὶ καθῆστο, τὴν ἐπιβουλὴν τὴν ἐξ ἐκείνων ἐκκλῖναι πειρωμένη. Ὡς δὲ ἐδόκουν, ἕνεκα τοῦ πη τιμωρήσασθαι[a] τὸν λυμεῶνα ἥκειν δεῦρο, ἐνταῦθα ἡ μὲν λέαινα οὐ λείπει τὴν φυλακήν, ἀλλ' ὑπὸ τῷ πρέμνῳ καθῆστο ἐλλοχῶσα καὶ ὕφαιμον ἄνω βλέπουσα. Ὁ δὲ λέων, οἷα ἀδημονῶν καὶ ἀλύων ὑπὸ τοῦ ἄχους ὡς ἄνθρωπος, εἶτα ἐν τοῖς ὄρεσιν ἠλᾶτο[b] καὶ ἀνδρὶ ὑλουργῷ περιτυγχάνει. Ὁ δὲ ἔδεισε καὶ ἀφίησι τὸν πέλεκυν. Τὸ δὲ θηρίον ὁ λέων ἔσαινέ τε καὶ ἑαυτὸν ἀνατείνας ἠσπάζετο, ὡς οἷός τε ἦν, καὶ τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἐφαίδρυνεν αὐτῷ· καὶ ἐκεῖνος ἐπεθάρσησεν·[c] ὅ τε λέων περιβαλὼν οἱ τὴν οὐρὰν ἦγεν αὐτόν, καὶ ἀφιέντα τὸν πέλεκυν οὐκ εἴα, ἀλλ' ἐσήμαινε τῷ ποδὶ ἀνελέσθαι. Ὡς δὲ οὐ συνίει, ὅδε[d] τῷ στόματι ἐλάβετο καὶ ὤρεξέν οἱ, καὶ εἵπετο ἐκεῖνος, ἄγει τε αὐτὸν ἐπὶ τὸ αὔλιον. Καὶ ἡ λέαινα εἶδε, καὶ αὐτὴ προσελθοῦσα ἐπεσήμαινε, καὶ ἑώρα οἰκτρόν, καὶ ἀνέβλεπεν εἰς τὴν ἄρκτον. Συνιδὼν οὖν ὁ ἄνθρωπος καὶ συμβαλὼν ἠδικῆσθαί τι τούτους ἐξ ἐκείνης, ὡς εἶχε ῥώμης τε καὶ χειρῶν ἐξέκοψε τὸ δένδρον. Καὶ τὸ μὲν ἀνετράπη, ἡ δὲ κατηνέχθη, καὶ διεσπάσαντο οἱ θῆρες αὐτήν· τόν τε ἄνθρωπον ὁ λέων ἀπαθῆ τε καὶ ἀσινῆ πάλιν ἐπανήγαγεν εἰς τὸν χῶρον, οὗ πρότερον ἐνέτυχεν αὐτῷ, καὶ ἀπέδωκε τῇ ἐξ ἀρχῆς ὑλοτομίᾳ.

(Ælianus de animalium natura lib. III, cap. 21 περὶ λέοντος καὶ ἄρκτου καὶ ὑλουργοῦ. Scripsi : [a] ἐδόκουν, ἕνεκα τοῦ πη τιμωρήσασθαι] codd. ἐδόκουν τοῦ πη τιμωρήσασθαι. — [b] ἠλᾶτο] cum Gesnero ; codd. ἤλαντο. — [c] ἐπεθάρσησεν] libri ὑπεθάρσησεν. — [d] ὅδε] libri ὁ δὲ. —)

122. Λέγει Εὔδημος ἵππου νέας καὶ τῶν νεμομένων τῆς ἀρίστης ἐρασθῆναι τὸν ἱπποκόμον, ὥσπεροῦν κα-

---

Æmilius, quoniam usque adeo rebus meis curat. Quamquam est jam præcipiti ævo et occidua senectute : tamen, si videtur, accipiat doctrinam seram plane et postumam. Legat veterum philosophorum monumenta, tandem ut intelligat, non me primum hæc requisisse, sed jam pridem majores meos, Aristotelem dico et Theophrastum et *Eudemum* et Lyconem cæterosque Platonis minores : qui plurimos libros de genitu animalium deque victu deque particulis deque omni differentia reliquerunt. Bene, quod apud te, Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis περὶ ζῴων γενέσεως, περὶ ζῴων ἀνατομῆς, περὶ ζῴων ἱστορίας multijuga volumina, præterea problemata innumera ejusdem, tum ex eadem secta cæterorum, in quibus id genus varia tractantur. (Apulejus de magia orat. cap. 36.)

120. Pelecani fluviatilibus conchis se complent, easque quum stomachi calore concoxerint, evomunt, atque testis jam alvi calore diductis, eligunt ex his quæ sunt esculenta. Quin etiam gaviæ, ut Eudemus scribit, sublimes cochleas rapiunt, atque ab alto dejectas violentissime ad saxa allidunt. Quo fit, ut remotis testis esculenta eligant.

121. In Pangæo, Thraciæ monte, Eudemus ait ursam leonis cubili a defensoribus vacuo adstantem, hujus catulos qui per ætatem se nondum tueri possent, interfecisse. Mox parentes quum alicunde ex venatu revertissent cæsosque vidissent catulos, acerbissimo, ut par erat, dolore affectos ursam insecutos esse. Hanc autem metu perterritam, postquam aufugit, in arborem evasisse, ibique ut illorum insidias vitaret consedisse. Quum vero suspicarentur, lignatorem quodammodo in ultionem cædis jamjam affore, leænam quidem continenter ad arboris truncum insidias comparantem excubuisse et sublatis oculis, quia sanguineus rubor ei suffundebatur, tetricum præ se tulisse vultum. Leonem vero haud secus atque hominem dolore cruciatum in montibus errasse, dum materiarium fabrum offendisset.

λῆς μείρακος καὶ ἐν τῷ χωρίῳ ὡρικωτέρας πασῶν, καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγκαρτερεῖν, τελευτῶντα δὲ ἐπιτολμῆσαι τῷ λέχει τῷ ξένῳ, καὶ ὁμιλεῖν αὐτῇ. Τῇ δὲ εἶναι πῶλον καὶ τοῦτον καλόν. Θεασάμενόν γε μὴν τὸ πραττόμενον ἀλγῆσαι, ὥσπερουν τυραννουμένης μητρὸς ὑπὸ τοῦ δεσπότου, καὶ ἐμπηδῆσαι καὶ ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα. Εἶτα μέντοι καὶ φυλάξαι, ἔνθα ἐτάφη, καὶ φοιτῶντα ἀνορύττειν, καὶ ἐνυβρίζειν τῷ νεκρῷ, καὶ λυμαίνεσθαι λύμην ποικίλην οὐκ αἰσθανομένῳ ἀλγοῦντα αὐτόν.

(Ælianus de animalium natura lib. IV cap. 8 περὶ τοῦ ἱπποκόμου τοῦ ἐρασθέντος τῆς ἵππου.)

123. Θαυμάσαι λόγον ἄξιόν φησιν Εὔδημος· καὶ τῷ γε ἀνδρὶ τῷδε ὁ λόγος οὗτός ἐστιν. Νεανίας θηρατικός, συμβιῶν τοῖς τῶν ζῴων ἀγριωτάτοις, οἵους [a] ἐκ νέων μέντοι καὶ βρεφῶν πεπωλευμένους εἶχε, συντρόφους τε καὶ συσσίτους ἑαυτοῖς γεγενημένους κύνα καὶ ἄρκτον καὶ λέοντα. Καὶ ταῦτα μὲν ὀλίγου χρόνου [b] πρὸς ἄλληλα εἰρήνην ἄγειν καὶ φίλα νοεῖν [c] φησιν ὁ Εὔδημος· μιᾶς δὲ τυχεῖν ἡμέρας τὸν κύνα προσπαίζοντα τὴν ἄρκτον καὶ ὑπαικάλλοντα καὶ ἐρεσχελοῦντα, τὴν δὲ οὐκ εἰωθότως ἐκθηριωθῆναι, καὶ ἐμπεσεῖν τῷ κυνί, καὶ λαφύξαι τοῖς ὄνυξι τοῦ δειλαίου τὴν γαστέρα, καὶ διασπάσασθαι αὐτόν. Ἀγανακτῆσαι δὲ τῷ συμβάντι ὁ αὐτός φησι τὸν λέοντα, καὶ οἱονεὶ μισῆσαι τὸ ἄσπονδον τῆς ἄρκτου καὶ ἄφιλον, καὶ τὸν κύνα οἷα ἑταῖρον ποθῆσαι, καὶ εἰς δικαίαν προελθεῖν ὀργήν, καὶ ἐπιθεῖναι τῇ ἄρκτῳ τὴν δίκην, καὶ τὰ αὐτὰ δρᾶσαι αὐτήν, ἅπερουν εἰργάσατο τὸν κύνα ἐκείνη. Ὅμηρος μέν φησιν· ὡς [d] ἀγαθόν, καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι. Ἔοικε δὲ ἡ φύσις δεικνύναι, ὅτι καὶ φίλον αὐτῷ τιμωρὸν καταλιπεῖν, ὦ φίλε Ὅμηρε, κέρδος ἐστίν· οἷόν τι καὶ περὶ Ζήνωνος καὶ Κλεάνθους [e] νοοῦμεν εἴτε ἀκούομεν.

(Ælianus de animalium natura lib. IV, cap. 45 περὶ λέοντος τοῦ τιμωρήσαντος τῷ κυνὶ τῷ συντρόφῳ. Scripsi : [a] οἵους] codd. οἷός τε vel οἷόν τε. — [b] μὲν ὀλίγου χρόνου] codd. μὲν χρόνου. — [c] φίλα νοεῖν] cum codd.; i. e. φίλα φρονεῖν. Confer poeticam locutionem ἐσθλὰ νοεῖν. — [d] ὡς] cum codd; vulgo ὧς apud Homerum Odyss. lib. III vs. 196. Sensum hunc esse patet. Bonum est, filium etiam bonum esse patris boni, qui ab insidiatore necatus sit. Nam alias ultio nulla est. — [e] Κλεάνθους] libri Κλεάνθου. —)

124. Εἶναι δὲ ἄλογα μὲν ζῷα, φυσικὴν δὲ ἔχειν ἀριθμητικὴν μὴ διδαχθέντα, Εὔδημός φησι, καὶ ἐπάγει μαρτύριον ἐκεῖνο τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ ζῴων· τὸ δὲ ὄνομα οὐ λέγει. Ἃ δὲ λέγει, ταῦτά ἐστιν. Ὅ, τι ἂν θηράσῃ, ποιεῖν μοίρας ἕνδεκα, καὶ τὰς μὲν δέκα σιτεῖσθαι, τὴν δὲ ἑνδεκάτην ἀπολιπεῖν ὅτῳ δὴ (ἀντὶ δὲ τοῦ, καὶ ἐννοίᾳ τίνι, σκοπεῖν ἄξιον [a]) ἀπαρχήν γέ τινα ἢ δεκά-

---

Cujus e manibus terrore percussi ubi securim excidisse bestia vidit, se erigens, ut poterat, illum palpando amplexabatur linguaque ei faciem abstergebat. Quam benignitatem homo sentiens suis rebus fidere cœpit. Leo hunc cauda amplexatus ducebat, neque elapsam ex ejus manibus securim relinquere eum patiebatur, sed pede suo securim tollendam esse ostendebat : quumque homo rem non intelligeret, securim leo morsu correptam illi præbuit : postremo illum ad lustra sua, ubi strati catuli jacebant, perduxit. Id postquam leæna animadvertit, ipsa quoque ad eos profecta, simul quid accidisset homini significabat, simul miseræ speciem habens ursam suspiciebat. Unde homo conjectura assecutus suspicatusque, gravem hos ab ista injuriam accepisse, omnibus viribus ad cædendam arborem incubuit. Quæ simul atque prostrata est, ursam in terram delapsam feræ dilaniarunt : hominem autem integrum intactumque leo reduxit in locum, ubi prius in eum inciderat, atque materiæ quam ab initio cædebat, illum inviolatum reddidit.

122. Equam Eudemus ait ætate florentem atque armenti præstantissimam, tanquam istius regionis omnium formosissimam puellam ab equisone adamatam esse, ac primo quidem eum cupiditatem continuisse, deinde vero alienam Venerem attingere ausum cum illa coivisse. Posteaquam autem equæ pullus et ipse nitidus re quæ gerebatur animadversa acerbo dolore angeretur, utpote sæviente in matrem domino, bestiam istam impetu facto virum interemisse. Mox quum observasset, ubi humaretur, eo profectum refodisse omnibusque suppliciis cadaver jam nullum dolorem ex vexantis mœrore percipiens affecisse.

123. Miram rem memoriæ prodit Eudemus, quæ sic se habet. Juveni ferarum domitori, cum bestiis a teneris unguiculis conversari et convivere solito, fuisse canem, ursam et leonem. Hos aliquamdiu et pacem inter se servasse et amicitiam recte coluisse ait Eudemus : deinde quum aliquando canis cum ursa jocans eam adularetur et illuderet, hanc præter consuetudinem efferatam facto impetu miseri ventrem unguibus dilaniasse et corpus ejus distraxisse. Cujus facti atrocitatem leonem indignatum et canis tanquam socii desiderio flagrantem, et perfidiæ ursinæ odio, quod fœdus illa fregisset et amicitiam institutam violasset, adductum, justa iracundia contra ursam tum exarsisse, tum ab ea easdem pœnas, quibus illa prius canem affecisset, repetivisse. Ita non solum, ut Homerus canit *Expedit interdum prolem superesse parentis Vindictæ*, sed quemvis amicum ultorem relinqui, lucrum videtur, quod bestiarum exemplis natura docet : et tale quid etiam, quod animis nostris obversatur, de Zenone et Cleanthe accepimus.

124. Animalia rationis expertia computandi artem, quam a nemine didicerint, natura tenere, Eudemus tradit, idque Libycorum animalium, quorum nomina tacet, testimonio confirmat. Quæ autem dicit, hæc sunt. Quod ceperint, in undecim partes dividere, et decem

την. Ὡς ἂν εἴποις οὐκοῦν ἐκπλαγῆναι δίκαιον τὴν αὐτοδίδακτον σοφίαν, ἢ τὴν μονάδα [b] καὶ δυάδα καὶ τοὺς ἑξῆς ἀριθμοὺς ζῷον οἶδεν ἄλογον. Ἀνθρώπῳ δὲ δεῖ πόσων μὲν τῶν μαθημάτων, πόσων δὲ τῶν πληγῶν, ἵνα ἢ μάθῃ ταῦτα εὖ καὶ καλῶς, ἢ πολλάκις μὴ μάθῃ;

(Ælianus de animalium natura lib. IV, cap. 53 περὶ ζῴων ἀριθμητικῶν Λιβυκῶν. Scripsi [a] σκοπεῖν ἄξιον] vulgo σκοπεῖ ἄξιον. — [b] σοφίαν, ἢ τὴν μονάδα] e Gesneri conjectura; codd. σοφίαν τὴν δέ γε μονάδα. —)

125. Ἐν Αἰγύπτῳ πίθηκος, ὥς φησιν Εὔδημος, ἐδιώκετο· αἴλουροι δὲ ἦσαν οἱ διώκοντες. Ἀνὰ κράτος οὖν ἀποδιδράσκων ὥρμησεν εὐθὺ [a] δένδρου τινός· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἀνέθορον [b] ὤκιστα. Ἔχονται γὰρ τῶν φλοιῶν, καὶ ἔστι καὶ τούτοις εἰς δένδρα ἐπιβαίνειν [c]. Ὁ δὲ ὡς ἡλίσκετο εἷς ὤν, καὶ ταῦτα ὑπὸ πολλῶν, ἐκπηδᾷ ἐκ τοῦ πρέμνου, καὶ κλάδου τινὸς ὑπηρτημένου καὶ μετεώρου λαμβάνεται ἄκραις ταῖς χερσί, καὶ ἐγκρατῶς εἴχετο οὐκ ἐπ' ὀλίγον. Οἱ δὲ αἴλουροι ὡς ἐφικτὸν οὐκ ἦν αὐτοῖς ἔτι, ἐπ' ἄλλην θήραν κατέδραμον. Ὁ δὲ κατὰ πολλὴν τὴν σπουδὴν διεσώζετο, ἑαυτῷ ὀφείλων, ὡς τὸ εἰκός, ζωάγρια.

(Ælianus de animalium natura lib. V, cap. 7. Scripsi: [a] εὐθὺ] vulgo εὐαθύ. — [b] ἀνέθορον] codd. συνέθορον. — [c] ἐπιβαίνειν] libri ἐπιβατόν. — Conf. Mich. Apostol. XII, 9, 141.)

126. Περὶ δὲ τὰ μαθηματικά, διὰ τί οὐκ εἰσὶ μέρη οἱ λόγοι τῶν λόγων; οἷον τοῦ κύκλου τὰ ἡμικύκλια· οὐ γάρ ἐστιν αἰσθητὰ ταῦτα. Ἢ οὐθὲν διαφέρει; ἔσται γὰρ ὕλη ἐνίων καὶ μὴ αἰσθητῶν.

(Aristoteles Metaph. lib. VI, cap. 11 pag., 1036. b. 32. ed. Bekker. Vide Bonitz. commentar. p. 341. Alexander Aphrodisiensis p. 483, 14 ed. Bonitz. εἰπὼν πρότερον, ὅτι ἐπὶ μὲν τῷ τῆς συλλαβῆς λόγῳ λαμβάνεται τὰ στοιχεῖα διὰ τὸ μὴ εἶναι ὕλης μέρη ἀλλ' εἴδους, ἐπὶ δὲ τοῦ κύκλου οὐ λαμβάνεται τὰ ἡμικύκλια, ὅτι ἔνυλά εἰσι καὶ μέρη ὕλης, συνεῖδεν ἔνστασίν τινα δυναμένην πρὸς τὸν λόγον φέρεσθαι, ἣν παρατίθησι καὶ λύει. Ἔφθημεν δὲ ἡμεῖς εἰπόντες ὅτε περὶ τῆς συλλαβῆς ἔλεγεν, ὅπως τὰ μὲν ἡμικύκλια ὕλης εἰσὶ μέρη, τὰ δὲ στοιχεῖα οὐκ εἰσίν, καὶ οἶμαι καὶ ταῦτα ἐκείνοις ἔδει συντάττεσθαι, καὶ ἴσως ὑπὸ μὲν Ἀριστοτέλους συντέτακται (ἐν οὐδεμιᾷ γὰρ τῶν ἄλλων αὐτοῦ πραγματειῶν εὑρίσκεται τοιοῦτόν τι πεποιηκὼς ὁποῖα ἐνταῦθα φαίνεται) ὑπὸ δὲ τοῦ Εὐδήμου κεχώρισται. Quod conjicit Alexander partem disputationis Aristoteleæ ab Eudemo sepositam esse (κεχώρισται), parum probabile est; sed eum Eudemi recensionem librorum Metaphysicorum agnoscere apparet. Ad eandem rem pertinet Asclepii locus in Scholiis p. 519 b. 33 ed. Brandis. ὁ δὲ τρόπος τῆς συντάξεως, ὅτι ἐστὶν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐχ ὁμοίως ταῖς ἄλλαις ταῖς τοῦ Ἀριστοτέλους συγκεκροτημένη, οὐδὲ τὸ εὔτακτόν τε καὶ συνεχὲς ἔχειν δοκοῦσα, ἀλλὰ τινὰ μὲν λείπει ὡς πρὸς τὸ συνεχὲς τῆς λέξεως, τὰ δὲ ἐξ ἄλλων πραγματειῶν ὁλόκληρα μετενήνεκται, καὶ πολλάκις τὰ αὐτὰ λέγει. Ἀπολογοῦνται δε ὑπὲρ τούτου, καὶ καλῶς ἀπολογοῦνται, ὅτι γράψας τὴν παροῦσαν πραγματείαν ἔπεμψεν αὐτὴν Εὐδήμῳ τῷ ἑταίρῳ αὐτοῦ τῷ Ῥοδίῳ, εἶτα ἐκεῖνος ἐνόμισε μὴ εἶναι καλὸν ὡς ἔτυχεν ἐκδοθῆναι εἰς πολλοὺς τηλικαύτην πραγματείαν. Ἐν τῷ οὖν μέσῳ χρόνῳ ἐτελεύτησε, καὶ διεφθάρησάν τινα τοῦ βιβλίου. Μὴ τολμῶντες δὲ προσθεῖναι οἴκοθεν οἱ μεταγενέστεροι διὰ τὸ πολὺ πάνυ λείπεσθαι τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐννοίας, μετήγαγον ἐκ τῶν ἄλλων αὐτοῦ πραγματειῶν τὰ λείποντα, ἁρμόσαντες ὡς ἦν δυνατόν. (Intelligit ea quæ ex Physicis decimo Metaphysicorum libro inserta leguntur. Cf. Bonitz. commentar. p. 7.) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις σωζομένην εὕροι ἄν τις τὴν τῶν λεγομένων ἀκολουθίαν. Εἶτα λοιπὸν δεῖ εἰπεῖν καὶ περὶ τοῦ μεγάλου ἄλφα καὶ περὶ τοῦ μικροῦ ἄλφα. Εἰδέναι τοίνυν χρὴ ὅτι δεκατέσσαρα βιβλία ἔγραψεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ· μέχρι γὰρ τοῦ ν στοιχείου ἔγραψε καὶ αὐτοῦ. Τινὲς δὲ εἰρήκασιν ὅτι δεκατρία· τὸ γὰρ μεῖζον ἄλφα, περὶ οὗ νῦν πρώτως διαλέγεται, οὔ φασιν εἶναι αὐτοῦ, ἀλλὰ Πασικλέους τοῦ υἱοῦ Βοήθου, τοῦ ἀδελφοῦ Εὐδήμου, τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ. Οὐκ ἔστι δὲ ἀληθές· σώζεται γὰρ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους δεινότης καὶ ἐκ τῆς λέξεως καὶ ἐκ τῆς θεωρίας, καὶ πολὺ πλέον ὅτι μέμνηται αὐτοῦ ἐν τῷ ἐλάττονι ἄλφα.

---

quidem comedere, undecimam autem cuicunque relinquere: cur vero eam et qua mente tanquam primitias aut decumam relinquant, operæ pretium est considerare. Quamobrem verissime dicas, mirandam quodammodo esse ingeneratam illam brutis animalibus sapientiam, qua nemine docente unitatem, binarium et reliquos deinceps numeros sciant. At homo quot præceptis aut etiam quot verberibus ad hæc perdiscenda eget, quorum scientiam tamen sæpe ne sic quidem consequitur?

125. Quum feles simiam in Ægypto, ut refert Eudemus, insequerentur, hæc autem omnibus viribus aufugiens recta in arborem evasisset, atque illæ in eandem arborem inscendissent (ad corticem enim adhærescentes sursum reptare sciunt): hæc sane, utpote sola a pluribus circumventa, ex arboris trunco in ramum suspensum et altum insiluit, quem manuum extremitatibus arcte tenens diu multumque pependit. Feles autem quoniam eo pervenire amplius non poterant, ad aliam prædam capiendam aggressæ sunt. At simia sedulo periculum effugit, quippe quæ, ut par est, sibi soli salutis præmium deberet.

126. In disciplinis mathematicis vero cur rationes non sunt partes rationum? ut circulorum semicirculi. Quippe talia non sunt sensibilia. An nihil interest? Erit enim quorundam, etiam non sensibilium, materia.

DE ARISTOTELE EJUSQUE DISCIPULIS

ET SUCCESSORIBUS.

Peripateticorum memoriam ita renovabo, ut pauca de ipso Aristotele præfatus de discipulis ejus potissimum et successoribus agam. Nec tamen omnes hic memorare libet, sed eos, e quorum scriptis plurimi loci excerpti et fragmenta per aliorum libros sparsa exstant (1).

Aristoteles (2) filius fuit Nicomachi, qui genus et artem referebat ad Machaonem, Æsculapii filium, matre natus Phæstide, a Chalcidensi quodam oriunda, ex eorum numero qui Stagira coloniam deduxerunt. Partu vero editus est Olympiade XCIX triennio Demosthene major, prætore Athenis Diotrephe. Sed Polyzelo ibidem gubernacula reipublicæ tractante, simulatque pater debitum naturæ reddidit, duodevigesimum agens annum Athenas venit, et Platoni commendatus viginti annos ei operam dedit. Tum Platone, quo tempore Theophilus Atheniensium reipublicæ præerat, mortuo, abiit ad Hermiam, Atarnei tyrannum : ac triennium apud eum moratus, Eubulo archonte, Mitylenas secessit : inde Pythodoto summum magistratum gerente ad Philippum se contulit, apud quem Alexandrum instituens octo annos exegit. Post Philippi obitum, Evæneto rerum civitatis administratore, Athenas profectus, duodecim annos in Lyceo scholas habuit. Tertio decimo autem anno post Alexandri mortem, Cephisodoro prætore Chalcidem migravit, ibique morbo periit, quum tres et sexaginta vixisset annos.

Commentationum suarum, inquit Gellius (3), artiumque, quas discipulis tradebat, Aristoteles duas species habuisse dicitur. Alia erant quæ nominabat ἐξωτερικά, alia, quæ appellabat ἀκροαματικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur, quæ ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum civiliumque rerum notitiam conducebant ἀκροαματικὰ autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebant. Huic disciplinæ, quam dixi ἀκροαματικήν, tempus exercendæ dabat in Lyceo matutinum, nec ad eam quemquam temere admittebat nisi quorum ante ingenium et erudi-

(1) Omisi Aristoxenum, Dicæarchum, Phaniam, Clearchum, Demetrium, Stratonem, alios, quorum reliquias collegit Car. Müllerus in Fragm. histor. Græc. vol. II. Paris. 1848. — (2) Dionysius Halicarnassensis Epist. 1 ad Ammæum cap. 5 pag. 121 ed. Sylb. [vol. VI p. 727 ed. Reisk.] Ἀριστοτέλης υἱὸς μὲν ἦν Νικομάχου, τὸ γένος καὶ τὴν τέχνην ἀναφέροντος εἰς Μαχάονα τὸν Ἀσκληπιοῦ, μητρὸς δὲ Φαιστίδος, ἀπογόνου τινὸς τῶν ἐκ Χαλκίδος τὴν ἀποικίαν ἀναγαγόντων εἰς Στάγειρα. Ἐγεννήθη δὲ κατὰ τὴν ἐννενηκοστὴν καὶ ἐννάτην Ὀλυμπιάδα Διοτρεφοῦς Ἀθήνησιν ἄρχοντος. γ′ ἔτεσι Δημοσθένους πρεσβύτερος. Ἐπὶ δὲ Πολυζήλου ἄρχοντος, τελευτήσαντος τοῦ πατρός, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχων εἰς Ἀθήνας ἦλθε, καὶ συσταθεὶς Πλάτωνι χρόνον εἰκοσαετῆ διέτριψε σὺν αὐτῷ. Ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν, τὸν Ἀταρνέως τύραννον, καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ διατρίψας ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος εἰς Μιτυλήνην ἐχωρίσθη· ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Φίλιππον ἤρχετο, κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, καὶ διέτριψε χρόνον ὀκταετῆ παρ' αὐτῷ καθηγούμενος Ἀλεξάνδρου· μετὰ δὲ τὴν Φιλίππου τελευτὴν ἐπ' Εὐαινέτου ἄρχοντος ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας ἐσχόλαζεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα. Τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτήν, ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος, ἀπάρας εἰς Χαλκίδα, νόσῳ τελευτᾷ, τρία πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βιώσας ἔτη. — (3) A. Gellius Noct. Att. XX, 5 qui quæ de utroque librorum genere tradit ex Andronici Rhodii volumine sumpsisse videtur. Nam superioribus hæc subjicit : « Eos libros generis acroamatici quum in vulgus ab eo editos rex Alexander cognovisset atque ea tempestate armis exercitum omnem prope Asiam teneret regemque ipsum Darium prœliis et victoriis urgeret, in illis tamen tantis negotiis litteras ad Aristotelem misit, non eum recte fecisse, quod disciplinas ἀκροαματικάς, quibus ab eo ipse eruditus foret, libris foras editis invulgasset : Nam qua, inquit, alia re præstare ceteris poterimus, si ea, quæ ex te accepimus, omnium prorsus fient communia? Quippe ego doctrina anteire malim, quam copiis atque opulentiis. Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam : Ἀκροαματικοὺς libros, quos editos quereris et non proinde ut arcana absconditos, neque editos scito esse neque non editos, quoniam his solis cognobiles erunt, qui nos audiverunt. Exempla utrarumque litterarum, sumpta ex Andronici philosophi libro, subdidi. Amavi autem prorsus in utriusque epistola brevitatis elegantissimæ filum tenuissimum. Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς (al. ἀκροατικοὺς) τῶν λόγων· τίνι γὰρ δὴ διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. Ἔρρωσο. — Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. Ἔγραψάς μοι περὶ

tionis elementa atque in discendo studium laboremque explorasset. Illas vero ἐξωτερικὰς auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat, easque vulgo juvenibus sine delectu dabat; atque eum δειλινὸν περίπατον appellabat, illum autem supra ἑωθινόν : utroque enim tempore ambulans disserebat. Libros quoque suos, earum omnium rerum commentarios, seorsum divisit, ut alii ἐξωτερικοὶ dicerentur, partim ἀκροαματικοί (4).

Idem philosophus annos (5) jam fere natus duo et sexaginta corpore ægro affectoque ac spe vitæ tenui fuit. Tunc omnis ejus sectatorum cohors ad eum accedit, orantes obsecrantesque, ut ipse deligeret loci sui et magisterii successorem, quo post summum ejus diem perinde ut ipso uterentur ad studia doctrinarum complenda excolendaque, quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in ejus ludo boni multi, sed præcipui duo, Theophrastus et Eudemus (6). Ingenio hi atque doctrinis ceteros præstabant; alter ex insula Lesbo fuit, Eudemus (7) autem Rhodo. Aristoteles respondit facturum esse quæ vellent, quum id sibi foret tempestivum. Postea brevi tempore quum iidem illi, qui de magistro destinando petierant, præsentes essent, vinum ait, quod tum biberet, non esse id ex valetudine sua, sed insalubre esse atque asperum, ac propterea quæri debere exoticum, vel Rhodium vel Lesbium; id sibi utrumque ut curarent petivit, usurumque eo dixit, quod sese magis juvisset. Eunt, curant, inveniunt, afferunt. Tum Aristoteles Rhodium petit, degustat. Firmum, inquit, hercle vinum et jucundum.

Petit mox Lesbium. Quo item degustato, utrumque, inquit, oppido bonum, sed ἡδίων ὁ Λέσβιος. Id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin lepide simul et verecunde successorem illa voce sibi, non vinum, delegisset. Is erat e Lesbo Theophrastus, homo suavitate insigni linguæ pariter atque vitæ. Itaque non diu post Aristotele vita defuncto ad Theophrastum omnes concesserunt.

De Aristotelis bibliotheca post doctissimi hominis mortem variis casibus jactata mira est narratio, quæ legitur apud Strabonem (8) lib. XIII pag. 608. Sunt autem hæc ejus verba. Tulit Scepsis Socraticos Erastum et Coriscum et Neleum, Corisci filium, qui auditor fuit Aristotelis et Theophrasti, et hujus etiam bibliothecam per successionem nactus est, in qua Aristotelis quoque fuit bibliotheca; nam Aristoteles suam Theophrasto tradidit, cui et scholam reliquit. Primus omnium, qui nobis sunt noti, Aristoteles bibliothecam coemtis libris instituit, idque Ægyptiorum reges facere docuit. Theophrastus bibliothecam Neleo tradidit. Hic libros Scepsin translatos posteris suis, indoctis hominibus, reliquit, qui incuriose repositos clausos

τῶν ἀκροαματικῶν λόγων, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀποῤῥήτοις. Ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. Ἔῤῥωσο. Hoc ego verbum ξυνετοὶ γάρ εἰσι quærens uno itidem verbo dicere, aliud non repperi, quam quod est scriptum a M. Catone in Sexta Origine : Itaque ego, inquit, cognobiliorem cognitionem esse arbitror. » Hæc Gellius, qui utramque epistolam subditiciam esse non vidit. — (4) Cicero de finibus V, 5 de summo autem bono, quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικόν appellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere videntur. Aristoteles Politicor. III, 6 καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις. Ibid. I, 3 ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως. Plutarchus Alex. cap. 7 ἔοικε δ' Ἀλέξανδρος οὐ μόνον τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν παραλαβεῖν λόγον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀποῤῥήτων καὶ βαρυτέρων διδασκαλιῶν, ἃς οἱ ἄνδρες ἰδίως ἀκροαματικὰς καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες, οὐκ ἐξέφερον εἰς πολλούς, μετασχεῖν. Eodem pertinere videtur divisio illa, quæ a Simplicio in categorias ex Alexandri Aphrodisiensis sententia traditur, εἰς ὑπομνηματικὰ καὶ συνταγματικά, in quo tamen a Cicerone discrepant. Cf. Cicero ad Attic. IV, 16, 2; XIII, 19, 4; ad Famil. I, 9, 23; Plutarch. adv. Colot. cap. 14; Ammon. Herm. ad Arist. Cat. AA. fol. 2 b. Ald.; Simplicius in Phys. fol. 2. b.; Lucianus in Vit. Auct. cap. 26. — (5) Gellius Noct. Attic. XIII, 5. — (6) Eudemus] vulgo Menedemus. — (7) Eudemus] codd. Menedemus. —

(8) Strabo lib. XIII, p. 608 ed. Casaub. ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως οἵ τε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν Ἔραστος καὶ Κορίσκος καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεύς, ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου, διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου, ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους· ὁ γοῦν Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν, ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, πρῶτος ὧν ἴσμεν συναγαγὼν βιβλία καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν· ὁ δ' εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν, ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα· ἐπειδὴ δὲ ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν εν διώρυγί τινι· ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλικῶντι τῷ Τηίῳ πολλῶν ἀργυρίων τά τε Ἀριστοτέλους καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου βιβλία· ἦν δὲ ὁ Ἀπελλικῶν φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος· διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. Συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον οὐκ ἔχουσιν ὅλως τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν· τοῖς δ' ὕστερον, ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν καὶ ἀριστοτελίζειν, ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότα λέγειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. Πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσελάβετο· εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτὴν

tenuerunt, quumque Attalicorum regum studium intellexissent, quibus Scepsis parebat, conquirentium libros ad instruendam Pergami bibliothecam, sub terra suos in fossam quandam abdiderunt. Ibi humore et tineis vitiatos tandem, qui ex ea stirpe erant, Aristotelis Theophrastique libros Apelliconti Teio grandi pecunia vendiderunt. Erat ille Apellico librorum quam philosophiæ studiosior; itaque corrosarum particularum restitutionem quærens, in nova libros exemplaria transcripsit, lacunas non recte explens, ediditque libros mendorum plenos. Accidit Peripateticis antiquis, qui post Theophrastum vixerunt, quum omnino libris istis carerent, paucis duntaxat, præcipue exotericis exceptis, ut nullum philosophiæ caput rite pertractare possent, sed in thesibus oratorie exornandis versarentur; posterioribus ab eo tempore, quo libri isti divulgati sunt, facilius quidem fuit philosophari et Aristotelea tradere, sed ob mendorum multitudinem cogebantur plurima modo probabiliter dicere. Multum huc etiam Roma contulit. Confestim enim ab Apellicontis morte Sulla urbe Atheniensium potitus illius bibliothecam recepit; quæ quum huc esset allata, Tyrannio grammaticus a bibliothecæ præfecto impetravit, ut sibi voluminum usus permitteretur, homo Aristotelis studiosus, et librorum venditores nonnulli, qui ineptos adhibebant librarios, neque cum exemplari descriptas membranas comparandas curabant, quod cæteris quoque libris accidit, qui ut prostent et Romæ et Alexandriæ exscribuntur.

Cum hoc fere consentit Plutarchus (9) narrans Sullam, posteaquam Athenas venisset, sacris initiatum Apelliconis Teii bibliothecam sibi delegisse, in qua plerique Aristotelis et Theophrasti commentarii inveniebantur, nondum plane vulgo cogniti. Ferunt, inquit, ea bibliotheca Romam perlata Tyrannionem grammaticum plerosque libros compilasse, ab eo autem adeptum exemplaria Andronicum Rhodium in medium protulisse atque edidisse ea quæ hodie circumferuntur volumina. Quippe apparet superioris ætatis Peripateticos ipsos elegantis ingenii studiique fuisse, Aristotelis vero scripta et Theophrasti neque multa neque accurate legisse, quod Nelei Scepsii (cui libros Theophrastus reliquerat) hereditatem rudes et sordidi homines adiissent. Huc accedit, quod Apelliconem Aristotelis bibliothecam possedisse etiam Athenæus lib. V p. 214 D. testificatur (10). Quod enim alibi (lib. I, p. 3, A.) refert, Neleum Aristotelis scripta Ptolemæo Philadelpho vendidisse, id de apographis interpretandum videtur (11). Nempe licebat salva bibliotheca, cujus dominus erat, librorum apographa aliis vendere. Cæterum quod Strabo et Plutarchus affirmant, Peripateticos post Theophrastum hujus et Aristotelis operibus caruisse, aperte falsum est (12), quum etiam Ptolemæum Philadelphum, regem litteratissimum, omnia Aristotelei ingenii monumenta collegisse, in genera digessisse ac de Stagiritæ vita commentatum esse sciamus (13). Est autem verisimile Ptolemæum qui Aristoteli mille libros tribuebat, subditicios a genuinis non bene distinxisse. Quocirca Tyrannio et Andronicus id potissimum egisse videntur, ut nova operum Aristoteleorum recensione facta libellos, qui falso viderentur inscripti, tanquam subditicios familia submoverent, et consultis optimis exemplaribus quæ ab ipso Aristotele

Σύλλας ἦρε (leg. εἷλε) τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών· δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης, καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων, καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. — (9) Plutarchus vit. Sull. cap. 26 ἀναχθεὶς δὲ πάσαις ταῖς ναυσὶν ἐξ Ἐφέσου, τριταῖος ἐν Πειραιεῖ καθωρμίσθη· καὶ μυηθεὶς ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλίκωνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλίων ἦν, οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς. Λέγεται δέ, κομισθείσης αὐτῆς εἰς Ῥώμην, Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλά, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν Ῥόδιον Ἀνδρόνικον εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας. Οἱ δὲ πρεσβύτεροι Περιπατητικοὶ φαίνονται μεν καθ' ἑαυτους γενόμενοι χαρίεντες καὶ φιλόλογοι, τῶν δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφραστου γραμμάτων οὔτε πολλοῖς οὔτ' ἀκριβῶς ἐντετυχηκότες, διὰ τὸ τὸν Νηλέως τοῦ Σκηψίου κλῆρον, ᾧ τὰ βιβλία κατέλιπε Θεόφραστος, εἰς ἀφιλοτίμους καὶ ἰδιώτας ἀνθρώπους παραγενέσθαι — (10) Athenæus lib. V, p. 214 D. ἐκπέμψας γοῦν εἰς τὴν νῆσον Ἀπελλικῶντα τὸν Τήϊον, πολίτην δὲ Ἀθηναίων γενόμενον, ποικιλώτατόν τινα καὶ ἀψίκορον ζητήσαντα βίον· ὁτὲ μὲν γὰρ ἐφιλοσόφει καὶ τὰ περιπατητικὰ καὶ τὴν Ἀριστοτέλους βιβλιοθήκην καὶ ἄλλας συνηγόραζε συχνάς· ἦν γὰρ πολυχρήματος. — (11) Athenæus lib. I p. 3. A. ἦν δέ, φησί, καὶ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ ἀρχαίων Ἑλληνικῶν τοσαύτη ὡς ὑπερβάλλειν πάντας τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ τεθαυμασμένους, Πολυκράτην τε τὸν Σάμιον καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναίων τυραννήσαντα, Εὐκλείδην τε τὸν καὶ αὐτὸν Ἀθηναῖον καὶ Νικοκράτην τὸν Κύπριον, ἔτι δὲ τοὺς Περγάμου βασιλέας, Εὐριπίδην τε τὸν ποιητήν, Ἀριστοτέλην τε τὸν φιλόσοφον, καὶ τὸν τὰ τούτων διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα· παρ' οὗ πάντα, φησί, πριάμενος ὁ ἡμεδαπὸς βασιλεὺς Πτολεμαῖος, Φιλάδελφος δὲ ἐπίκλην, μετὰ τῶν Ἀθήνηθεν καὶ τῶν ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν καλὴν Ἀλεξάνδρειαν μετήγαγε. — (12) Vid. *Brandis* de scriptis Aristoteleis in Mus. Rhenan. Philol. I, 3 p. 236 seqq. et *Stahr*. Aristotelia tom. II. — (13) David. Comment. in Aristotelis Categ. p. 28, a scholl. Arist. ἐν οἷς ζητητέον καὶ τὸ γνήσιον διὰ τὴν γινομένην νοθείαν· νοθεύονται γὰρ τὰ βιβλία πενταχῶς· ἢ γὰρ δι' εὐγνωμοσυνην μαθητῶν τὰ οἰκεῖα συγγράμματα τοῖς οἰκείοις διδα-

exarata esse ferebantur, in adulterinæ editionis locum sinceram substituerent. Quid? quod ordinem librorum Aristoteleorum, qui nunc in nostris exemplaribus est, ab Andronico repetendum existimamus. Nam Porphyrius (14) in vita Plotini cap. 24 memoriæ prodit, Andronicum Aristotelis et Theophrasti volumina in tractatus distribuisse, ita ut affinis argumenti scripta conjungeret. Qui ordo præstat priori commentariorum perturbationi, quam servavit Diogenes Laërtius lib. V, 22-28 scriptionumque indici, quem exhibet incertus scriptor vitæ Aristotelis apud Menagium ad Diog. Laërt. lib. V, 35. Confitendum tamen, eum nonnullas dissertationes pro spuriis habuisse, quæ jure aliis philosophis ætate posterioribus genuinæ videbantur. Talis est disputatio de interpretatione, cujus auctoritatem tuetur Alexander (15) Aphrodisiensis. Adde quæ Boëthius et Simplicius in Categoriarum explicatione contra Andronici sententias disserunt.

Eudemus Rhodius (16), cujus supra mentionem feci, auditorum Aristotelis post Theophrastum præstantissimus fuit. Huic Ethica ad Eudemum creditur dedicasse, quæ alii malunt Εὐδήμεια vocari ab Eudemo, tanquam ab auctore. Et Aristoteli quidem hæc de moribus commentatio attribuitur in codicibus manu exaratis, nec non a Simplicio in Categorias et Favorino apud Laërtium (17) lib. V, 21, siquidem quod ibi ex septimo Ethicorum profertur, in septimo Eudemiorum exstat; item a Gemisto Plethone, qui post Nicomachea hoc opus scriptum putat, et illorum velut supplementum atque emendationem continere arbitratur. Sed quia rerum verborumque quandam ab Aristoteleo et dicendi et philosophandi genere dissimilitudinem habet, hoc antiquæ philosophiæ monumentum alii (18), in quibus et ego meum nomen profiteor, rectius Eudemo vindicant. Is autem non solum ad philosophiam pertractandam se dedit, sed mathematicas (19) etiam disciplinas et astrorum cognitionem (20) professus est. Adde quod multa fabulose de mundi origine in scriptis suis referens de deorum, qui partim apud Græcos partim apud barbaros coluntur (21), vi ac potestate disputavit. Philosophiæ studio ita tenebatur, ut unice in magistri operibus interpretandis versaretur (22) ejusque vestigia ubique premeret, nec nisi raro ab eo dissentiret. Scripsit vero varii argumenti volumina : Physica (23), Analytica, de categoriis (24), de interpretatione, de angulo, historiam arithmeticæ, geometriæ (25) et astrologiæ, de dictione atque alia, quorum

---

σκάλοις ἀνατιθέντων, ὡς τὰ Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους ἐπιγραφόμενα βιβλία, μὴ ὄντα Σωκράτους ἢ Πυθαγόρου ἀλλὰ Σωκρατικῶν καὶ Πυθαγορικῶν· ἢ διὰ φιλοτιμίαν βασιλικήν· Ἰοβάτους γὰρ τοῦ Λιβύων βασιλέως συνάγοντος τὰ Πυθαγόρου καὶ Πτολεμαίου τὰ Ἀριστοτέλους, τινὲς καπηλείας χάριν τὰ τυχόντα συγγράμματα λαμβάνοντες ἐκέδρουν καὶ ἔσηπον διὰ παραθέσεως νέων πυῤῥῶν (leg. μυῤῥῶν), ἵνα σχοῖεν δῆθεν τὴν ἐκ τοῦ χρόνου ἀξιοπιστίαν· ἢ δι' ὁμωνυμίας συγγραφέων ἢ συγγραμμάτων ἢ ὑπομνημάτων. Idem p. 22. a. δεύτερον τίς ἡ διαίρεσις τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων πολλῶν ὄντων, χιλίων τὸν ἀριθμόν, ὥς φησι Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἀναγραφὴν αὐτῶν ποιησάμενος καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὴν διάθεσιν. — (14) Porphyrius vit. Plotin. cap. 24 ὁ δὲ (Ἀνδρόνικος) τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταὐτὸν συναγαγών. — (15) Alexander Aphrodisiensis in libr. I Analyt. fol. 52. a. (Scholl. Arist. p. 161. b. ed. Brandis.) ἐν γὰρ τῷ περὶ Ἑρμηνείας (cap. 12) ἔδειξε τὰς τὸν τρόπον ἐχούσας ἄνευ τοῦ ἀποφατικοῦ προσκατηγορούμενον πάσας καταφάσεις εἶναι. Διὰ τοῦτο προσέθηκε τὸ « καθάπερ ἐλέχθη πρότερον ». Ἐξ ὧν καὶ αὐτῶν ἔνεστι δεικνύναι, ὅτι τὸ περὶ Ἑρμηνείας Ἀριστοτέλους ἐστίν, ἀλλ' οὐχ ὡς Ἀνδρόνικός φησιν. Ἦ καὶ ἐν τούτῳ προείρηκεν ἤδη περὶ τούτου, ὅτε ἔλεγε μὴ ἀντιστρέφειν τὴν καθόλου ἀποφατικήν. — (16) Diversus ab hoc fuit Eudemus Cyprius, Aristotelis familiaris, memoratus Ciceroni de divinat. lib. I cap. 25 quem defunctum honestavit Stagirites edito dialogo, qui inscribebatur Eudemus sive de anima. Vid. Fabric Bibl. Græc. vol. III p. 393 ed. Harles. et Wyttenbach. animadv. in Plutarch. Consolat. ad Apollonium p. 115. B. Eudemum autem Peripateticum, Galeni æqualem aliosque cognomines viros nemo cum Rhodio confundet. Cf. Fabric. l. c. p. 493. — (17) Diogenes Laërtius lib. V, 21 φησὶ δὲ Φαβωρῖνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, ὡς ἑκάστοτε λέγει, Ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν Ἠθικῶν ἐστι· καὶ ταῦτα μὲν εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται. — (18) Christianus Dreierus Metaphys. p. 347 egregius auctor, sive Theophrastus, sive Eudemus fuerit Moralium Eudemiorum. Franc. Patricius discuss. Peripatet. p. 25 et 40 Eudemi potius credendi sunt esse, cum præsertim stilo et rerum aliqua diversitate sint ab Nicomachiis differentes, a quibus videntur usurpasse quartum, quintum et sextum libros, qui iidem ipsi sunt et rebus et verbis cum quinto, sexto et septimo Nicomachiis. Cf. Jonsius de script. hist. phil. I, 15 et Herm. Fritzschius in præf. ad Ethica. Eudemi. — (19) Vid. fragm. 83-93. — (20) Vid. fragm. 94-98. — (21) Vid. fragm. 117. — (22) Simplicius in Phys. 29. a. ὁ Εὔδημος τῷ Ἀριστοτέλει πάντα κατακολουθῶν. — (23) Physica in tres libros divisa erant (neque enim plures a Simplicio citantur) in quibus Aristotelis Physicorum octo libros præter septimum explicaverat. Vid. fragm. 70. Solebat autem scriptorem duntaxat enarrare, raro suum interponere judicium aut aliquid addere, rarissime denique magistri sententiam impugnare, ut p. 35, 8 ubi Empedoclem contra Aristotelem defendit. — (24) Ammonius in Aristot. categ. fol. 13. a. δευτέρα δὲ (ἀφορμὴ τοῦ νοθεύεσθαι τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους) ἡ τῶν συγγραμμάτων ὁμωνυμία· οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ Εὔδημος καὶ Φανίας καὶ Θεόφραστος κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου γεγραφήκασι κατηγορίας καὶ περὶ ἑρμηνείας καὶ ἀναλυτικήν. David. præfat. ad categ. p. 19, 34 ed. Brandis. ἔγραψε γὰρ καὶ Θεόφραστος καὶ Εὔδημος περὶ κατηγοριῶν κατὰ μίμησιν τοῦ οἰκείου διδασκάλου. — (25) Proclus in Euclidem, quoties de veteribus philo-

fragmenta veteres servarunt. Tam laboriosi hominis chartæ si superessent, non est dubium, quin ad plenam veteris sapientiæ cognitionem consequendam multum valerent. Quamobrem laudibus ornandi sunt viri eruditi qui excerptos ex Eudemi commentariis locos et librorum reliquias colligere instituerunt.

Horum primus Christian. Aug. Brandisius in Scholiis Aristoteleis Berolini anno 1836 divulgatis partem fragmentorum edidit, reliqua tertio historiæ philosophiæ tomo anno 1860 inseruit. Inchoato operi successit Leonardus Spengelius qui excussis scriniis antiquis libellum in hoc genere omnibus suis numeris et partibus expletum Berolini a. 1866 et iterum 1870 publicavit. Qui quamvis optime de Eudemo esset meritus, tamen nihilominus totum opus rétractandum suscepi. Itaque pauca voluminum Eudemiorum capita, quæ consulto omiserat Spengelius, adjeci, verba græca castigavi, depravata restitui, denique non modo primarios Eudemi locos, sed etiam dicta Aristotelea, quæ apud Simplicium Rhodius philosophus exponit, e græco in latinum sermonem verti. Ita spero fore ut nova hæc Eudemi fragmentorum editio intelligentibus talium rerum existimatoribus probetur.

Andronicus Rhodius (26), de quo supra disserui, in successione ab Aristotele undecimus, simul Boëthi Sidonii præceptor (27), simul æqualis Tyrannionis qui a Lucullo captus est (28), Aristotelis et Theophrasti scripta primus digessit atque a Tyrannione emendata edidit (29). Apparet hominem eruditum, in recensendo Aristotele elaborantem, operam dedisse, ut genuina a spuriis discerneret, quum non modo disputationem de interpretatione (30), sed etiam postremam libelli de Categoriis partem

---

sophis geometriæ studiosis agit, multa Eudemi dicta, modo laudato illo auctore, modo nomine ejus prætermisso, usurpat; cujus generis aliquot exempla adjunxit Spengelius. Sed quoniam in lubrico versatur qui e mendoso Procli verborum contextu Rhodii philosophi fragmina exsculpere tentat, omnia illa quæ in isto doctissimi hominis commentario ad Eudemum auctorem forsitan referri possint, hic proponere nolui. Est enim hic labor futuris Procli editoribus suscipiendus. Paucis tamen utar exemplis. In fragm. 84 ait οἱ μὲν οὖν τὰς ἱστορίας ἀναγράψαντες μέχρι τούτου προάγουσι. τὴν τῆς ἐπιστήμης ταύτης τελείωσιν omisso Eudemi nomine, quod tamen addendum aut subaudiendum esse cum alii viderunt, tum Fabricius Bibl. Græc. vol. II p. 386. Tota enim illa narratio ex Eudemi historia geometriæ petita est. De Euclidis theoremate I, 23 p. 87 (fragm. 90) dicit πρόβλημα τοῦτο Οἰνοπίδου μὲν εὕρημα μᾶλλον, ὥς φησιν Εὔδημος et p. 99 (fragm. 92) Εὔδημος εἰς τοὺς Πυθαγορείους ἀναπέμπει τὴν τοῦδε τοῦ θεωρήματος εὕρεσιν. At idem p. 81 fusius de hoc problemate disputans adjicit καὶ ἔστι τὸ θεώρημα τοῦτο Πυθαγόρειον, haud dubie ex eodem Eudemo transcriptum. Jam non dubitabis cum Spengelio eidem auctori tribuere, quæ ad Euclid. I, 47 p. 110 dicuntur τῶν μὲν ἱστορεῖν τὰ ἀρχαῖα βουλομένων ἀκούοντες τὸ θεώρημα τοῦτο εἰς Πυθαγόραν ἀναπεμπόντων ἔστιν εὑρεῖν καὶ βουθυτεῖν λεγόντων αὐτῶν ἐπὶ τῇ εὑρέσει et paulo inferius p. 111 παραδέδονται δὲ καὶ μέθοδοί τινες τῆς εὑρέσεως τῶν τοιούτων τριγώνων, ὧν τὴν μὲν εἰς Πλάτωνα ἀναπέμπουσιν, τὴν δὲ εἰς Πυθαγόραν, ἢ (leg ἡ) ἀπὸ περιττῶν ἐστιν ἀριθμῶν· τίθησι γὰρ κτλ. p. 37 οἱ μὲν οὖν πολλοὶ γεωμέτραι τῆς διαιρέσεως ταύτης οὐκ ἔχουσιν ἀποδιδόναι λόγον, ἀλλ' ὑποθέσει χρῶνται καὶ ταύτῃ τρεῖς εἶναι γωνίας. Ἐπειδὰν δὲ τὴν αἰτίαν αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν, οὔ φασι χρῆναι παρ' αὐτῶν ἀπαιτεῖν· οἱ δὲ Πυθαγορικοὶ τῆς τριπλῆς διανομῆς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἀναφέροντες τὴν λύσιν, οὐκ ἀποροῦσιν αἰτίας ἀποδιδόναι καὶ ταύτης τῆς διαφορᾶς τῶν εὐθυγράμμων γωνιῶν· ἐπειδὴ γὰρ κτλ. p. 32 οἱ δέ γε Πυθαγόρειοι τῇ τριάδι προσήκειν αὐτήν. p. 10 τοῖς μὲν οὖν Πυθαγορείοις ἐδόκει τέτραχα διαιρεῖν τὴν ὅλην μαθηματικὴν ἐπιστήμην. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς περὶ τὸ ποσόν, τὸ δὲ περὶ τὸ πηλίκον ἀφορίζουσι, καὶ τούτων ἑκάτερον διττὸν τιθεμένοις. Τό τε γὰρ ποσὸν ἢ καθ' αὑτὸ τὴν ὑπόστασιν ἔχειν ἢ πρὸς ἄλλο θεωρεῖσθαι κατὰ σχέσιν, καὶ το πηλίκον ἢ ἑστὸς ἢ κινούμενον εἶναι. Adde Pythagoreorum et Philolai mentionem p. 7, 36, 46, 48. Porro Eudemus apud Proclum p. 19 laudat Leodamantem, de quo Proclus p. 58 μέθοδοι δὲ ὅμως παραδέδονται, καλλίστη μὲν ἡ διὰ τῆς ἀναλύσεως ἐπ' ἀρχὴν ὁμολογουμένην ἀνάγουσα τὸ ζητούμενον, ἣν καὶ ὁ Πλάτων, ὥς φασι, Λεωδάμαντι παρέδωκεν· ἀφ' ἧς καὶ ἐκεῖνος πολλῶν κατὰ γεωμετρίαν εὑρετὴς ἱστόρηται γενέσθαι. p. 22 ἤδη δὲ τῶν παλαιῶν οἱ μὲν πάντα θεωρήματα καλεῖν ἠξίωσαν, ὡς οἱ περὶ Σπεύσιππον καὶ Ἀμφίνομον ἡγούμενοι ταῖς θεωρητικαῖς ἐπιστήμαις οἰκειότερον εἶναι τὴν τῶν θεωρημάτων προσηγορίαν ἢ τὴν τῶν προβλημάτων· οἱ δὲ ἀνάπαλιν πάντα προβλήματα λέγειν ἐδικαίουν, οἱ περὶ Μέναιχμον μαθηματικοί κτλ. p. 23 οἱ δὲ περὶ Ξενόδοτον τὸν προσήκοντα τῇ Οἰνοπίδου διαδοχῇ, τῶν μαθητῶν δὲ Ἀνδρῶνος (leg. Ἀνδρώνιος) διορίζονται τὸ θεώρημα τοῦ προβλήματος. Cf. p. 31, item p. 21 πάλιν δὲ τὸ στοιχεῖον λέγεται διχῶς, ὥς φησιν ὁ Μέναιχμος. Hæc atque alia Eudemo assignabimus. Similiter Eutocius ad Archimedem Archytæ demonstrationem ab Eudemo mutuatus est. Nam secundum problema κώνου δοθέντος ἢ κυλίνδρου σφαῖραν εὑρεῖν τῷ κώνῳ ἢ τῷ κυλίνδρῳ ἴσην solvit Archimedes p. 132 ed. Oxon. ubi Eutocius aliorum quoque mathematicorum solutiones appositis figuris affert, de Archyta autem ita scribit: ἡ Ἀρχύτου εὕρεσις ὡς Εὔδημος ἱστορεῖ. Vid. fragm. 91. —

(26) Strabo lib. XIV p. 655 ed. Casaub. de Rhodo insula loquens super viris illustri laude celebratis hæc scribit: ἄνδρες δ' ἐγένοντο μνήμης ἄξιοι πολλοὶ στρατηλάται τε καὶ ἀθληταί, ὧν εἰσι καὶ οἱ Παναιτίου τοῦ φιλοσόφου πρόγονοι· τῶν δὲ πολιτικῶν καὶ τῶν περὶ λόγους καὶ φιλοσοφίας ὅ τε Παναίτιος αὐτὸς καὶ Στρατοκλῆς καὶ Ἀνδρόνικος ὁ ἐκ τῶν περιπάτων καὶ Λεωνίδης ὁ στωικός· ἔτι δὲ πρότερον Πραξιφάνης καὶ Ἱερώνυμος καὶ Εὔδημος.

(27) Cf. Ammonius in Categorias p. 2 et 5 nec non Alexander Aphrodisiensis de anima pag. 154. De hoc Strabo lib. XVI p. 757 καθ' ἡμᾶς δὲ ἐκ Σιδόνος μὲν ἔνδοξοι φιλόσοφοι γεγόνασι Βοηθός τε, ᾧ συνεφιλοσοφήσαμεν ἡμεῖς τὰ Ἀριστοτέλεια, καὶ Διόδοτος, ἀδελφὸς αὐτοῦ. — (28) Plutarchus vit. Lucull. cap. 19 vol. III p. 304 ed. Hutten. τότε καὶ Τυραννίων ὁ γραμματικὸς ἑάλω. Adde Suidam v. Τυραννίων. — (29) Vid. adn. 9 et 14. — (30) teste Alexandro Aphrodisiensi in lib. I Analyticorum.

Aristotelis esse negaret (31), licet hi commentarii aliis a Stagirite compositi esse viderentur. De disputatione illa sic Boëthius II, p. 284 : « Andronicus librum hunc Aristotelis esse non putat, quem Alexander vere fortiterque redarguit; quem quum exactum diligentemque Aristotelis librorum et judicem et repertorem judicarit antiquitas, cur in hujus libri judicio sit falsus, prorsus est magna admiratione dignissimum. Non esse namque proprium Aristotelis hinc conatur ostendere, quoniam quædam Aristoteles in principio libri hujus de intellectibus animi tractat, quos intellectus animæ passiones vocavit. His Alexander multa alia addit argumenta cur hoc opus maxime Aristotelis esse videatur. Ea namque dicuntur hic quæ sententiis Aristotelis quæ sunt de enuntiativa oratione consentiant. Illud quoque quod stilus ipse propter brevitatem pressior ab Aristotelis obscuritate non discrepat; et quod Theophrastus, ut in aliis solet quum de similibus rebus tractat, quæ scilicet ab Aristotele ante tractatæ sunt, in libro quoque de Affirmatione et Negatione iisdem aliquibus verbis utitur quibus in hoc libro Aristoteles usus est. Idem quoque Theophrastus dat signum hunc Aristotelis librum esse : in omnibus enim de quibus ipse disputat post magistrum, leviter ea tangit quæ ab Aristotele dicta ante cognovit, alias vero diligentius res non ab Aristotele tractatas exsequitur. Hic quoque idem fecit. Addit quoque hanc causam, quia Aristoteles quidem de syllogismo scribere animatus nunquam id recte facere potuisset, nisi quædam de propositionibus annotaret. » Hæc ille cujus sententiæ album calculum adjicimus.

Porro Andronicus in eo volumine quo usus est Gellius, qualis esset differentia librorum ἐξωτερικῶν et ἀκροαματικῶν explanavit, atque Alexandri et Aristotelis quæ ferebantur epistolas proposuit (32). Præterea Rhodii philosophi *de divisione* libellmu integrum inseruerat Porphyrius suis in Platonis Sophistam commentariis, teste Boëthio in principio libri de divisione. Idem Andronicus in opere nescio quo neque corporeum judicaverat animum, neque loco conclusum esse, neque scindi posse (33). Inter veteres categoriarum interpretes Simplicius (34) Andronicum numerat, quem paraphrasi illam Aristotelis commentationem explicasse videmus. Est autem probabile eum similiter Physica (35) interpretatum esse. Restat, ut de Ethicorum Nicomacheorum paraphrasi quæ Andronico Rhodio tribuitur, dicamus. Hanc primum sine auctoris nomine Lugduni Batavorum a. 1607, deinde adjecto Andronici Rhodii nomine additaque sua translatione latina edidit Daniel Heinsius a. 1617. Nempe in codice quem pervolutaverat titulum Ἀνδρονίκου Ῥοδίου Περιπατητικοῦ φιλοσόφου scriptum quidem, sed indocti hominis manu exaratum invenerat. Jam vero ea est hujus opusculi elegantia, ut jure Andronicum ejus auctorem agnoscere queamus. Itaque etiam Heinsii industria laudata est a Casaubono (36), quod egregiam paraphrasin quæ longe præstaret Eustratio, in lucem protulisset. Unus Salmasius (37) rem in controversiam vocavit. Namque infitias ivit illud opusculum posse veteri Peripatetico assignari, quia Aristotelis locum Ethic. Nicom. I, 13, 9 perperam esset interpretatus. At unus et alter locus male acceptus hoc nobis non probat, præsertim

** Ἔστι μὲν οὖν ἡ ἐλευθεριότης ἡ μεσότης, ὑπερβολὴ δὲ ἡ ἀσωτία, ἔλλειψις δὲ ἡ ἀνελευθεριότης. Ἡ μὲν οὖν ἀσωτία τῷ διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῷ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει· ἡ δὲ ἀνελευθεριότης τῷ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῷ δὲ διδόναι ἐλλείπει.

*** Ἀμφοτέρων δὲ οὐσῶν ἔξω τοῦ δέοντος, χείρων ἐστὶν ἡ ἀνελευθεριότης τῆς ἀσωτίας. Ἡ γὰρ ἀσωτία πρῶτον μὲν οὐ δύναται παραμένειν, ἀλλὰ εὐχερῶς ἀφίσταται, τῆς ὕλης δαπανηθείσης· (ὁ γὰρ πλοῦτος ταχέως ἐπιλείπει τοὺς δαπανῶντας ἰδιώτας, διδόντας μὲν ἀμέτρως, λαμβάνοντας δὲ οὐδαμόθεν·) ἡ δὲ ἀνελευθεριότης οὐδαμῶς· οὔτε γὰρ αὐξανομένου τοῦ πλούτου βελτίων ὁ ἀνελεύθερος γίνεται, καὶ δαπανωμένου πολλῷ χείρων. Ἔπειτα καὶ ὑπὸ τῆς ἡλικίας καὶ ὑπὸ τῆς πείρας τῶν ἀπὸ τῆς ἀπορίας κακῶν ἰαθῆναι τὸν ἄσωτον δυνατόν, καὶ πρὸς τὸ μέσον ἐλθεῖν· ἐγγὺς γάρ ἐστι τοῦ μέσου (καὶ γὰρ δίδωσι, καὶ οὐ λαμβάνει, εἰ καὶ μὴ ὡς δεῖ, καὶ οἷς οὐ δεῖ·) ὥστε εἰ τοῦτο μόνον ἐθισθείη, διδόναι οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, εἴη ἂν ἐλευθέ-

Cap. II.

Majus malum esse illiberalitatem quam profusionem.

Mediocritas ergo est liberalitas, quemadmodum effusus sumtus profusio, defectus vero illiberalitas. Ac profusio quidem donando et non accipiendo modum excedit, accipiendo autem deserit : contra illiberalitas accipiendo modum excedit, donando vero deserit.

Quum autem utraque extra viri boni officium sit, pejor tamen profusione est illiberalitas. Primum enim profusio diu permanere nequit, sed consumta materia facile deficit : (cito videlicet homines plebejos, qui assiduos sumtus faciunt, facultates destituunt, præsertim si large donent neque quidquam aliunde accipiant :) neutiquam vero illiberalitas : neque enim si crescant opes, melior illiberalis efficitur et si consumantur, multo deterior. Deinde ætate eorumque quæ egestatem sequi solent malorum experientia, sanari potest prodigus et ad mediocritatem pervenire, a qua non longe abest : (nam et donat et non accipit, quamvis non ut debet, et quibus non debet :) quapropter si huic tantum rei assuescat, ut iis quibus oportet dona det et quemadmo-

* Ἐὰν δὲ παρὰ τὸ δέον καὶ τὸ καλῶς ἔχον συμβαίνῃ κτλ — ** Εἴρηται δ' ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαί κτλ. — *** Τὰ μὲν οὖν τῆς ἀσωτίας κτλ.

ριος· καὶ δώσει οἷς δεῖ, καὶ οὐ λήψεται ὅθεν οὐ δεῖ. Διὰ τοῦτο ὁ ἄσωτος οὐ δοκεῖ φαῦλός τις εἶναι τὸ ἦθος· οὐ γὰρ μοχθηροῦ καὶ ἀγεννοῦς τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῷ διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν, ἠλιθίου δέ. Διὰ τοῦτο βελτίων ὁ ἄσωτος τοῦ ἀνελευθέρου· καὶ διὰ τὰ εἰρημένα, καὶ ὅτι ὁ μὲν ἄσωτος πολλοὺς ὠφελεῖ, [a] ὁ δὲ ἀνελεύθερος οὐδένα, ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτόν. Ἄσωτον δὲ λέγω, ὃς ὑπερβάλλει μὲν τῷ διδόναι, ἐλλείπει δὲ τῷ λαμβάνειν, ὃν ὑπεθέμεθα ἄκρον εἶναι πρὸς τὸν ἐλευθέριον. Πολλοὶ γὰρ ἄσωτοι καὶ ἀνελεύθεροί εἰσιν, ὑπερβάλλοντες ὁμοίως καὶ τῷ λαμβάνειν καὶ τῷ διδόναι· ληπτικοὶ γάρ εἰσι διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν ἀναλίσκειν, εὐχερῶς δὲ τοῦτο μὴ ποιεῖν· ταχέως γὰρ ἐπιλείπει αὐτοὺς τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἀναγκάζονται ἑτέρωθεν πορίζειν· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ φροντίζειν τοῦ δέοντος, πανταχόθεν καὶ ὡς ἔτυχε λαμβάνουσι. Διδόναι γὰρ ἐπιθυμοῦσι μόνον· τὸ δὲ πῶς δεῖ καὶ πόθεν λαμβάνοντας οὐδὲν προσπεριεργάζονται. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐλευθέριοί εἰσιν αἱ δόσεις αὐτῶν· οὐ γὰρ καλαί, οὐδὲ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, οὐδὲ ὡς δεῖ· ἀλλ' ἐνίοτε οὓς δεῖ πένεσθαι, τούτους πλουσίους ποιοῦσι, τοῖς δὲ μετρίοις τὰ ἤθη οὐδὲν ἂν δοῖεν· τοῖς κόλαξι δὲ ἢ ἄλλην τινὰ ἡδονὴν αὐτοῖς προξενοῦσι πολλὰ παρέχουσιν. Διὸ καὶ ἀκόλαστοί εἰσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ ἄσωτοι. Διὰ γὰρ τὸ μὴ ζῆν [b] κατὰ λόγον πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποκλίνουσι, διὰ δὲ τὸ ἐθισθῆναι πολλὰ δαπανᾶν, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροὶ γίνονται· ὥστε σφόδρα ἀκόλαστοι εἶναι. Ὁ μὲν οὖν ἄσωτος ἀπαιδαγώγητος γινόμενος εἰς τοσοῦτον ἔρχεται πονηρίας· παιδαγωγηθεὶς δὲ καὶ τυχὼν ἐπιμελείας εἰς τὸ δέον ἀφικέσθαι δύναται.

* Ἡ δὲ ἀνελευθεριότης ἀνίατός ἐστιν· οὐ γάρ ἐστιν ἐλπὶς ἀπὸ πλείονος πείρας ἢ ἡλικίας τινὸς βελτίονα γενέσθαι τὸν ἀνελεύθερον. Τὸ γὰρ πεῖραν λαβεῖν τῶν ἐν τῷ βίῳ, καὶ τὸ γῆρας, καὶ τὰ ἐκ τοῦ γήρως κακά, καὶ πᾶσα ἀδυναμία, καὶ κακοπάθεια πολλῷ μείζω ποιεῖ τὴν ἀνελευθεριότητα. Καὶ ἄλλως δὲ μᾶλλον πεφύκασιν οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὴν ἀνελευθεριότητα, ἢ πρὸς τὴν ἀσωτίαν· οἱ γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων φιλοχρήματοι καὶ ἀνελεύθεροί εἰσι· διδόασι δὲ οὐ σφόδρα πολλοί· ἐλάχιστοι δὲ οἱ ἄσωτοι. Διὰ τοῦτο τοίνυν πολλῷ βελτίων ἡ ἀσωτία τῆς ἀνελευθεριότητος· φαίνεται γὰρ ἀπὸ τούτων ἐγγύτερον οὖσα τοῦ μέσου.

** Καὶ χωρὶς δὲ τούτων καὶ πολυειδές τι κακὸν ἡ ἀνελευθεριότης· πολλοὶ γὰρ τρόποι δοκοῦσι τῆς ἀνελευθεριότητος εἶναι. Ἐπεὶ γὰρ περὶ λῆψιν καὶ δόσιν ἐστίν, οἱ μὲν τῶν ἀνελευθέρων περὶ τὴν δόσιν φαύλως ἔχουσιν, οἱ δὲ περὶ τὴν λῆψιν· οἱ μὲν γὰρ οὔτε οὐδενὶ διδόασιν, οὔτε λαμβάνειν βούλονται παρ' οὐδενός. Οἱ μὲν διά τινα ἐπιείκειαν, καὶ ἵνα μὴ ἀναγκασθῶσι πρᾶξαί τι αἰσχρόν· οἱ δὲ φοβούμενοι, μήποτε καὶ δοῦναί

dum oportet, liberalis sit : nam et quibus erit dandum, dabit, neque unde accipere nefas erit, accipiet. Itaque prodigus non male moratus esse videtur : non enim improbi aut humilis et degeneris hominis est, sed stulti potius, largiendo et non accipiendo ultra modum progredi. Quocirca prodigus avaro melior est, cum propter ea quæ dicta sunt, tum quia prodigus multis prodest, avarus vero nemini, ac ne sibi ipsi quidem. Prodigum nimirum intelligo, qui dando modum excedit, accipiendo autem deserit, quem respectu liberalis in ejus rei fastigio stare posuimus. Quippe multi et prodigi sunt et liberales, qui accipiendo simul et dando modum excedunt : sunt enim ad accipiendum proclives propterea quod, quum sumtus facere velint, hoc assequi non facile possunt : nam cito eos facultates deficiunt, ideoque aliunde comparare coguntur : simulque quia officio suo desunt parum solliciti de æquo et bono, undique ac temere corradunt. Nam sola largiendi cupiditate flagrant; sed quomodo et unde accipere debeant quod largiantur, non curiose quærunt. Quare ne liberales quidem sunt eorum donationes, quia neque honestæ sunt, neque honesti causa fiunt, nec ut par est : sed interdum quos homines oportebat pauperes esse, hos fortunis locupletant, et quum iis qui temperatis et moderatis moribus sint nihil donent, assentatores aliarumve voluptatum ministros muneribus explent. Quare etiam intemperantes sunt plerumque prodigi. Etenim quia vitam ad rationis normam non dirigunt, ad voluptates propensiores evadunt, et quia maxima impendia facere consueverunt, etiam in res venereas pecuniam impendunt, ita ut admodum intemperantes sint. Prodigus ergo, si custode et magistro careat, eo improbitatis procedit : si vero erudiatur et magistri alicujus cura ac diligentia nitatur officii partes implere poterit.

Illiberalitas autem et avaritia insanabilis videtur : neque enim spes est, aut majore experientia aut ætate progrediente illiberalem ad meliorem frugem se recepturum. Namque usus rerum quæ in hominum vita eveniunt, præterea senectus et senectutis mala, omnisque imbecillitas et calamitas illiberalitatem multo majorem efficiunt. Alioquin autem natura hoc ita comparatum est, ut homines ad illiberalitatem potius, quam ad profusionem inclinent : plerique enim homines avari et illiberales sunt : neque admodum multi sunt qui donent, paucissimi denique prodigi. Quamobrem multo melior illiberalitate profusio videtur : quia ex his satis apparet, propius eam a medio abesse.

Præter hæc autem multiforme etiam malum illiberalitas est : multa enim genera multique modi avaritiæ videntur esse. Nam quum in accipiendo et dando cernatur, illiberales alii in dando, alii in accipiendo male versantur : sunt enim qui neque dent quidquam aliis neque accipere quidquam ab aliis velint. Horum quidam tum æquitate et modestia adducti, tum ne quid aliquando turpe admittere cogantur : alii metuentes, ne quid ali-

* Ἡ δ' ἀνελευθερία ἀνίατός ἐστι κτλ. — ** Πολλοὶ γὰρ τρόποι δοκοῦσι τῆς ἀνελευθερίας εἶναι κτλ

ποτε ἀναγκασθῶσιν, διότι λαμβάνουσιν· ἀγαπῶσιν οὖν τὸ μήτε λαμβάνειν μήτε διδόναι.

* Καλοῦνται δὴ οὗτοι φειδωλοί, γλίσχροι, κίμβικες, ὅσοι τῇ δόσει ἐλλείπουσι· τούτων δὲ καὶ ὁ κυμινοπρίστης.

** Ἕτεροι δὲ τῇ λήψει ὑπερβάλλουσιν, ὅσοι πάντα τὰ αἰσχρὰ καὶ ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν, ἵνα τι λάβωσιν, οὐχ ὡς δεῖ, οὐδὲ παρ' ὧν δεῖ. Οὗτοι δὲ πάντες αἰσχροκερδεῖς καλοῦνται· οἷοί εἰσιν οἱ πορνοβοσκοί, καὶ οἱ τοκισταί, καὶ οἱ κυβευταί, καὶ οἱ λωποδύται, καὶ οἱ λῃσταί· [c] πάντες γὰρ ἕνεκα κέρδους καὶ τούτου μικροῦ μεγάλα ὑπομένουσιν ὀνείδη. Οἱ γὰρ μεγάλων ἕνεκα κερδῶν τὰ τοιαῦτα ὑπομένοντες καὶ λαμβάνοντες ὅθεν οὐ δεῖ, οὐδὲ ὡς δεῖ, οὐκ αἰσχροκερδεῖς, ἀλλὰ πονηροὶ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἄδικοι καλοῦνται· οἷοί εἰσιν οἱ τύραννοι, καὶ οἱ τὰς πόλεις πορθοῦντες, καὶ ἱερὰ συλῶντες. Ὁ γὰρ κυβευτὴς λαμβάνει μὲν ὅθεν οὐ δεῖ· παρὰ τῶν φίλων γάρ, οἷς δεῖ διδόναι· μικρὰ δέ, καὶ διὰ τοῦτο αἰσχροκερδής· καὶ ὁ λῃστὴς μεγάλους μὲν ὑπομένει κινδύνους, ἀλλὰ μικροῦ λήμματος ἕνεκα· ὁμοίως καὶ ὁ λωποδύτης, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος.

*** Εἰκότως οὖν ἡ ἀνελευθεριότης τῇ ἐλευθεριότητι ἐναντίον λέγεται· ὅτι τε μᾶλλον ἀφέστηκεν αὐτῆς, ἢ ἡ ἀσωτία, (ἐναντιώτερον γάρ ἐστιν αὐτῆς, διότι μεῖζον κακόν ἐστιν, ἢ ἡ ἀσωτία,) καὶ ὅτι κατὰ πλείονας τρόπους ἁμαρτάνουσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ ταύτην, ἢ περὶ τὴν ἀσωτίαν.

(Scripsi: [a] ὠφελεῖ] cod. ὠφελεῖ. — [b] ζῆν] cod. ζῆν. — [c] λῃσταί] cod. λησταί.)

Κεφ. γ'.

Περὶ μεγαλοπρεπείας.

**** Περὶ μὲν οὖν ἐλευθεριότητος καὶ τῶν ἀντικειμένων κακιῶν τοσαῦτα εἰρήσθω· ἀκόλουθον δ' ἂν εἴη μετὰ ταῦτα περὶ μεγαλοπρεπείας διεξελθεῖν· ἔοικε γὰρ ἡ μεγαλοπρέπεια τῇ ἐλευθεριότητι, καθόσον καὶ αὐτὴ περὶ χρήματά ἐστι καὶ περὶ δαπάνας χρημάτων.

***** Διαφέρει δέ, ὅτι ἡ μὲν ἐλευθεριότης καὶ περὶ δόσεις, καὶ περὶ λήψεις, καὶ δαπάνας ἐστίν, ἡ δὲ μεγαλοπρέπεια περὶ δαπάνας μόνον· καὶ ἡ μὲν ἐλευθεριότης περὶ δαπάνας ὀλίγων χρημάτων καὶ μικρῶν, ἡ δὲ μεγαλοπρέπεια περὶ μεγάλων καὶ πολλῶν· καθάπερ δηλοῖ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τῆς μεγαλοπρεπείας· ἔστι γὰρ δαπάνη μεγέθει πρέπουσα. Τὸ δὲ μέγεθος οὐκ ἔστι τὸ αὐτὸ πᾶσι τῆς δαπάνης· οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ μέγεθος πᾶσι προσήκει, ἀλλὰ ἀνάλογον. Οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ δαπάνημα προσήκει τριηράρχῳ καὶ τῷ ἀρχιθεώρῳ· [a] ἀλλ' ἑκατέρῳ τὸ πρέπον τῷ μεγέθει τῆς ἀρχῆς, ὅπερ ἑκάτερος ἀναλώ-

quando dare cogantur, quia accipiunt, neque accipere neque dare cupiunt.

Dicuntur vero hi parci, tenaces, sordidi, qui in largiendo modum deserunt: inter quos est et cuminisector quem vocant. Alii rursus accipiendo modum excedunt, quia omnia turpia et admittunt et patiuntur, ut aliquid accipiant, idque neque ut oportet, neque a quibus oportet. Hi autem omnes turpi lucro dediti vocantur: quales sunt lenones, feneratores, aleatores, grassatores, qui obvios spoliant, et latrones; quorum nemo est qui non propter quæstum, eumque exiguum, magnum dedecus subeat. Nam qui magni lucri causa talia sustinent, quique nec unde, nec quemadmodum oportet accipiunt, non turpi lucro dediti, sed improbi et impii et injusti appellantur; quales sunt tyranni, urbium eversores, et qui deorum templa expilant. Nam aleator accipit, unde non oportet: nimirum ab amicis, quibus dare eum oportebat: sed non magnum quæstum facit, ideoque turpiter lucratur: quin etiam magna pericula adit latro, sed parvi lucri causa: similiter et grassator qui obvios spoliat, et si quis alius hujus generis est.

Merito ergo illiberalitas liberalitati contraria dicitur: tum quod longius absit ab ea quam profusio, (magis enim illi est contraria, quia majus malum est quam profusio,) tum quod pluribus modis in hac, quam in profusione homines peccent.

Cap. III.

De magnificentia.

Ac de liberalitate quidem vitiisque oppositis dictum sit hactenus: superest, ut deinceps de magnificentia disseramus: quippe magnificentia ad liberalitatis similitudinem accedit, quatenus et ipsa circa pecuniam ejusque erogationem versatur.

Sed eo inter se differunt, quod liberalitas in dando accipiendoque et sumtu faciendo, magnificentia tantum in sumtu faciendo versatur: deinde in paucis nec ita magnis sumtibus cernitur liberalitas, in magnis contra multisque magnificentia, quemadmodum ipsum quoque magnificentiæ nomen declarat: est enim sumtus magnitudine præstans. In omnibus autem non est eadem sumtus magnitudo: quia non omnibus eadem magnitudo convenit, sed apta. Neque enim idem sumtus trierarchum et spectaculorum aut sacrorum præfectum decet: sed qui imperii utriusque magnitudini consentaneus est,

* Οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις κτλ. — ** Οἱ δ' αὖ κατὰ τὴν κτλ. — *** Εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι κτλ. — **** Cap. 2. Δόξειε δ' ἂν ἀκόλουθον εἶναι κτλ. — ***** Οὐχ ὥσπερ δ' ἡ ἐλευθεριότης διατείνει κτλ.

σας ὡς δεῖ, καὶ περὶ ἃ δεῖ, μεγαλοπρεπὴς λέγεται. Ὁ γὰρ τὰ πρέποντα μὲν δαπανῶν καὶ ἑαυτῷ καὶ τῷ λαμβάνοντι, μὴ μεγάλα δέ, οὐ λέγεται μεγαλοπρεπής, ἀλλὰ ἐλευθέριος· οἷός ἐστιν ὁ λέγων·

Πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ· [b]

ἀλλ' ὁ μεγάλα δαπανῶν καὶ πρέποντα καὶ ἑαυτῷ καὶ τῷ λαμβάνοντι. Ὥστε τὸν μὲν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἐλευθέριον εἶναι, τὸν δὲ ἐλευθέριον, οὐ πάντως μεγαλοπρεπῆ.

* Ταύτης δὲ τῆς ἕξεως ἡ μὲν ἔλλειψις μικροπρέπεια καλεῖται· ἡ δὲ ὑπερβολὴ βαναυσία καὶ ἀπειροκαλία, καὶ ὅσαι τοιαῦται, αἵτινες γίνονται οὐ διὰ τὸ ὑπερβάλλειν τὴν μεγαλοπρέπειαν τῷ μεγέθει τῆς δαπάνης τῆς προσηκούσης, ἀλλὰ τῷ δαπανᾷν ἐν οἷς οὐ δεῖ, καὶ οὐχ ὡς δεῖ. Καὶ περὶ μὲν τῶν παρ' ἑκάτερα τῆς μεγαλοπρεπείας κακιῶν ὕστερον ἀκριβέστερον ἐροῦμεν· λέγωμεν δὲ περὶ τῆς μεγαλοπρεπείας.

** Ἔστι τοίνυν ὁ μεγαλοπρεπής, καθάπερ ἐπιστήμων, θεωρῶν πάντα κατὰ λόγον, καὶ τάττων μετὰ τοῦ πρέποντος κανόνος· δαπανήσει γὰρ τὰ μεγάλα ἐμμελῶς, καὶ ὡς προσῆκεν. Αἱ γὰρ κατὰ τὴν ἕξιν ἐνέργειαι τῇ ἕξει ἀκολουθοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἕξις ταῖς ἐνεργείαις ὁρίζεται, καθὼς εἴρηται ἐν ἀρχῇ· ὥστε καὶ αὐτοῦ τοῦ μεγαλοπρεποῦς δαπάναι μεγάλαι καὶ πρέπουσαι τῷ μεγαλοπρεπεῖ, καὶ τῷ ἔργῳ, οὗ ἕνεκα δαπανῶνται, μεγάλῳ καὶ αὐτῷ ὄντι. Καὶ οὕτως ἔσονται αἱ δαπάναι μὲν τῷ ἔργῳ πρέπουσαι, τὸ δὲ ἔργον ταῖς δαπάναις προσῆκον. Εἰ δὲ δεῖ τὸ ἕτερον ὑπερβάλλειν, τὸ ἔργον· τοῦτο γὰρ μᾶλλον προσήκει τῷ μεγαλοπρεπεῖ. Ταῦτα δὲ ὁ μεγαλοπρεπὴς δαπανήσει, πρῶτον μὲν τοῦ καλοῦ ἕνεκα, (ὅπερ κοινόν ἐστι πᾶσι τοῖς σπουδαίοις,) ἔπειτα ἡδέως καὶ προετικῶς, μηδὲν ἀκριβολογούμενος· ἡ γὰρ ἀκριβολογία μικροπρεπές. Ὁ δὲ μεγαλοπρεπὴς περὶ μὲν τοῦ ἔργου σκέψεται, ὅπως ἄριστον γένοιτο καὶ πρεπωδέστατον, καὶ τούτου χάριν ὁ πλεῖστος λόγος αὐτῷ. Περὶ δὲ τῆς δαπάνης, ὅση προσήκει τῷ ἔργῳ, καὶ περὶ τοῦ μηδὲν πλέον ἀναλωθῆναι, ἀλλὰ γενέσθαι δι' ὅσων μάλιστα ἐνδέχεται ἐλαχίστων, οὐ τοσοῦτον ποιεῖται λόγον· μικροπρεπὲς γὰρ τὸ τοιοῦτον. Ἀνάγκη δέ, καθὼς εἴρηται, τὸν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἐλευθέριον εἶναι, εἰ καὶ ὁ ἐλευθέριος οὐκ ἔστι μεγαλοπρεπής· δαπανᾷ γὰρ ὁ μεγαλοπρεπὴς ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ· τοῦτο δέ ἐστιν ὁ ἐλευθέριος· μεγάλα δὲ καὶ μεγάλων ἕνεκα, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον τοῦ μεγαλοπρεποῦς. Πολλάκις γὰρ καὶ διὰ τῆς αὐτῆς δαπάνης ὁ μεγαλοπρεπὴς οὐ τὸ αὐτὸ ἔργον ποιεῖ τῷ ἐλευθερίῳ, ἀλλὰ μεγαλοπρεπέστερον· οἷον, φέρε εἰπεῖν, θεραπεῦσαι τὸ θεῖον δεήσαν, ὁ μὲν ἐλευθέριος χρυσοῦν τι σκεῦος ποιήσει, καὶ λίθους τιμίους ἐγκολλήσει τῷ σκεύει· ὁ δὲ μεγαλοπρεπὴς ναὸν μέγαν καὶ καλὸν οἰκοδομήσει, ἢ ἀνδριάντας ἀναστήσει, ἢ γεφύρας οἰκοδομήσει, ἢ ἄλλο τι [c] μέγα καὶ θαυμαστὸν

quo ut oportet et in quæ oportet facto magnificus appellatur. Nam qui impensas tum sibi tum accipienti convenientes facit, non magnas tamen, non magnificus dicitur, sed liberalis : qualis ille est qui ait :

Mendicoque vago dare sæpe solebam :

sed qui impensas magnas easque tam sibi quam accipienti convenientes facit. Quamobrem magnificus etiam liberalis est : at liberalis non est utique magnificus.

Hujus vero habitus defectus indecora parsimonia vocatur : at ejus abundantia inepta magnificentia et elegantiæ inscitia nominatur, et si quæ ejusmodi sunt, quæ committuntur, non quod sumtus idonei magnitudine excedant magnificentiam, sed quia in quæ non oportet et non ut oportet eos insumunt. Et de iis quidem, quibus utrinque cincta est vitiis magnificentia postea accuratius agemus : nunc de ipsa magnificentia dicamus.

Magnificus igitur, tanquam intelligens, ex rationis præscripto omnia considerat, et ad normam quasi idoneam dirigit ; nam sumtus magnos quidem illos faciet, sed concinne et ut oportet. Quippe actiones ad habitum accommodatæ habitum sequuntur, ideoque habitus actionibus definitur, ut initio diximus : itaque sumtus quoque hominis magnifici et magni sunt et simul operi ejus, quod magnum quoque esse oportet, cujus causa impenduntur, convenientes. Atque ita sumtus operi, opus sumtibus respondebit. Quodsi alterum necesse est justam magnitudinem excedere, id opus erit : hoc enim magis decet magnificum. Sumtus autem hos magnificus faciet primum honestatis causa, (quod quidem omnibus bonis commune est,) deinde etiam libenter et prolixe, haudquaquam inita accuratius subductaque ratione : quippe omnia ad calculos vocare, indecoræ parsimoniæ est. Magnificus vero de ipso quidem opere deliberabit, quomodo illud optimum et maxime decorum efficiatur : atque hoc potissimum considerat. De sumtu vero qui requiritur in opere, vel ne quid plus impendat quam conveniat, sed ut efficiatur quam minima impensa facta, non tantopere sollicitus est aut curat : nam tale quid indecoræ parsimoniæ est. Verum necesse est, ut supra diximus, liberalem etiam esse eum qui sit magnificus, quamvis qui liberalis est non sit magnificus : sumtus enim facit magnificus, quos, et quemadmodum, et quum oportet : quod commune habet cum eo liberalis : sed et magnos et in res magnas, quod proprium est magnifici. Iisdem videlicet sæpenumero sumtibus non idem opus magnificus facit quod liberalis, sed magnificentius : exempli gratia, si de deorum cultu cogitandum est, liberalis vas aliquod aureum caris lapillis distinctum conficiet : at magnificus templum magnum et pulchrum ædificabit, aut statuas ponet, aut pontes in fluvio faciet, aut aliud quid magnum et admirabile

* Τῆς τοιαύτης δ' ἕξεως ἡ μὲν ἔλλειψις κτλ. — ** Ὁ δὲ μεγαλοπρεπὴς ἐπιστήμονι ἔοικε κτλ.

διὰ τῆς ἴσης δαπάνης ἐργάσεται· καὶ τὸ μὲν τοῦ μεγαλοπρεποῦς ἔργον κυρίως ἔργον ἔσται, τὸ δὲ τοῦ ἐλευθερίου, κτῆμα μᾶλλον ἢ ἔργον. Οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ κτήματος καὶ ἔργου· ἀλλὰ κτήματος μέν, τὸ πλείστου ἄξιον εἶναι καὶ τιμιώτατον, οἷος ὁ χρυσός, καὶ οἱ τίμιοι λίθοι· ἔργου δὲ ἀρετή, τὸ μέγα εἶναι καὶ καλὸν καὶ θαυμαστόν· ὃ τῷ μεγαλοπρεπεῖ μάλιστα προσήκει· ἔστι γὰρ ἔργου ἀρετὴ μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει.

iisdem sumtibus efficiet : ideoque quod magnificus faciet, opus proprie, quod vero liberalis, possessio magis quam opus erit. Neque enim eadem est possessionis virtus et operis : sed possessionis virtus est, ut sit plurimi æstimanda, pretiosissima et carissima, ut aurum et cari lapilli; operis autem, ut magnum sit, pulchrum et admirabile : quod maxime decet magnificum : est enim operis virtus magnificentia, quæ in magnitudine consistit.

* Ἔργα δὲ μεγαλοπρεπῆ καὶ τίμια, οἷον τὰ περὶ τὸ θεῖον ἀναθήματα, κατασκευαὶ θυσιῶν καὶ ναῶν, φιλοτιμίαι πρὸς τὸ κοινόν, χορηγίαι ἢ τριηραρχίαι, ἢ καὶ τὸ ἑστιᾷν τὴν πόλιν δεῆσαν· οὐ μόνον δὲ τὰ ἔργα δεῖ εἶναι μεγαλοπρεπῆ, καὶ τὰς δαπάνας προσηκούσας, καὶ μεγαλοπρεπεῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρεπούσας μάλιστα μὲν διὰ τὴν οὐσίαν· πένης γὰρ οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής· εἰ δ' ἐπιχειροίη μεγάλοις ἔργοις, ἠλίθιος ἔσται, παρὰ τὴν ἀξίαν καὶ τὸ δέον ἐπιχειρῶν. Ἔπειτα πρέπειν δοκεῖ καὶ τοῖς πολλάκις τοιαῦτα πεποιηκόσιν, ἢ ὧν οἱ πρόγονοι μεγαλοπρεπεῖς ἦσαν. Τῶν δὲ ἔργων τὰ πλείω μὲν εἰς τὸ κοινὸν καὶ εἰς τὸ θεῖον· ταῦτα γὰρ μεγαλοπρεπῆ· τινὰ δὲ καὶ ἴδια, ὅσα εἰσάπαξ γίνονται, οἷον γάμοι, καὶ οἰκίαι, καὶ ἄλλο τοιοῦτον. Τῷ γὰρ μεγαλοπρεπεῖ μάλιστα προσήκει τὸ δαπανᾷν εἰς τὸ κοινόν, ἢ εἰς τὸ θεῖον, ἐλάχιστα δὲ εἰς ἑαυτόν. Ἔσται δὲ μεγαλοπρεπὲς ἔργον καὶ τὸ πολυχρόνιον· τὰ γὰρ τοιαῦτα ἔργα θαυμαστά εἰσι καὶ καλά.

Opera autem magnifica sunt et pretiosa, verbi gratia dona in deorum honorem suspensa, victimarum apparatus et templorum, item munera quæ honestæ laudis studio reipublicæ dantur, ut si quis in ludos sumtum impendere, aut triremium præfecturam de suo administrare velit, aut epulum præbere civitati, quum res postulat : neque solum opera magnifica sumtusque congruentes esse oportet et magnificos, sed etiam eum qui facit maxime decere propter divitias : nemo enim pauper magnificus esse queat : sin autem magna opera aggredietur, stultus erit, quoniam et præter dignitatem et contra officium talia aggreditur. Deinde magis eos decere videntur qui sæpe talia fecerint, aut quorum majores magnifici fuerunt. Operum vero pleraque quæ reipublicæ ac diis dicantur talia sunt : nimirum hæc magnifica habentur : sunt tamen et privata quædam, quæ scilicet semel tantum fiunt, ut nuptiæ, ædes atque alia ejus generis. Nempe magnificum decet in rempublicam atque in deorum cultum maximos, in se ipsum vero minimos sumtus facere. Quippe et quæ diuturna sunt, magnifica sunt opera : talia enim tum admirabilia, tum pulchra judicantur.

** Δεῖ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔργοις καὶ ἕτερον τρόπον τὸ πρέπον ζητεῖν, καὶ σκοπεῖν τίνα ἔργα τίσιν ἁρμόζει· οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ πρέπει τῷ θείῳ καὶ τῷ κοινῷ· οὐδὲ ταὐτὰ προσήκει ἱερῷ καὶ τάφῳ· ὥστε εἶναι τὰ ἔργα τοῦ μεγαλοπρεποῦς μεγάλα καὶ θαυμαστά, πρὸς τὰ ὁμογενῆ συγκρινόμενα· τάφων μὲν οἰκοδομήματα πρὸς τάφους, ναῶν δὲ πρὸς ναούς, καὶ γεφύρας πρὸς γεφύρας· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς οὐ μόνον σκοπεῖ τὸ μέγεθος, ὃ προσήκει τῷ γένει τοῦ ἔργου· οὐ γὰρ ταὐτὸν μέγα εἶναι ἁπλῶς διὰ τὴν δαπάνην, καὶ μέγα εἶναι πρὸς τὰ ὁμογενῆ συγκρινόμενον, ἀλλὰ διαφέρει· καὶ γὰρ ἡ σφαῖρα, καὶ ἡ λήκυθος ἡ καλλίστη μικρὰ μέν εἰσι διὰ τὴν δαπάνην· εἰσὶ δὲ μεγαλοπρεπῆ δῶρα τῶν παίδων, καί εἰσι [d] μεγάλα πρὸς τὰ παιδικὰ συγκρινόμενα δῶρα· ἐπεὶ τοίνυν διαφέρει τὸ ἐν γένει μέγεθος τοῦ ἐν ταῖς δαπάναις, ἀνάγκη σκοπεῖν ἀμφότερα τὸν μεγαλοπρεπῆ καὶ ποιεῖν μεγαλοπρεπῶς, κατὰ τὴν προσήκουσαν ἑκάστῳ γένει μεγαλοπρέπειαν. Οὕτω γὰρ γενόμενον τὸ ἔργον μέγα ἔσται, καὶ θαυμαστόν, καὶ καλόν, καὶ οὐδὲ εὐχερῶς ὑπὸ ὁμογενοῦς ὑπερβληθήσεται. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλοπρεπής.

Sed et alio modo in operibus spectandum est decorum, considerandumque, quæ opera quibus conveniant : nec enim eadem deo congruunt et reipublicæ : sicut nec eadem templo et tumulo accommodata sunt, ita ut magnifici opera magna sint et admirabilia, cum iis quæ sunt ejusdem generis collata : verbi causa sepulcrorum monumenta cum sepulcris, templorum cum templis, pontium cum pontibus collata : atque in reliquis similiter. Etenim magnificus non solam spectat magnitudinem, quam operis genus requirit : quia non idem est magnum esse simpliciter propter sumtum, et magnum esse respectu eorum quæ sunt ejusdem generis, sed differunt hæc inter se : pila videlicet aut ampulla aliqua pulcherrima, quæ ob parvam impensam minima sunt, magnifica tamen puerorum dona habentur, et si cum reliquis, quæ donari illis solent donis componantur, jam magna erunt : quum igitur intersit aliquid inter generis et sumtus magnitudinem, utriusque rei ratio ducenda magnifico est, quem ita magnifice facere decet, ut convenientem unicuique generi magnificentiam exhibeat. Ita demum et magnum et admirabile et pulchrum futurum est opus, neque facile alio ejusdem generis opere superabitur. Talis ergo est magnificus.

*** Ὁ δὲ ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος παρὰ τὸ δέον

Qui autem modum excedit et inepte magnificus est,

* Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια κτλ. — ** Καὶ ἐν ἑκάστοις τὸ πρέπον κτλ. — *** Ὁ δὲ ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος κτλ.

ἀναλίσκει, καὶ ὥσπερ οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ· καὶ διὰ τοῦτο ὑπερβάλλειν λέγεται τὸν μεγαλοπρεπῆ. Καὶ γὰρ φαύλων ἕνεκα ἔργων, ὧν ἡ δαπάνη μετρία, πολλὰ δαπανᾷ καὶ μεγάλα, καὶ μεγαλοπρεπὴς βούλεται δοκεῖν, παρὰ τὸ εἰκὸς καὶ τὸ προσῆκον τῇ μεγαλοπρεπείᾳ· οἷον, ἐρανιστὰς ἑστιᾷ πολυτελέστατα, ὥσπερ εἰ γάμους ἐποίει· καὶ τοῖς κωμῳδοῖς [e] χορηγῶν παριοῦσι, καὶ χρήματα φιλοτίμως ἀναλίσκων ἐν αὐτοῖ·, ὥσπερ εἰς κοινὸν ὄφελος· ἢ ἐν ταῖς κωμῳδίαις ἀντὶ κωδίων, ἃ παραπετάσματα ἦν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, πορφυρίδας ἔχων,[f] καθάπερ οἱ Μεγαρεῖς. Καὶ ταῦτα ποιεῖ οὐ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλ' ἵνα μόνον ἐπιδείξηται τὸν πλοῦτον. Οἴεται γὰρ ἀπὸ τούτου θαυμαστός τις εἶναι δόξαι· καὶ ἐν οἷς μὲν πολλῆς χρεία δαπάνης, ὀλίγα ἀναλίσκει, ἐν οἷς δὲ ὀλίγης, πολλά. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ ὑπερβάλλων τὸν μεγαλοπρεπῆ, ὃς καὶ βάναυσος καλεῖται.

* Ὁ δὲ ἐλλείπων, ὃς καὶ μικροπρεπὴς καλεῖται, περὶ πάντα ἐλλειπής ἐστιν. Ἀναλίσκων γὰρ οὐδὲν τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἔπειτα σκοπεῖ, πῶς ἂν ὅσον ἐνδέχεται τὰ ἐλάχιστα ἀναλῶσαι· καὶ πολλάκις τὰ πλείω τῆς δαπάνης ἀναλώσας, καὶ πρὸς τὴν τελείωσιν ἤδη βλέποντος τοῦ ἔργου, ὑπ' ἀκριβολογίας ἀτέλεστον ἀφίησι διὰ μικρὰν δαπάνην. Καὶ πάντα δέ, ὅσα ποιεῖ, ἀεὶ μέλλων καὶ σκοπῶν ποιεῖ, καὶ οἰόμενος καὶ πλείω τοῦ δέοντος ἀναλίσκειν, καὶ ὀδυρόμενος ὅτι πολλὰ ἀνάλωσεν.

** Αὗται μὲν οὖν αἱ ἕξεις, ἥ τε μικροπρέπεια καὶ βαναυσία, κακίαι εἰσίν, ὀνείδη δὲ οὐκ ἐπιφέρουσι· διότι οὔτε βλαβεραί εἰσι τῶν πέλας, οὔτε λίαν αἰσχραὶ καὶ ἀσχήμονες.

(Scripsi: [a] ἀρχιθεώρῳ] cod. ἀρχιθεωρῷ. — [b] ἀλήτῃ] Odyss. XVII, 420. — [c] ἄλλο τι] vulgo ἀλλό τι. — [d] καί εἰσι] vulgo καὶ εἰσὶ. — [e] κωμῳδοῖς.] cod. κωμωδοῖς. — [f] ἔχων] cod. ἔχειν. —).

contra officium, neque ut oportet, neque in quæ oportet sumtus facit, et idcirco talis homo superare magnificum dicitur. In res enim viles et quæ parvam impensam desiderant, multam pecuniam insumit, et contra quam magnificentiæ congruat et conveniat magnificus videri vult: verbi causa, magnificentissimo hospitio et quasi epulis nuptialibus excipit eos qui datis symbolis ad cœnam venerunt; item comœdis dux chori præpositus ad chori ingressum exornandum omnia confert, et ambitiose pecuniam in ludos, tanquam in rem omnibus profuturam, impendit: aut in comœdiis agendis pro pellibus, quibus sipariorum loco in scena utebantur, Megarensium exemplo purpureas vestes mavult. Atque hæc non honesti causa, sed ad ostendendas tantum divitias facit. Namque eo modo se admirabilem visum iri arbitratur: et quas in res multa impendere debet, in eas parvam impensam facit, ubi vero parva impensa desideratur, ibi largus et profusus est. Talis igitur is est qui magnificum superat atque idcirco inepte magnificus appellatur.

At vero is qui modum deserit, quique indecore parcus vocatur, in omni re modi desertor est. Quum enim honestatis causa sumtus nullos faciat, tantum considerat, quomodo quam minimum sumtum impendat: quin sæpenumero ubi maximam pecuniæ partem in opus aliquod erogavit, quod jam ad finem vergit, dum omnia nimis exigue et exiliter ad calculos vocat, illud ob parvam impensam imperfectum relinquit. Sed et omnia quæ agit, semper cunctabundus agit et ratione bene subducta, ratus se plus quam oportet impendisse magnosque sumptus se fecisse conquerens et lamentans.

Hi ergo habitus, indecora nimirum parsimonia et inepta magnificentia, vitia quidem sunt, sed probrum nemini inferunt: quia neque nocent aliis, neque admodum turpes ac deformes sunt.

Κεφ. δ'.

Περὶ μεγαλοψυχίας.

*** Λέγωμεν δὲ ἤδη καὶ περὶ μεγαλοψυχίας. Ἔστι τοίνυν ἡ μεγαλοψυχία περὶ μεγάλα, ὡς καὶ τὸ ὄνομα δίδωσιν εἰκάζειν. Περὶ ποῖα δὲ μεγάλα, σκοπῶμεν. Φανερὸν δὲ ὅτι ταὐτόν ἐστι τῷ περὶ μεγαλοψυχίας καὶ τὸ περὶ μεγαλοψύχου σκοπεῖν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὴν ἕξιν εἰδέναι, ἢ τὸν ἔχοντα τὴν ἕξιν.

**** Ἔστι τοίνυν μεγαλόψυχος περὶ μεγάλων· μεγάλα δὲ τὰ αὐτῷ προσήκοντα· ὅταν μεγάλων ἄξιος ὤν, καὶ αὐτὸς κρίνῃ [a] ἑαυτὸν μεγάλων ἄξιον εἶναι. Ὁ γὰρ μικρῶν ἄξιος ὤν, καὶ μικρῶν ἑαυτὸν ἀξιῶν οὐ λέγεται μεγαλόψυχος, ἀλλὰ σώφρων· ἡ γὰρ μεγαλοψυχία ἐν μεγέθει ἐστί. Τοιοῦτον γὰρ λόγον ἔχει πρὸς τὸν σώφρονα ὁ μεγαλόψυχος, οἷον ὁ καλὸς πρὸς τὸν ἀ-

Cap. IV.

De animi magnitudine.

Sed et de animi magnitudine jam agamus. Versatur igitur in magnis rebus animi magnitudo, quemadmodum etiam ipsum ejus nomen declarat. Quales autem magnæ illæ res sint, consideremus. Est vero manifestum, idem valere sermonem de magnanimo habitum ac si de animi magnitudine quæramus: nihil enim interest, utrum animi habitum an hominem eo præditum norimus.

Magnanimus igitur in magnis rebus versatur: sunt vero magnæ quæ ipsum decent, quoties nimirum dignus est magnis dignumque se iis esse judicat. Neque enim qui dignus est parvis, dignumque se parvis judicat, magnanimus dicitur, sed temperans: quippe animi magnitudo in magnitudine sita est. Namque eodem modo ad temperantem se habet magnanimus, quo pul-

* Ὁ δὲ μικροπρεπὴς περὶ πάντα ἐλλείψει κτλ. — ** Εἰσὶ μὲν οὖν αἱ ἕξεις αὗται κακίαι κτλ. — *** Cap. 3. ἡ δὲ μεγαλοψυχία περὶ μεγάλα κτλ. — **** Δοκεῖ δὲ μεγαλόψυχος κτλ.

στεῖον· ὁ μὲν γὰρ καλὸς μετὰ μεγέθους ἔχει τὸ κάλλος, ὁ δὲ ἀστεῖος μετὰ σμικρότητος, ὃς καὶ σύμμετρος καλεῖται, καλὸς δὲ οὐδαμῶς· ὁ μὲν οὖν μεγαλόψυχος τοιοῦτος. Τῶν δὲ παρ' ἑκάτερα ὁ μὲν ὑπερβάλλων χαῦνος· χαῦνος γάρ ἐστιν ὁ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιῶν οὐκ ἄξιος ὤν· ὁ δὲ ἄξιος μὲν ὢν πολλῶν, πλειόνων δὲ ἀξιῶν ἑαυτόν, οὐ πάντῃ χαῦνος. Ἐλλείπων δέ, ὁ μικρόψυχος· ἔστι γὰρ μικρόψυχος ὁ πολλῶν μὲν ἄξιος ἐλαττόνων δὲ κρίνων ἑαυτὸν ἄξιον, ἢ ὁ ὀλίγων ἄξιος ἔτι δὲ ἐλαττόνων ἀξιῶν ἑαυτόν. Τούτων δὲ μᾶλλόν ἐστι μικρόψυχος ὁ πολλῶν ἄξιος ὢν εἶτα τῆς οἰκείας ἀξίας μὴ ἐπαισθανόμενος· ποταπὸς γὰρ ἂν ἦν, εἰ ὀλίγων καὶ μετρίων ἄξιος ἦν; Εἰσὶ μὲν οὖν οἱ παρ' ἑκάτερα, ὁ μὲν ὑπερβάλλων, ὁ δὲ ἐλλείπων.

* Ὁ δὲ μεγαλόψυχος, καθόσον [b] μὲν περὶ μεγάλα ἐστίν, ἄκρος δοκεῖ· καθόσον δὲ ἐπὶ τοῦ δέοντος ἕστηκεν ἀεί, καὶ οὔτε ὑπὲρ τὸ δέον ζητεῖ, οὔτε παρὰ τὸ δέον, διὰ τοῦτο μέσος ἐστίν.

(Scripsi : [a] ὅταν — κρίνῃ] cod. ὅταν — κρίνει. — [b] καθόσον] cod. καθ' ὅσον. —)

cher ad venustum : quia in pulchro pulchritudo est; quæ cum magnitudine conjuncta sit, in venusto eximia forma ad brevitatem adjuncta, qui etiam concinnus appellatur, pulcher vero minime : talis ergo magnanimus est. Eorum autem qui utrinque sunt, is qui modum excedit, elatus ac superbus dicitur : est enim elatus ac superbus, qui magnis se dignum judicat, quum neutiquam dignus sit : qui vero multis dignus est, sed plura sibi deberi quam quibus dignus sit, arbitratur, non omnino superbus est. Verum qui modum deserit, is humili imbecilloque animo est : sic enim nominatur is qui quum magnis dignus sit, minoribus se dignum judicat, aut qui quum parvis dignus sit, minoribus etiam se dignum statuit. Ex his autem humillimo animo est, qui quum magnis dignus sit, dignitatem ipse suam non percipit : quomodo enim se gereret, si aut parvis aut mediocribus dignus esset? Quare eorum qui utrinque sunt, alter modum excedit, alter deserit.

At vero magnanimus, quatenus in magnis versatur, summus videtur : quatenus vero in officio semper manet, neque aut majora aut minora quam oportet, expetit, eatenus medius est.

Κεφ. ε'.

Περὶ μεγαλοψυχίας· καὶ περὶ τίνα ὁ μεγαλόψυχος, καὶ τίνα ἴδιά ἐστιν αὐτοῦ.

** Ἐπεὶ δὲ περὶ τὰ ἔξω ἀγαθὰ ὁ μεγαλόψυχός ἐστιν, ὧν παρὰ τῶν ἄλλων ἀξιοῦται κατὰ τὸ προσῆκον αὐτῷ, εἴη ἂν πάντως ἢ περὶ χρήματα, ἢ περὶ ἡδονήν, ἢ περὶ τιμήν· ἐπεὶ δὲ περὶ τὰ μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἐστιν, (ἔστι γὰρ μεγαλόψυχος ὁ τῶν μεγίστων ἑαυτὸν ἀξιῶν, ἄξιος ὤν,) εἴη ἂν περὶ τὴν τιμήν· ἥτις δοκεῖ μέγιστον εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν· καὶ διὰ τοῦτο τῷ θείῳ ταύτην μάλιστα ἀπονέμομεν. Ὥστε περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστιν, ὡς δεῖ· καὶ χωρὶς δὲ τούτων ἀπὸ τῆς ἐπαγωγῆς φανερόν ἐστι. Ὁρῶμεν γὰρ πάντας τοὺς μεγαλοψύχους τιμῆς μάλιστα ἐφιεμένους τῆς ἀξίας ἑαυτῶν· ὁ δὲ μικρόψυχος ἐλλείπει καὶ πρὸς ἑαυτόν· (ἐλάττω γὰρ τῆς ἀξίας φρονεῖ τῆς ἑαυτοῦ·) ἐλλείπει καὶ πρὸς τὸ τοῦ μεγαλοψύχου ἀξίωμα. Ὁ δὲ χαῦνος πρὸς ἑαυτὸν μὲν ὑπερβάλλει· (μείζω γὰρ φρονεῖ τῆς ἀξίας τῆς ἑαυτοῦ·) τὸν δὲ μεγαλόψυχον οὐχ [a] ὑπερβάλλει τῷ φρονήματι. Ὁ γὰρ μεγαλόψυχος τῶν μεγίστων ἑαυτὸν ἀξιοῖ, τῶν μεγίστων ἄξιος ὤν· ὥστε ἀνάγκη τὸ μεγαλόψυχον ἄριστον εἶναι, καὶ σφόδρα ἀγαθὸν τοὺς τρόπους· καὶ ἀνδρεῖον, καὶ δίκαιον, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἄκρον. Ὁ δὲ μικρὰ ἡγούμενος πάντα καὶ οὐδαμῶς ἄξια ἑαυτοῦ, καὶ οὐ ψευδόμενος, ἀλλὰ ἀληθεύων ἐν τῇ τοιαύτῃ ψήφῳ, τίνος ἕνεκα αἰσχρόν τι ποιήσει καὶ ἄτιμον; ἢ πῶς δυνατόν; ἐναντίον γάρ ἐστι τῷ λόγῳ τοῦ μεγαλοψύχου τὸ τοιοῦτο. Πῶς γὰρ ἂν εἴη τιμῆς ἄξιος ὁ φαῦλος; εἰ δὲ τιμῆς ἑαυτὸν

Cap. V.

De animi magnitudine : tum in quibus versetur magnanimus, et quæ ejus sint propria.

Quum in externis ergo bonis versetur magnanimus, quibus pro merito dignus judicatur ab aliis, necesse omnino est, vel in pecuniis, vel in voluptate vel in honore versetur : quum autem in iis quæ maxima inter homines habentur, bonis versetur (siquidem qui summis se dignum statuit honoribus, quum sit dignus magnanimus vocatur,) sequitur, ut honore occupetur : qui humanorum externorumque bonorum finis videtur, ideoque deorum numini eum potissimum tribuimus. Itaque in honore et infamia sic se gerit ut oportet vir magni animi : quod et sine his inductione facile probatur. Omnes enim magnanimos honorem eum appetere videmus, qui se dignus sit : at qui demisso et humili animo est, is modum deserit, sive ipsius persona (minus enim quam meretur de se magnifice sentit) : sive magnanimi dignitas spectatur. Superbus autem sui quidem respectu superat (magnificentius enim quam pro dignitate sua de se sentit :) magnanimum vero magna de se opinione non superat. Etenim magnanimus, quum summis honoribus dignus sit, summis quoque se dignum esse existimat : unde sequitur, optimum etiam eum esse, moribusque bonis præditum : sed et fortem et justum reliquisque eodem modo virtutibus excellentem. Nam qui parva omnia ducit minimeque se digna, neque in hoc fallitur opinione, sed vera sentit, cujus tandem rei causa turpiter aliquid aut indigne faciat? aut qui fieri hoc possit? siquidem tale quid cum magnanimi ratione pugnat. Quo pacto enim honore dignus esse queat improbus? Sin autem eo dignum se esse existimat, quum sit improbus, et flagitiorum convincitur, jam ridiculus videbitur : quoniam virtutis præmium honor est, solisque

* Ἔστι δὴ μεγαλόψυχος κτλ. — ** Εἰ δὲ δὴ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιοῖ κτλ.

ἀξιοῖ φαῦλος ὤν, καὶ τοῖς αἰσχροῖς ἁλισκόμενος, γελοῖος ἂν δόξειεν εἶναι· ἡ γὰρ τιμὴ τῆς ἀρετῆς ἐστιν ἆθλον, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀπονέμεται μόνοις δικαίως. Ὥστε ὁ μεγαλόψυχος πάσας συλλαβὼν ἔχει τὰς ἀρετάς· καὶ ἔστιν ἡ μεγαλοψυχία οἷον κόσμος τις [b] τῶν ἀρετῶν. Καὶ οὐ γίνεται μὲν ἄνευ ἐκείνων, μείζους δὲ καὶ καλλίους αὐτὰς ποιεῖ· κρίνει γὰρ αὐτὰς ἀξίας εἶναι ὧν εἰσιν ἄξιαι. Διὰ τοῦτο σφόδρα χαλεπὸν μεγαλόψυχόν τινα γενέσθαι· οὐ γὰρ δυνατὸν μεγαλόψυχον εἶναι ἄνευ πασῶν τῶν ἀρετῶν· τὸ δὲ πάσας κτήσασθαι, καὶ ταύτας εἰς ἄκρον, σφόδρα χαλεπόν. Ἔστι μὲν οὖν ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας, καθὼς εἴρηται. Καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις, καὶ ὑπὸ μεγάλων ἥδεται, ὡς τῶν οἰκείων τυγχάνων, καὶ ὧν ἄξιος, ἢ καὶ ἐλαττόνων τῆς ἀξίας· τῆς γὰρ τελείας ἀρετῆς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἀξία τιμή. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ ἥδεται, διὰ τοῦτο ἥδεται, ὅτι τὴν δυνατὴν προσάγουσιν αὐτῷ τιμήν, καὶ ἧς οὐκ ἔχουσι [c] μείζω. Τῆς δὲ παρὰ τῶν τυχόντων τιμῆς καθάπαξ ὀλιγωρήσει· καὶ μάλιστα ὅταν ἐπὶ μικροῖς αὐτὸν τιμῶσιν· οἷον, εἴ τις ἐτίμα τὸν Ἀχιλλέα ὅτι καλῶς ᾔδει καθαρίζειν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς ἀτιμίας κατὰ τὸ προσῆκον αὐτῷ. Ἔστι τοίνυν ὁ μεγαλόψυχος μάλιστα μὲν περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας, καθὼς εἴρηται· ἔστι δὲ ἑπομένως καὶ περὶ πλοῦτον καὶ δυναστείαν, καὶ πᾶσαν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν· καὶ περὶ ταύτας γὰρ μετρίως ἕξει καὶ ὡς προσῆκεν· [d] καὶ οὐδὲν αἰσχρὸν πείσεται πρὸς τὴν ἐν τούτοις μεταβολήν· καὶ οὔτε εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτε ἀτυχῶν περίλυπος· οὐ γὰρ μέγιστον ἡγήσεται τὴν τιμήν, καὶ οὕτω περὶ αὐτὴν ἕξει ὡς μέγιστον ὄν. Οὕτω δὲ ἔχων περὶ τὴν τιμήν, πολλῷ μᾶλλον περὶ τὸν πλοῦτον ὀλιγώρως ἕξει, καὶ τὰς δυναστείας· αἱρετώτερον γὰρ ἡ τιμὴ δυναστείας καὶ πλούτου· διὰ γὰρ τὴν τιμὴν ἀγαπητά εἰσιν ὁ πλοῦτος καὶ ἡ δυναστεία· καὶ γὰρ οἱ ἔχοντες αὐτὰ τιμᾶσθαι δι' αὐτῶν βούλονται. Ὁ δὲ τὴν τιμὴν μικρὸν ἡγούμενος πολλῷ μᾶλλον τὰ ἄλλα. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ μεγαλόψυχοι ὑπερόπται δοκοῦσιν εἶναι, ὅτι οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων σφόδρα τιμῶσιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα τιμῆς ἄξια δοκοῦσιν εἶναι, καὶ ταῦτα συντελοῖεν ἂν πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν. Τὸ γὰρ ὑπερέχον ἐν ἀγαθοῖς ἐντιμότερον· ὑπερέχει δὲ ἐν ἀγαθοῖς ὁ εὐτυχής· διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα τὴν μεγαλοψυχίαν συνίστησιν. Ὁ γὰρ εὐτυχὴς ἄξιον ἑαυτὸν μεγάλης τιμῆς ἡγεῖται διὰ τὴν ἀγαθὴν τύχην· τιμᾶται γὰρ παρ' ἐνίων· κατ' ἀλήθειαν δὲ μόνος ὁ ἀγαθὸς τοὺς τρόπους ἄξιός ἐστι τιμῆς. Ὧι δὲ ἄμφω πρόσεστι καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ τὰ ἔξωθεν ἀγαθά, μᾶλλον ἀξιοῦται τιμῆς τοῦ τὴν ἀρετὴν μόνον ἔχοντος· ὃς δὲ μόνον εὐτυχής ἐστι, καὶ τοῖς ἔξωθεν ἀγαθοῖς εὐθηνεῖ, πρὸς δὲ τὴν ἀρετὴν οὐδὲν κοινὸν ἔχει, ὁ τοιοῦτος οὔτε δικαίως τιμᾶται, οὔτε αὐτὸς δικαίως ἑαυτὸν μεγάλης ἀξιοῖ τιμῆς, οὔτε κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον μεγαλόψυχος λέγεται. Ἄνευ γὰρ ἀρετῆς τελείας ἀδύνατόν τινα μεγαλόψυχον εἶναι, καθὼς εἴρηται. Διὰ

bonis viris merito tribuitur. Quapropter omnes simul virtutes in se complectitur magnanimus: estque quasi virtutum omnium ornamentum quoddam animi magnitudo. Nempe ut sine illis constare nullo modo potest, ita majores eas pulchrioresque facit: quia illas iis quibus dignæ sunt dignatur. Quocirca admodum difficile est, esse magnanimum: quia nemo sine omnium virtutum comitatu talis esse potest: omnes vero habere virtutes atque in iis excellere, admodum difficile est. In honore ergo et infamia, quemadmodum diximus, cernitur magnanimus. Ac magnis quidem honoribus et qui a viris magnis deferuntur, delectari solet, tanquam suos sibique debitos aut etiam sua virtute minores consecutus: quia perfectæ virtuti meritum præmium nunquam ab hominibus persolvatur. Enimvero si gaudeat, vel hanc ob causam gaudebit, quod quem possunt maximum aut quo majorem non habent, ipsi honorem tribuunt. Eum autem honorem, qui a vulgo ei habetur, prorsus negliget atque aspernabitur, maxime quum ob res parvas ipsum honorant: verbi causa, si quis honore affecisset Achillem, quod scienter fidibus caneret: eademque infamiæ ratio est, prout illi convenit. In honore igitur et infamia potissimum vir magni animi, sicut dictum est, cernitur: ideoque etiam in divitiis ac principatu omnique secunda et adversa fortuna versatur: atque in his rebus omnibus moderatum se et ut oportet præbebit: neque in earum mutatione quidquam aut turpiter faciet aut moleste patietur: siquidem neque rebus secundis lætabitur, neque adversis mærebit: quippe ne honorem quidem rerum omnium maximam putabit, neque sic in eum tanquam in summum bonum animatus erit. Porro quum sic erga honorem affectus sit, multo magis divitias et principatum contemnet: quoniam principatu et divitiis optabilior est honor: siquidem propter honorem divitiæ et principatus in deliciis habentur: nam qui hæc bona consecuti sunt, his ipsis honestari volunt. Qui vero honorem in rebus parvis numerat, is multo justius etiam cætera despiciet. Quapropter magnanimi etiam contemtores esse videntur, quia nihil in rebus humanis admodum magni æstimant. Quum vero successus quoque prosperi honore digni videantur esse, etiam illi ad animi magnitudinem aliquid conferant. Quod enim excellit in bonis, honoratius est; in bonis autem excellit, qui fortuna utitur: quare et talia animi magnitudinem efficiunt. Nimirum fortunatus magno se honore dignum existimat, quia felicitate floret: a nonnullis videlicet honore afficitur, quum revera solus homo bene moratus honore dignus sit. Cui vero utrumque, virtus scilicet et externa bona adsunt, is honore dignior habetur, quam qui sola virtute præditus est: at qui fortunatus tantum est et cui externa prospere succedunt, qui tamen nihil cum virtute habet commune is neque merito honore ab aliis augetur, neque se ipsum magnis honoribus dignum merito existimat, neque

τοῦτο οἱ ἐν εὐτυχίᾳ ὄντες ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ὑπερόπται καὶ ὑβρισταὶ γίνονται· χωρὶς γὰρ ἀρετῆς οὐ ῥᾴδιον φέρειν τὰ εὐτυχήματα ἐμμελῶς καὶ μετρίως. Οὐ δυνάμενοι δὲ φέρειν τὴν εὐτυχίαν καλῶς, οἴονται μὲν τῶν ἄλλων ὑπερέχειν, καὶ πάντων καταφρονοῦσιν· αὐτοὶ δὲ ἀσυλλογίστως πάντα ποιοῦσιν, ὡς ἔτυχε. Βούλονται γὰρ μιμεῖσθαι τὸν μεγαλόψυχον, καίτοι παντελῶς ἀνόμοιοι ὄντες· ὁ γὰρ μεγαλόψυχος καταφρονεῖ μέν, ἀλλὰ δικαίως· (τὰ ἀληθῆ γὰρ περὶ ἑαυτοῦ οἴεται·) καὶ μεγάλοις μὲν ἐπιχειρεῖ, καὶ μεγάλων κινδύνων κατατολμᾷ· ἀλλὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, καὶ πρὸς μεγάλα τινὰ ἀφορῶν· οἱ δὲ τὰ ἔξω μόνον ἀγαθοὶ τὴν μὲν ἀρετὴν οὐ τιμῶσιν, οὔτε βούλονται κατορθοῦν, τῶν δὲ ἄλλων καταφρονοῦσι, καὶ τὰς ἄλλας πράξεις αὐτῶν βούλονται ἀφομοιοῦν πρὸς τὰς τοῦ μεγαλοψύχου πράξεις, ὅση δύναμις· οὐκ ἀφομοιοῦσι δέ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὴν ἀρετήν.

* Ἔστι δὲ ὁ μεγαλόψυχος οὐ πυκνοκίνδυνος μέν· (οὐ γὰρ συνεχῶς εἰς κινδύνους ἑαυτὸν ἐκβάλλει, διὰ τὸ μὴ τιμᾶν τὰ τυχόντα, καὶ μικρῶν τινων καὶ ὀλίγων προκινδυνεύειν·) μεγαλοκίνδυνος δέ, ὅταν γὰρ μεγάλων τινῶν ἀγαθῶν προκινδυνεύῃ, οὐδὲ τῆς οἰκείας φείδεται ζωῆς.

** Καὶ εὐεργετῶν μὲν χαίρει, εὐεργετούμενος δὲ αἰσχύνεται. Τὸ μὲν γὰρ εὐεργετεῖν ὑπερέχοντος, τὸ δὲ εὐεργετεῖσθαι ὑπερεχομένου· ὁ δὲ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ φρονῶν ἄχθεται τῇ ἐλάττονι μοίρᾳ. Εἰ δὲ εὐεργετηθείς, ἀντευεργετεῖν ἐθελήσει, πλείονα δίδωσιν, ἵνα ὀφειλέτην ἑαυτῷ ποιήσῃ τὸν ὑπάρξαντα τῆς εὐεργεσίας. Δοκεῖ δὲ ὁ μεγαλόψυχος τῶν μὲν εὖ παρ' αὐτοῦ παθόντων ἐθέλειν ἀεὶ μεμνῆσθαι, παρ' ὧν δὲ αὐτὸς εὖ πέπονθεν, ἐπιλελῆσθαι· οὐκ ἀγνωμοσύνῃ τινί· (πῶς γάρ, ὃς μείζω δίδωσιν, ἢ λαμβάνει;) ἀλλ' ὅτι οἰκειότερον αὐτῷ καὶ μᾶλλον προσῆκον τὸ εὖ ποιεῖν ἢ τὸ εὖ πάσχειν· καὶ διὰ τοῦτο τὸ μὲν εὐεργετεῖν, ὅτι ἄριστον καὶ τοιῷδε πρέπον, λόγου καὶ μνήμης ἀξιοῦται· τὸ δὲ εὖ πάσχειν, οὐδαμῶς· βούλεται γὰρ ἀεὶ ὑπερέχειν. Καὶ ἄλλου δὲ διηγουμένου τὸ μὲν ἡδέως ἀκούει, τὸ δὲ ἀηδῶς· διὰ τοῦτο καὶ ἡ Θέτις παρ' Ὁμήρῳ [e] οὐ λέγει τὰς εὐεργεσίας τῷ Διί, οὐδὲ μέμνηται πρὸς αὐτὸν ὧν εὖ ἐποίησεν αὐτόν, ἀλλ' ὧν εὖ πέπονθε παρ' αὐτοῦ· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Λάκωνες [f] βουλόμενοι χαρίζεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις τὰς εἰς αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων εὐεργεσίας εἰς μέσον ἄγουσι. Καὶ τοῦτο δὲ ἴδιον μεγαλοψύχου, τὸ μηδενὸς δεῖσθαι ἢ μόλις, αὐτὸν δὲ τοῖς ἄλλοις ἃ βούλονται ὑπηρετεῖν πρόθυμον εἶναι.

*** Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀξιώματι μέγαν εἶναι, διὰ τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι σεμνὸν τῶν τοιούτων ἀγαθῶν, ἐξ ὧν ἀξιοῦσιν οἱ ἐν ἐξουσίαις φοβεροί τινες εἶναι· πρὸς δὲ τοὺς μέσους, μέτριον· διὰ τὸ σωφρονεστέρους καὶ ἐπιεικεστέρους τοὺς τοιούτους εἶναι. Ἄλλως τε [g] τῶν μὲν ἐν ἀξιώ-

rectæ rationi convenienter magnanimus vocatur. Nam sine perfecta virtute, ut antea diximus, magnanimus esse nemo potest. Quamobrem qui felicitate florent, contemtores fere aliorum et contumeliosi evadunt; difficile est enim sine virtute res secundas concinne et moderate ferre. Quum autem decenter eas ferre non possint, cæteris se præstare arbitrantur, ideoque omnes contemnunt: ipsi vero omnia inconsiderate, ut fors tulerit, agunt. Imitari scilicet virum magnanimum volunt, quum sint ei plane dissimiles: quippe magnanimus despicit quidem, sed merito (quia vere de se judicat:) sed et magna aggreditur, magnaque pericula subit: verum honestatis causa et magna duntaxat spectans: qui vero externis tantum bonis excellunt, virtutem ipsam non honorant, neque eam exercere volunt, sed et alios despiciunt, cæterasque actiones suas, quantum in ipsis situm est, magnanimi actionibus assimilare student, quod tamen non possunt, quum virtutem non habeant.

Sed magnanimus non frequenter periclitatur: (neque enim assidue se periclis offert, quia non curat vulgaria, nec ob minimas tenuissimasque res discrimen adit: sed contra magna pericula suscipit; nam quoties pro eximiis quibusdam bonis propugnat, ne suæ quidem vitæ parcit. Sed et beneficia in alios quum confert, ea re delectatur, quum ab alio accipit, rubor ei suffunditur. Nam bene facere aliis præstantis et excellentis hominis est, at beneficio affici inferioris: qui vero magnifice de se sentit, deteriore statu offenditur. Quodsi prior affectus beneficio referre gratiam velit, ea quæ accepit majore mensura reddit, ut alterum qui prior de ipso bene meritus est beneficio obstrictum teneat. Videtur porro magnanimus id studere, ut eorum quibus bene fecit semper meminerit, a quibus beneficio affectus sit, obliviscatur: non quod ingratus sit: (quomodo enim sit ingratus, qui majora reddit, quam accepit?) sed quia ei aptius et convenientius est, beneficio afficere quam affici: ideoque beneficia, quibus alios ornat, ut rem optimam suaque persona, quod ita moratus sit dignam, oratione et memoria prosequitur: quæ vero accepit, non item: semper enim excellere vult. Atque alio narrante illud libenter, hoc gravate audit: quocirca neque Thetis apud Homerum Jovi sua in eum beneficia exponit neque quomodo de eo bene merita sit commemorat, sed quibus ab eo affecta sit beneficiis, declarat: similiter et Lacedæmonii, quum gratificari Atheniensibus volunt, beneficia ab illis in se collata in medium proferunt. Atque hoc quidem proprium est magnanimi, ut neminem aut vix quemquam roget, ipse vero aliis quæ desiderant libenter subministret.

Sed et illud ejus proprium est, ut in viros dignitate aliqua præditos magnum se atque excelsum præbeat, quia nihil ex bonis illis splendidum existimat, quibus potentes terrorem aliis injicere volunt: in eos vero quorum mediocris fortuna est, modestum ac moderatum

* Οὐκ ἔστι δὲ μικροκίνδυνος κτλ. — ** Καὶ οἷος εὖ ποιεῖν κτλ. — *** Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀξιώματι καὶ εὐτυχίαις μέγαν εἶναι κτλ.

ματι ὑπερέχειν καὶ ἐργῶδές ἐστι, καὶ σεμνόν, καὶ διὰ τοῦτο τῷ μεγαλοψύχῳ προσήκει· τὸ δὲ τῶν μέσων, καὶ ῥᾴδιον καὶ οὐδὲν μέγα· καὶ ἐν ἐκείνοις μὲν σεμνύνεσθαι οὐκ ἀγενές, ἐν δὲ τοῖς ταπεινοῖς, φορτικόν· ὥσπερ εἴ τις ἐπεδείκνυτο τὴν τοῦ σώματος ῥώμην ἐν τοῖς ἀσθενέσι καὶ ὑπὸ νόσου ἢ γήρως διεφθαρμένοις. Ἔτι δὲ ὁ μεγαλόψυχος οὐδὲ περιελεύσεται ζητῶν οὗ τιμηθήσεται· (μικρὸν γὰρ καὶ τοῦτο·) οὐδὲ ἐθελήσει ποτὲ παραγενέσθαι ὅπου πρωτεύουσιν [h] ἄλλοι, ἵνα μὴ τύχῃ τῶν δευτερείων, τῶν πρωτείων ἄξιος ὤν. Ἔστι δὲ οὐδὲ ἕτοιμος εἰς τὰς πράξεις, ἀλλὰ ἀργός τις καὶ μελλητής. Ζητεῖ γὰρ ἀεὶ πράττειν μεγάλα, καὶ μεγάλων ἕνεκα, καὶ ὅθεν μεγάλη γίνεται τιμή· ταῦτα δὲ σπανίως συμπίπτει· καὶ διὰ τοῦτο ὀλίγα μὲν πράττει, μεγάλα δὲ καὶ ὀνομαστά. Οὓς δὲ ἢ φίλους ἡγεῖται ἢ ἐχθρούς, φανερῶς καὶ μισεῖ καὶ φιλεῖ· γινώσκει γὰρ ἀσφαλῶς, ὅτι κατὰ τὸ δέον ἀμφότερα ποιεῖ, καὶ οὐ δέδοικε τὴν παρὰ τῶν πολλῶν ἀδοξίαν· μᾶλλον γὰρ φροντίζει τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ δέοντος, ἢ τῆς δόξης. Καὶ διὰ τοῦτο φανερόμισός ἐστι καὶ φανερόφιλος· καὶ πάντα δέ, ἃ λέγει καὶ πράττει, φανερῶς καὶ λέγει καὶ πράττει, διὰ τὸ καταφρονεῖν ὡς εἴρηται τῆς παρὰ τῶν πολλῶν δόξης. Διὰ τοῦτο καὶ παῤῥησιαστικός ἐστι, καὶ ἀεὶ ἀληθεύει· εἰ μή που εἰρωνεύοιτο πρὸς τοὺς πολλούς, καὶ τὰ μικρὰ λέγοι περὶ ἑαυτοῦ, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι παρὰ φαύλων ἀνθρώπων τιμᾶσθαι. Συζῇ δὲ καὶ συνδιάγει οὐ τῷ τυχόντι, ἀλλὰ τῷ φίλῳ· τὸ γὰρ τῷ μὴ φίλῳ συνεῖναι, καὶ τραπέζης καὶ στέγης κοινωνεῖν, οὐ μεγαλόψυχον, ἀλλὰ δουλικὸν καὶ κολακικόν· ταπεινοὶ γὰρ οἱ κόλακες, καὶ τὸ ἀνάπαλιν οἱ ταπεινοὶ πάντες κόλακές εἰσιν. Ἔτι δέ, οὐδὲ θαυμαστικός τις ὁ μεγαλόψυχός ἐστι, τὰ τυχόντα ὑπερθαυμάζων· οὐδὲν γὰρ αὐτὸς νομίζει μέγα. Ἀλλ' οὐδὲ μνησίκακος· μικρὰν γὰρ καὶ τὴν παρὰ τῶν ἐχθρῶν βλάβην ἡγεῖται, καὶ μηδὲν αὐτῷ δυναμένην λυμήνασθαι, [i] διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς, ἄλλως τε [k] καὶ τὸ ἀπομνημονεύειν, καὶ παρεληλυθότων ποιεῖσθαι λόγον, καὶ ταῦτα καὶ κακῶν, μικροψύχου τινός ἐστι· τὸ δὲ παρορᾷν, μεγαλοψύχου. Ὃς γὰρ ὧν εὖ πέπονθεν, οὐδαμῶς ἀξιοῖ μεμνῆσθαι, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω λέλεκται, διὰ τὸ μὴ μέγα εἶναι καὶ ἄξιον αὐτοῦ τὸ εὖ πάσχειν, πολλῷ μᾶλλον ὧν κακῶς πέπονθε παρά τινων οὐ μνησθήσεται. Ἔτι δὲ οὐδὲ πράξεις τινὰς ἢ ἄλλων ἀνθρώπων ἀνέχεται καταλέγειν, ἢ ἑαυτοῦ· οὔτε γὰρ τῶν ἐπαίνων αὐτῷ μέλει τῶν ἑαυτοῦ, οὔτε τῶν ἄλλων. Οὐδὲ πάλιν σπουδὴν ἔχει, ἵνα οἱ ἄλλοι ψέγωνται· οὐ τοίνυν οὔτε ἐπαινετικός ἐστιν, οὔτε κακολόγος· οὐδὲ τοὺς ἐχθροὺς διασύρει, εἰ μή που παρόντας· τὸ γὰρ ἀπόντας λοιδορεῖσθαι, οὐ μεγαλοψύχου. Περὶ δὲ ἀναγκαίων ἢ μικρῶν οὐ σφόδρα ἱκετεύει, ἢ ὀλοφύρεται, ἐάν τινος δεηθῇ· ὁ γὰρ μηδὲν μέγα ἡγούμενος, μηδὲ σπουδάζων περὶ οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων, πῶς δύναται οὕτως ἀγεννῶς ἔχειν; Ἀεὶ δὲ τὸ καλὸν τοῦ κέρδους προτιμῶν

se præstet : propterea quod ejusmodi homines honestiores et moderatiores esse solent. Præterea eos qui dignitate excellunt superare et difficile est et amplum, ideoque magnanimum decet : at mediocres superare, tum proclive, tum nihil negotii est : et inter illos gloriari generosi hominis esse videtur, inter humiles autem et infimos ridiculum atque ineptum putatur : non secus ac si quis inter infirmos aut morbo vel senio confectos corporis robur ostentaret. Porro neque honores ambire ac petere volet magnanimus : (nam et hoc leve est :) neque unquam ad ea accedet in quibus alii principem locum obtinent, ne primas partes merito secundæ deferantur. Verum neque promtus et alacer ad actiones suscipiendas, sed cessator potius et cunctator est. Semper enim magnis actionibus intentus est, cum magnarum rerum causa, tum earum a quibus magnus honor exspectatur : hæ autem raro eveniunt : ideoque pauca illa quidem agit, sed magna et illustria. Quos vero vel amicos sibi vel inimicos putat, palam aut diligit aut odit : certo enim scit, recte se facere utrumque, ideoque nec male audire metuit a plebe : quia magis veritatem et rectum quam opinionem respicit. Quocirca apertas inimicitias gerit et aperte amat : sed et quidquid aut dicit aut agit, palam dicit et agit, propterea quod, ut diximus, vulgarem opinionem negligit. Quare liberiorem sermonem amat, semperque vera dicit : nisi forte apud plebejos homines dissimulatione utitur, parumque sibi tribuit, quia ab infimis hominibus honorari non cupit. Neque cum quovis vivit aut versatur, sed cum amico tantum : nam commercium habere cum eo qui non sit amicus, unaque mensa et eodem tecto frui, non magnanimum est, sed servile et adulatorium : quippe humiles sunt adulatores, et contra, omnes qui humiles sunt, adulatores sunt. Sed neque tam facile admiratur magnanimus, ut res vulgares cum stupore contempletur : nihil enim ipse magnum existimat. At ne injuriarum quidem memor est : quia etiamsi aliquod ab inimicis damnum patitur, minus tamen id putat, quam quod sibi nocere possit, ob virtutis magnitudinem, ac præsertim ut memorem esse, præteritorumque maxime malorum meminisse humilis et demissi hominis est, ita negligere illa magnanimi. Nam qui ne beneficiorum quidem, quibus affectus est, meminisse ullo modo dignatur, sicut supra diximus, quia leve neque se dignum esse, affici beneficiis censet, multo magis malorum, quæ ab aliquo acceperit, memoriam deponet. Præterea nec aliorum hominum actiones recensere sustinebit, nec suas : quia nec alienas laudes curat nec suas. Rursus neque operam dat, ut alii vituperentur, et idcirco neque laudator est neque maledicus; sed nec inimicos sugillat nisi præsentes : nam absentes contumeliis vexare, non est magnanimi. In rebus necessariis aut exiguis, si qua earum eget, neque cuiquam supplicat, neque lamentatur : quomodo enim is qui nihil magnum existimat, neque ad ullam rerum humanarum studium curamque confert,

βελτίω νομίζει τὰ καλὰ καὶ ἄκαρπα τῶν καρπίμων καὶ ὠφελίμων, ἂν μὴ καλὰ ὦσιν. Ὁμοίως ἐπί τε κτημάτων, καὶ δένδρων, καὶ οἰκετῶν· οὐ γὰρ χρηματιστὰς ἀλλὰ τοὺς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς κτήσεται τῶν οἰκετῶν. Καὶ κίνησις δὲ τοῦ μεγαλοψύχου βραδεῖα δοκεῖ εἶναι, καὶ ἡ φωνὴ βαρεῖα, καὶ λέξις στάσιμος· οὐ γὰρ δυνατὸν σπεύδειν τὸν περὶ ὀλίγων φροντίζοντα· (ὀλίγα γὰρ αὐτῷ ἃ θαυμάζουσιν οἱ πολλοί·) οὐδὲ σύντονον εἶναι τὸν οὐδὲν μέγα οἰόμενον· σπεύδουσι γὰρ καὶ ὀξυφωνοῦσιν οἱ περί τι σφόδρα ἐπτοημένοι, καὶ πολλὴν αὐτοῦ ποιούμενοι φροντίδα. Ὁ μὲν οὖν μεγαλόψυχος τοιοῦτος.

Ὁ δὲ ἐλλείπων, μικρόψυχος, ὁ δὲ ὑπερβάλλων, χαῦνος· οὐκ εἰσὶ δὲ οὐδὲ οὗτοι κακοί· οὐ γὰρ κακοποιοί εἰσιν, ἀλλὰ μόνον ἡμαρτημένοι, καθ' ὅσον τοῦ δέοντος ἐκπίπτουσι καὶ τοῦ μέσου.

** Ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος, ἄξιος ὢν ἀγαθῶν, ἀγνοεῖ ἑαυτόν, καὶ ἀποστερεῖ ἑαυτὸν ὧν ἐστιν ἄξιος. Καὶ τοῦτο τὸ μέρος κακός ἐστιν ἑαυτῷ, μὴ εὖ ποιῶν ἑαυτόν, διὰ τὸ ἀγνοεῖν τὰ αὐτῷ προσήκοντα· εἴ γὰρ ᾔδει, ὠρέγετο ἄν, ἀγαθῶν ὄντων· ὁ τοιοῦτος δὲ ἠλίθιος μὲν οὐκ ἂν λέγοιτο, ἀλλὰ μᾶλλον νωθρός. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο τὸ μέρος ὁ μικρόψυχος ἑαυτὸν βλάπτει, ἀλλὰ καὶ ἕτερον τρόπον· καὶ γὰρ διὰ τὸ ἀγνοεῖν ἑαυτὸν καὶ χείρων γίνεται τοὺς τρόπους· τῶν γὰρ ἀγαθῶν καὶ γενναίων πράξεων καὶ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ἀφίσταται, ὡς ἀνάξιος ὢν αὐτῶν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν ἀπέχεται, νομίζων ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ ταῦτα εἶναι.

*** Ὁ δὲ χαῦνος, καὶ ἠλίθιος, καὶ ἑαυτὸν ἀγνοῶν τοῖς ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ἐπιχειρεῖ. Ἀρετῇ μὲν οὐκ ἔχων κοσμεῖσθαι, κοσμούμενος δὲ ἐσθῆτι καὶ σχήματι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις· καὶ σεμνός τις εἶναι διὰ τούτων νομίζων, εὐτυχής τις ἐθέλει δοκεῖν· καὶ πειρᾶται φανερὰ ποιεῖν ἀεὶ τὰ εὐτυχήματα ἑαυτοῦ, καὶ περὶ αὐτῶν ἀεὶ λέγει, ὡς διὰ τούτων τιμηθησόμενος.

**** Ἀμφοτέρων δὲ ἀντικειμένων τῇ μεγαλοψυχίᾳ, τῆς τε μικροψυχίας καὶ τῆς χαυνότητος, ἡ μικροψυχία μᾶλλον ἀντίκειται, ὅτι μᾶλλον γίνεται, καὶ χεῖρόν ἐστι κακόν· τοῦ γὰρ ἔχοντος τὸ ἦθος χεῖρον ποιεῖ καὶ τὴν ἀρετὴν ἐλαττοῖ, καθὼς εἴρηται· ἡ δὲ χαυνότης φαῦλον μέν ἐστι δι' ἑαυτήν, τὸν δὲ ἔχοντα οὐ ποιεῖ κατὰ τὰ ἄλλα φαυλότερον· οὐδὲν γὰρ ἀγαθόν, ὧν ἔχει, ὁ χαῦνος ἀπόλλυσι διὰ τὴν χαυνότητα, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνίοτε διὰ τοῦτο καὶ καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἔργοις ἐπιχειρεῖ, ἄξιον ἑαυτὸν ἡγούμενος τῶν τοιούτων. Ἔτι δὲ ἡ μὲν χαυνότης οὐκ ἀεὶ αὔξει· ἀπὸ γὰρ τῆς πείρας ὁ χαῦνος ἐπιγνώμων ἑαυτοῦ γίνεται· ἣν γὰρ ζητεῖ τιμὴν οὐ λαμβάνων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἀναγκάζεται σωφρονεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ χαυνότης εὐαπάλλακτόν ἐστι, καὶ οὐ δύναται παραμένειν· ἡ δὲ μικροψυχία ἀεὶ προ-

tam abjecto animo esse possit? Semper autem id quod honestum est lucro anteponens meliora statuit honesta et infructuosa fructuosis et utilibus, si inhonesta sint. Eadem etiam opum, arborum et servorum ratio est : neque enim lucripetas, sed honestos et bonos servos sibi comparabit. Sed et motus hominis magnanimi tardus videtur esse, et vox gravis, et dictio sedata : neque enim fieri potest, ut festinet, qui pauca curat : (nam quæ vulgus admiratur, ille levia ac tenuia judicat :) neque ut magnopere contendat qui nihil magnum esse credit : quippe festinant et volubiliter loquuntur, qui vehementer admirantur aliquid, ac studiose diligenterque curant. Talis ergo est magnanimus.

Qui autem modum deserit, is humili imbecilloque animo dicitur; qui excedit, elatus ac superbus; quamvis nec isti mali sint; nihil enim maleficii in quemquam admittunt, sed tantum errant, quatenus videlicet ab officio atque a mediocritate discedunt.

Nam qui humili imbecilloque animo est, quum sit bonis dignus, ipse se non novit, ac propterea bonis quæ meretur se privat. Atque idcirco sibi ipsi malevolus est, quia bene sibi non facit, quod ignoret, quæ sibi debeantur : nimirum si novisset, expeteret quoque, quum bona sint : neque tamen stolidus recte dicetur ejusmodi homo, sed potius piger et segnis. Neque vero hoc tantum modo nocet sibi is qui humili imbecilloque animo est, sed etiam alio : etenim quoniam se ipse ignorat, mores quoque ejus magis magisque labuntur : a rectis enim et honestis actionibus bonisque institutis desistit, tanquam indignus sit illis, quemadmodum et ab externis bonis se abstinet, ea supra dignitatem suam esse ratus.

At vero superbus et stolidus et qui se ipsum ignorat, ea aggreditur, quæ dignitatem suam excedunt. Qui quum virtute ornari non possit, veste contra et habitu et consimilibus aliis se exornat, quumque iis decorus sibi videatur, fortunati speciem præbere vult, suasque res secundas semper in hominum notitiam perferre conatur, ac de iis loquitur perpetuo, quasi ex his honorem consecuturus.

Quum autem utraque animi magnitudini et humilitas et superbia adversetur, humilitas magis adversatur quam superbia, tum quia est crebrior, tum quia majus est malum : ejus enim quem tenet, et mores corrumpit, et virtutem, ut dictum est, minuit : superbia autem per se quidem mala est, eum vero quem tenet, deteriorem in reliquis non efficit : nullum enim bonum, quod possidet superbus, superbia corrumpitur, sed potius interdum præclara idcirco et honesta opera aggreditur, quia se dignum iis existimat. Porro non semper crescit superbia : experientia enim sui cognitionem consequitur superbus : quum enim plerumque non afficitur eo quem petit honore, modeste se gerere cogitur. Quare superbia facile deponitur, neque potest permanere : at humilitas semper procedit. Nam natura, ut dictum est, depra-

* Ὁ δὲ ἐλλείπων μικρόψυχος, ὁ δ' ὑπερβάλλων χαῦνος κτλ. — ** Ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος, ἄξιος ὢν ἀγαθῶν κτλ.
*** Οἱ δὲ χαῦνοι ἠλίθιοι, καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντες κτλ. — **** Ἀντιτίθεται δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ κτλ.

χωρεῖ. Τοῦ γὰρ ἤθους, ὥσπερ εἴρηται, χεῖρον διατεθέντος, καὶ τὸ φρόνημα ἐλαττοῦται· τοῦ φρονήματος δὲ ἐλαττωθέντος, καὶ ὁ τρόπος γίνεται χείρων, καὶ τὸ φρόνημα διὰ τοῦτον· καὶ οὕτως ἡ μικροψυχία ἀεὶ προχωρεῖ. Καὶ ἀπὸ τῆς πείρας δὲ ὁ μικρόψυχος οὐ γίνεται βελτίων· οἷς γὰρ ἔργοις ἐπιχειρεῖ, ῥᾳδίως ταῦτα περαίνων (μικρὰ γὰρ καὶ τῆς δυνάμεως ἐλάττω) τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ὥσπερ ἀγνοεῖ. Καὶ τιμὴν δὲ ζητῶν ἐλάττω τῆς ἀξίας οὐδένα λυπεῖ, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐξελεγχόμενος θεραπεύεται, καθάπερ ὁ χαῦνος. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἡ μικροψυχία [l] χεῖρόν ἐστι κακὸν τῆς χαυνότητος καὶ δυσαπαλλακτότερον· ὅθεν μᾶλλον ἀντίκειται τῇ μεγαλοψυχίᾳ.

(Scripsi : [a]) οὐχ ὑπερβάλλει] cod. οὐχ ὑπερβάλλει. — [b] κόσμος τις] cod. κόσμός τις. — [c] ἔχουσι] cod. ἔχουσιν. — [d] προσῆκεν] i. e. προσήκει. Recte enim Thomas Magister p. 751 : τὸ δὲ προσῆκεν, ἀντὶ τοῦ προσήκει λαμβανόμενον, ἀττικόν ἐστιν. — [e] παρ' Ὁμήρῳ] Eustratius : Thetis enim, ut apud Homerum est, quum maximis beneficiis Iovem affecisset, eumque a conjuratione aliorum deorum liberasset, id quod filius ejus declarat his versibus : ἐλθοῦσ' Οὔλυμπόνδε Δία λίσαι, εἴ ποτε δή τι κτλ. (Iliad. I, 394-406) non id quidem ipsa explicat apud Iovem, quum ab eo petit, ut filio suo honorem et gloriam afferat, sed tantum latenter significat : Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα κτλ. Iliad. I, 503-510. — [f] οἱ Λάκωνες] Eustratius : « Lacedæmonii, ut refert Callisthenes in primo historiæ græcæ libro, quum Thebani in Laconicam hostili exercitu invasissent, ad Athenienses auxilii petendi causa profecti, beneficiorum, quibus Athenienses affecerant, nullam prorsus fecere mentionem, sed quæ ipsi ab illis acceperant magnifice commemorarunt, ut ea potissimum ratione generosum Atheniensium animum ad ferendam sibi opem possent inducere. » Xenophon tamen Hist. græc. lib. VI cap. 5, 33 collata in Athenienses beneficia Spartanos enumerasse scribit. — [g] Ἄλλως τε] cod. Ἄλλωστε. — [h] πρωτεύουσιν] cod. προτεύουσιν. — [i] λυμήνασθαι] cod. λυμήνασθαι. — [k] ἄλλως τε] cod. ἄλλωστε. — [l] μικροψυχία] cod. μικροψυχίᾳ. —)

Κεφ. ϛ'.

Περὶ τῆς ἐν φιλοτιμίᾳ μεσότητος.

* Ἡ μὲν οὖν μεγαλοψυχία περὶ τιμὴν μεγάλην ἐστί, καθὼς εἴρηται. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τις ἀρετὴ περὶ τὴν τιμήν, ἥτις λόγον ἔχει πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, ὃν ἡ

vata ejus etiam de se opinio decrescit : opinione autem decrescente mores quoque in pejorem partem mutantur, et propter eos opinio : atque ita humilitas semper procedit. Sed nec experientia is qui humili imbecilloque animo est, resipiscit : nam quum ea quæ aggreditur opera facile perficiat (parva enim sunt viribusque ejus minora) virtutem suam quasi ignorat. Sed et honorem quum petat minorem quam quo dignus est, neminem offendit, ideoque ne repulsa quidem quam a populo tulit ad frugem compellitur, ut superbus. Ob has igitur causas humilitas pejus malum est quam superbia minusque sanabile : unde etiam magis animi magnitudini adversatur.

Cap. VI.

De mediocritate quæ in honorum cupidine consistit

In magno ergo honore, sicut dictum est, animi altitudo cernitur. Sed et alia virtus in honore occupata est, quæ eandem rationem ad animi excelsitatem habet,

* Cap. 4. Ἔοικε δὲ καὶ περὶ ταύτην εἶναι ἀρετή τις κτλ.

ἐλευθεριότης πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν· ὡς γὰρ ἡ μεγαλοπρέπεια διαφέρει τῆς ἐλευθεριότητος τῷ μεγάλῳ, περὶ τὰ χρήματα καὶ αὐτῆς οὔσης, οὕτως ἡ μεγαλοψυχία τῆς τοιαύτης ἀρετῆς διαφέρει, τῷ περὶ μεγάλας εἶναι τιμάς, αὐτῆς περὶ τὰς μικρὰς οὔσης.

* Ὥσπερ γὰρ ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων μεσότης ἐστί, καὶ ὑπερβολή, καὶ ἔλλειψις, οὕτω καὶ ἐν τῇ ὀρέξει τῆς τιμῆς ἔνι λαβεῖν μεσότητα, καὶ ὑπερβολήν, καὶ ἔλλειψιν. Ἔστι γὰρ δυνατὸν ἐφίεσθαι τιμῆς πλέον ἢ δεῖ, καὶ ἔλαττον τοῦ δέοντος, καὶ πάλιν κατὰ τὸ δέον, καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς ἀπαιτεῖ λόγος· ψέγομεν γὰρ καὶ ἐπαινοῦμεν πολλοὺς ἐπὶ τῇ τῆς [a] τιμῆς ὀρέξει· ὅθεν δῆλον, ὅτι οἱ μὲν ὡς δεῖ ταύτης ἐφίενται, οἱ δὲ οὐχ ὡς δεῖ· τούτων δὲ οἱ μὲν ὑπερβαίνουσι τὸ δέον, οἱ δὲ ἐλλείπουσι.

** Καὶ γὰρ ψέγομεν τὸν φιλότιμον ὡς πλέον ἢ δεῖ τιμῆς ἐφιέμενον· ψέγομεν δὲ καὶ τὸν ἀφιλότιμον, ὡς μηδὲ ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἐθέλοντα τιμᾶσθαι.

*** Ἐνίοτε δὲ καὶ τὸν φιλότιμον ἐπαινοῦμεν, ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον, τὸν δὲ ἀφιλότιμον ὡς μέτριον καὶ σώφρονα, ὡς καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἴπομεν· γίνεται γὰρ τοῦτο διὰ τὸ ἐοικέναι τὰ ἄκρα τῇ μεσότητι, καὶ διὰ τὸ τὴν μεσότητα ἀνώνυμον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο ὀνομάζεσθαι ἀπὸ τῶν ἄκρων. Καὶ οὐδὲν κωλύει τὴν μεσότητα φιλοτιμίαν ὀνομάζεσθαι ἢ ἀφιλοτιμίαν. Ὁ γὰρ φιλότιμος καὶ ὁ φιλοχρήματος πολλαχῶς δύναται λέγεσθαι· ἐπεὶ καὶ τὸ φιλεῖν κατὰ πολλοὺς τρόπους δύναται εἶναι· ἔστι γὰρ καὶ ὑπὲρ τὸ δέον φιλεῖν τι, καὶ παρὰ τὸ δέον, καὶ ὡς δεῖ· ὥστε καὶ τὸ ὄνομα οὕτως ἂν ἔχειν, καὶ λέγοιτο ἂν φιλοτοιοῦτος εἰκότως καὶ ὁ ὡς δεῖ, καὶ ὁ μὴ ὡς δεῖ φιλῶν· ὥστε ὅταν τινὰ φιλότιμον ὀνομάζοντες ἐπαινῶμεν, νομίζομεν ὑπερβάλλειν μὲν ἐν τῇ τῆς τιμῆς ὀρέξει, ἀλλ' οὐ τὸ δέον, ἀλλὰ τοὺς πολλούς· ὅταν δὲ ψέγωμεν [b] τὸν φιλότιμον, τὸν ὑπερβάλλοντα τὸ δέον φιλότιμον ὀνομάζομεν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀφιλοτίμου ἔχει.

**** Ἔστι τοίνυν μεσότης ἐν τῇ μετρίας τιμῆς ὀρέξει, εἰ καὶ ἀνώνυμός ἐστιν· ἐν οἷς γάρ ἐστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, ἀνάγκη καὶ τὸ μέσον εἶναι· ὥστε ἐπεὶ ὀρέγονται τιμῆς καὶ πλέον τοῦ δέοντον καὶ ἔλαττον, ἀνάγκη καὶ τὴν μέσην ὄρεξιν εἶναι τὴν κατὰ τὸ δέον γινομένην, ἥτις ἐπαινεῖται.

***** Καὶ ἔστιν ἀρετὴ ἀνώνυμος· φαίνεται δὲ πρὸς μὲν τὴν φιλοτιμίαν τὴν ἀκρότητα συγκρινομένη, ἀφιλοτιμία, πρὸς δὲ τὴν ἀφιλοτιμίαν, φιλοτιμία· πρὸς ἀμφοτέρας δὲ τὴν φιλοτιμίαν καὶ τὴν ἀφιλοτιμίαν συγκρινομένη, ἀμφότερα δοκεῖ, καθόσον ἀμφοτέρων μετέχει· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν γίνεται. Ἀεὶ γὰρ ἡ μεσότης τῶν ἄκρων μετέχουσα τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν ὀνομάζεται· καθόσον καὶ φεύγει τὸ ἕτερον, πρὸς τὸ ἕτερον ἀποκλίνειν δοκεῖ· ἐπὶ ταύτης δὲ μᾶλλον, διότι ἀνώνυμός ἐστι.

quam liberalitas ad magnificentiam : quemadmodum enim magnitudine a liberalitate differt magnificentia, quum in pecuniis et ipsa versetur, sic ab illa virtute differt animi magnitudo, quod in magnis posita est honoribus, quum illa tantum in parvis sita sit.

Nimirum ut in accipiendis et dandis pecuniis locum habent mediocritas, nimium et parum : ita etiam in expetendo honore tum mediocritatem tenere, tum in id quod aut nimium aut parum est incidere possumus. Nam et magis quam oportet, et minus quam decet, et rursus decenter atque ut recta ratio postulat honorem expetere possumus : siquidem multos ob honoris cupiditatem aut laudamus aut reprehendimus : unde apparet, alios decenter alios non decenter eum expetere : ex quibus quidam officiorum fines paulo longius proferunt, alii officio desunt.

Ambitiosum enim in eo reprehendimus, quod magis quam oportet honorem expetat; reprehendimus et honoris contemtorem, quod ne in rebus honestis quidem honore affici velit.

Interdum vero et ambitiosum laudamus, ut virum fortem et honestatis studiosum, honoris autem contemtorem tanquam modestum ac temperantem, ut etiam supra diximus : hoc enim ideo fit, quod extrema ad mediocritatis similitudinem accedunt, et quod mediocritas nomine vacat, ideoque ab extremis denominatur. Neque quidquam obstat, quominus vel ambitio vel honoris contemtus dicatur mediocritas. Multis enim modis dici potest aliquis honorem appetere aut pecuniam, quoniam omnino multis modis aliquid appetere dicimur. nam et plus minusve quam oportet, et quemadmodum oportet, aliquid appetere nobis licet; quare et nomen hominis aliquid appetentis ita se habet, meritoque rei alicujus studiosus esse perhibetur tam qui decenter quam qui non decenter appetit : quamobrem quoties hominem laudibus efferentes ambitiosum appellamus, non magis quam oportet, sed magis quam vulgus honorem expetere eum putamus : quum vero hunc ipsum vituperamus, eum qui magis quam oportet, honorem expetit, hoc nomine afficimus. Similiter et in honoris contemtore se res habet. Consistit igitur mediocritas in moderata honoris cupiditate, quamvis nomine vacet, quibus enim in rebus nimium et parum est, in iis mediocritatem quoque esse necesse est : itaque quoniam vel magis quam oportet nonnulli honorem expetunt vel minus, necesse est moderatam quoque aliquam cupiditatem esse eamque officio convenientem, quæ laudatur.

Atque hæc virtus nomine caret : videtur autem, si cum ambitione comparetur, hoc est cum extremo, honoris contemtus, si cum honoris contemtu, ambitio : denique si cum utraque, id est, ambitione et honoris contemtione, comparetur, utrumque extremum, quatenus utriusque particeps est : quod in aliis etiam virtutibus fit. Semper enim quum ad extrema accedit medium, nominibus quoque eorum appellatur : nimirum quatenus recedit ab altero, eatenus ad alterum inclinare videtur : in hac vero magis, quia caret nomine.

* Ὥσπερ δὲ καὶ ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων κτλ. — ** Τόν τε γὰρ φιλότιμον ψέγομεν κτλ. — *** Ἔστι δ' ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινοῦμεν κτλ. — **** Ἀνωνύμου δ' οὔσης τῆς μεσότητος κτλ. — ***** Ἐπαινεῖται γοῦν ἡ ἕξις αὕτη κτλ.

* Διὰ τοῦτο δὲ οὐδὲ ἀντικεῖσθαι δοκοῦσι τὰ ἄκρα μέσῳ τινί, ἀλλὰ μᾶλλον ἀλλήλοις· ἡ γὰρ ἀφιλοτιμία τῇ φιλοτιμίᾳ φαίνεται ἀντικεῖσθαι.

(Scripsi : [a] ἐπὶ τῇ τῆς] cod. ἐπὶ τῆς. — [b] ψέγωμεν] cod. ψέγομεν. —)

Quamobrem nec medio alicui opposita, sed inter se potius pugnare videntur extrema : nam honoris contemtus ambitioni videtur obstare.

Κεφ. ζ΄.

Περὶ πραότητος.

Cap. VII.

De lenitate.

** Ἡ δὲ πραότης περὶ τὰς ὀργάς ἐστι μεσότης· ἧς ἡ μὲν ὑπερβάλλουσα ἕξις ὀργιλότης καλεῖται· ἡ δὲ ἐλλείπουσα, ἀνώνυμος. Τὸ μὲν οὖν πάθος, περὶ ὃ ἡ πραότης, ὀργή ἐστι· τὰ δὲ κινοῦντα τὴν ὀργὴν πολλὰ καὶ διαφέροντα.

*** Ὁ μὲν οὖν ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς δεῖ ὀργιζόμενος ἐπαινεῖται· ὃς δὴ ὁ πρᾶός ἐστι. Δοκεῖ γὰρ πρᾶος εἶναι ὁ ἀτάραχος καὶ μὴ ἀγόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλ' αὐτὸς ἄγων τὸ πάθος, καθὼς ὁ ὀρθὸς προστάττει λόγος· δοκεῖ δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν ἔλλειψιν ἀποκλίνειν, καθόσον οὐ τιμωρητικός ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός.

**** Ἡ δὲ ἔλλειψις κακίζεται, εἴτε ἀοργησία καλεῖται, εἴτε ὅ, τι δήποτε· τὸ γὰρ ἐν οἷς δέον μὴ ὀργίζεσθαι καὶ περιορᾶν προπηλακιζόμενον, καὶ ἑαυτόν, καὶ τοὺς οἰκείους, ἠλίθιον καὶ ἀνδραποδῶδες.

***** Ἡ δὲ ὑπερβολὴ κατὰ πάντα μὲν γίνεται· καὶ γὰρ ὅτε παρὰ τὸ δέον καὶ τοῦ τόπου, καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ προσώπου, καὶ τῶν ἄλλων περιστάσεων ὀργίζεταί τις, ὑπερβάλλει. Οὐ μὴν ἀεὶ ὁ ὑπερβάλλων καὶ πάντῃ ὑπερβάλλει· σχεδὸν δὲ καὶ ἀδύνατον τοῦτο· τὸ γὰρ κακόν, εἰ κατὰ μηδένα τρόπον ἀγαθὸν εἴη, οὐ δύναται συστῆναι, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸ ἀπόλλυσι· κἂν ὁλόκληρον ᾖ, ἀφόρητον γίνεται.

****** Οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι ταχέως μὲν ὀργίζονται, καὶ οἷς οὐ δεῖ· παύονται δὲ ταχέως, ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι· τοῦτο δὲ πάσχουσιν, ὅτι οὐ κατέχουσι τὴν ὀργήν, οὐδὲ κρύπτουσιν, ἀλλὰ ἐξάγονται καὶ ἀμύνονται εὐθὺς δι' ὧν ἔξεστιν· ἀμυνάμενοι δὲ ταχέως διὰ τὴν ὀξύτητα παύονται εὐθὺς τῆς ὀργῆς. Καθ' ὑπερβολὴν δέ εἰσιν ὀξεῖς οἱ ἀκρόχολοι, καὶ πρὸς πᾶν ὀργίλοι, καὶ ἐπὶ παντί· ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα ἔχουσιν ἀπὸ τοῦ ἄκρου παρηγμένον. Οἱ δὲ πικροί, καὶ δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται· οὐ γὰρ εὐθὺς φανεροῦσι τὸν θυμόν, ἀλλὰ κατέχοντες κρύπτουσι· παύονται δὲ τοῦ θυμοῦ, ἐπειδὰν ἀνταποδιώσωσι [a] κακὰ τοῖς λελυπηκόσιν. Ἡ γὰρ τιμωρία ἡδονὴν αὐτοῖς ἐμποιεῖ, καὶ διὰ τοῦτο τῆς λύπης ἀφίστησι· τούτου δὲ μὴ γινομένου, τὸ βάρος ἔχουσι, καὶ περιφέρουσι τὴν ὀργήν. Διὰ γὰρ τὸ μὴ φανεροῦν τὴν ὀργήν, οὐδὲ παραμυθίας παρὰ τῶν ἀνθρώπων τυγχάνουσιν, οὐδὲ παρακαλεῖ τις αὐτούς·

Lenitas autem mediocritas est quæ in ira versatur : ad quam quæ nimia est proclivitas, ea iracundia nominatur : at defectus nomen non habet. Perturbatio ergo, in qua lenitas cernitur, ira est : quæ autem eam movent, multa sunt et varia.

Atque is quidem qui, quemadmodum et quo tempore oportet, et de quibus oportet, irascitur, laudari solet : quem lenem ac mansuetum appellamus. Videtur enim lenis esse cupiditatum expers, neque perturbatione incitari, sed ipse coercere cupiditatem, ut recta ratio præcipit : videtur enim potius ad defectum inclinare, quatenus non ad ulciscendum proclivis, sed potius ad ignoscendum propensus est.

Defectus autem, sive lentitudo nominatur, sive quocunque nomine afficitur, vituperari solet : ubi enim succensere oportet, non irasci aliorumque tum in se tum in suos contumelias perpeti ac negligere, stultum est et servile.

At abundantia in omnibus rebus cernitur : quoties enim non apte ad locum vel tempus, vel negotium, vel personam, vel alia eventa aliquis irascitur, modum excedit. Nec tamen semper qui modum excedit etiam in omni re nimius est : quod vix fieri potest : quia malum, nisi aliqua ex parte bonum sit, consistere non potest, sed suo vitio corrumpitur, et si integrum sit, intolerabile efficitur.

Atque iracundi quidem celeriter et quibus non oportet irascuntur : sed iidem irascendi finem cito faciunt, quod quidem in illis vel optimum est : atque hoc eis propterea accidit, quia iram non cohibent, neque comprimunt, sed efferuntur, et quo modo possunt, injuriam ulciscuntur : quod quum cito fecerunt, statim, quæ animi concitati celeritas est, irasci desinunt. Ultra modum autem vehementes sunt in iram præcipites et ad omnia atque omnibus de causis iracundia inflammantur : unde et nomen a præcipitio derivatum habent. At vero amari tum propemodum sunt implacabiles, tum diu in ira perseverant : neque enim statim vultu præferunt et effundunt, sed cohibent et comprimunt : quam tum demum missam faciunt, quum injuriæ auctores ulti fuerint. Nam vindicta voluptatem iis affert, ideoque dolorem illum adimit : quod si assequi non possint, onus sustinent et quasi iram circumferunt. Quum enim iram in neminem evomant, neque solando neque

* Ἀντικεῖσθαι δὲ ἐνταῦθα κτλ. — ** Cap. 5. πραότης δ' ἐστὶ μὲν μεσότης κτλ. — *** Ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ καὶ οἷς δεῖ ὀργιζόμενος κτλ. — **** Ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία κτλ. — ***** Ἡ δ' ὑπερβολὴ κατὰ πάντα κτλ. — ****** Οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι κτλ.

ὅθεν καὶ κατέχουσιν αὐτήν, μέχρις ἂν αὐτὴ ὑφ' ἑαυτῆς διαλυθῇ, καὶ πεφθῇ· τοῦτο δὲ διὰ χρόνου γίνεται. Οἱ τοιοῦτοι δὲ καὶ ἑαυτοῖς εἰσιν[b] ὀχληροί, καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις. Οὗτοι δὴ καὶ χαλεποὶ καλοῦνται, οἵτινες χαλεπαίνουσιν ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε μὴ δεῖ, καὶ ὅσον οὐ δεῖ, καὶ πλεῖστον ὀργίζονται χρόνον, καὶ οὐ διαλλάττονται, εἰ μὴ ἀντιλυπήσουσι[c] τοὺς λελυπηκότας. Οὗτοι δὲ καὶ συνοικῆσαι χαλεποί, καὶ βαρεῖς τοῖς ὁμοδιαίτοις. Ἡ μὲν οὖν μεσότης ἡ πρᾳότης ἐστίν, ὑπερβολὴ δὲ ἡ ὀργιλότης, ἔλλειψις δὲ ἀναισθησία τις ἂν καλοῖτο, καὶ ἠλιθιότης, ἢ ἀοργησία.

* Ἀμφοτέρων δὲ ἀντικειμένων τῇ μεσότητι, μᾶλλον ἀντίκειται ἡ ὀργιλότης, ἢ ἡ ἀοργησία· χεῖρον γὰρ κακόν ἐστιν ἡ ὀργιλότης τῆς ἀοργησίας, ὅτι μᾶλλον γίνεται· ἐλάχιστοι γὰρ οἱ ἀόργητοι· καὶ ὅτι συνοικῆσαι ὁ μὲν ἀόργητος ἡδύς, ὁ δὲ ὀργίλος χαλεπός, καὶ διὰ τοῦτο χεῖρον τὸ κακόν· τὸ γὰρ ἥμερον τῶν ἀνθρώπων καὶ φιλάλληλον ἀναιρεῖ. Ὅτι μὲν οὖν μεσότης τις τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡ ἀρετή, τὰ δὲ παρ' ἑκάτερα ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις, κακά, δῆλον· καὶ εἴρηται ὅτι τὸ ὡς δεῖ ὀργισθῆναι, καὶ ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὅτε, τοῦτό ἐστι καὶ μεσότης. Μέχρι δὲ τίνος[d] ὀργιζόμενοι, καὶ ἐπὶ τίσι[e] τὰ δέοντα ποιήσομεν, καὶ τίς ὁ δέων τῆς ὀργῆς καιρός, καὶ ὁ τόπος, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐ δυνατόν ἐστι διορίσασθαι· τὰ γὰρ κατὰ μέρος καὶ τὰ καθ' ἕκαστα ἀόριστα, καθὼς καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς εἴρηται· καὶ ἄλλοτε ἄλλα εἰσὶ[f] τὰ προσήκοντα, καὶ οὐδὲν τούτων ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕστηκε. Τοῦτο δὲ μόνον δυνατὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ μὲν μέση ἕξις ἐπαινετή, αἱ δὲ ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις ἐπὶ παντὸς πάθους κακίζονται· καὶ αἱ μὲν μικρὸν ἀφιστάμεναι τοῦ μέσου οὐ πάνυ γίνονται φανεραί, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ πάνυ ψέγονται, αἱ δὲ πλεῖστα, καὶ πλεῖστα δοκοῦσι, καὶ σφόδρα κακίζονται· ὅθεν δῆλον, ὅτι τῆς μέσης ἕξεως ἀνθεκτέον.

(Scripsi : [a] ἀνταποδώσωσι] cum cod. insolenter quidem, sed accommodate ad quædam recentiorum scriptorum exempla. Sic Theocritus Idyll. XXVII vs. 21 δειμαίνω μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δώσῃ, quam lectionem etiam Valckenarius tuetur. Adde Joannis Evang. XVII, 2 ἵνα δώσῃ. — [b] ἑαυτοῖς εἰσιν.] cod. ἑαυτοῖς εἰσὶν. — [c] ἀντιλυπήσουσι] cod. ἀντιλυπήσουσιν. — [d] μέχρι δὲ τίνος] cod. μέχρι δέ τινος. — [e] ἐπὶ τίσι] cod. ἐπί τισιν. — [f] ἄλλα εἰσὶ] cod. ἀλλά εἰσι. —)

hortando quisquam mortalium juvare eos potest : quapropter eam cohibent, dum ipsa sua sponte solvatur et concoquatur : hoc vero non fit nisi temporis progressu. Quin etiam hoc hominum genus cum sibi ipsi, tum amicissimis molestum est. Hi porro difficiles et sævi vocantur, qui ob quas causas non debent, et quando non debent et gravius quam debent, irascuntur, ac diutissime succensent, neque unquam reconciliantur, nisi injuriarum auctores ulti sint. Atque hi quidem difficiles sunt in convictores et graves contubernalibus. Mediocritas igitur lenitas est, abundantia iracundia, defectus vero stupor quidam, aut stoliditas possit vocari, aut lentitudo.

Quum autem utraque res mediocritati opposita sit, magis tamen iracundia quam lentitudo ei opposita est, siquidem pejus malum iracundia est, quam lentitudo, quia sæpius locum habet : quippe paucissimi sunt illi quos lentos dicimus : deinde quod homo lentus jucundus comes, at iracundus difficilis esse solet, ideo pejus malum est : quidquid enim in homine mansueti est aut amoris mutui, tollit iracundia. Jam vero mediocritatem quandam bonum esse et virtutem, quæ vero utrimque sunt, abundantiam ac defectum, mala esse, manifestum est : ac supra jam diximus, mediocritatem in hoc versari, ut quemadmodum oportet, et quas ob causas oportet, et quando oportet, irascamur. Quam diu vero et quibus de causis decenter irascendum sit, quæ item justa sit iræ occasio, et locus, et persona, et alia ejus generis, definiri non potest : quippe particularia et singula indefinita sunt, ut etiam in principio diximus : nimirum alia alio tempore apta sunt, nec quidquam horum fixum ac stabile est. Hoc tantum dicere possumus, medium habitum laudabilem videri, sed abundantiam ac defectum in omni perturbatione, id est nimium et parum, vituperari; quæ si non longe absunt a medio, non valde oculos in se convertunt ideoque leviter reprehenduntur; si longissime absunt, longissime etiam abesse videntur, atque idcirco acerrime increpantur : unde apparet, medium habitum constanter servandum esse.

Κεφ. η'.

Περὶ φιλίας, καὶ τῶν παρ' ἑκάτερα κακιῶν, δυσκολίας καὶ κολακείας.

** Αἱ μὲν οὖν περὶ τὴν ὀργὴν ἕξεις εἴρηνται. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἕξεις ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων κοινωνίαις ταῖς

Cap. VIII.

De amicitia vitiisque quæ cingunt eam, morositate videlicet et adulatione.

Atque eos quidem, qui in ira versantur, habitus jam tractavimus. Sunt vero et alii habitus in hominum inter

* Τῇ πρᾳότητι δὲ μᾶλλον τὴν ὑπερβολὴν ἀντιτίθεμεν κτλ. — ** Cap. 6. ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις καὶ τῷ συζῆν κτλ.

πρὸς ἀλλήλους· αἵτινες ἐν λόγοις καὶ ἐν πράγμασι γίνονται· περὶ ταύτας τοίνυν τὰς κοινωνίας δυνατὸν ἐπαινεῖσθαί τινα καὶ ψέγεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἡ μὲν μεσότης ἐπαινετόν, ψεκτὸν δὲ αἱ ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις, φανερὸν ὅτι ἐν ταῖς κοινωνίαις ταύταις ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψίς ἐστι καὶ μεσότης· οἱ μὲν γὰρ ἄλυποι παντάπασι βούλονται εἶναι τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ πάντα ἐπαινοῦσι, καὶ πᾶσιν ἀρέσκεσθαι βούλονται δοκεῖν, καὶ οὐδενὶ περὶ οὐδενὸς ἀντιλέγουσιν.

*Οἱ δὲ ἐκ διαμέτρου τούτοις ἔχουσι, καὶ πάντας λυποῦσι, καὶ πάντα ψέγουσι, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς τῶν γινομένων ἀρέσκει, καὶ πᾶσι περὶ παντὸς ἀντιλέγουσιν.

**Οὗτοι δὴ ἄμφω κακίζονται. Ἐπαινεῖται δὲ ὁ κατὰ τὸ δέον ταῦτα ποιῶν· καὶ ἃ μὲν δεῖ ψέγων, ἃ δὲ δεῖ ἐπαινῶν, καὶ ἀρεσκόμενος οἷς ἀρέσκεσθαι δεῖ. Καλεῖται τοίνυν ὁ μὲν πάντα ἐπαινῶν ἄρεσκός τις [a] καὶ κόλαξ· ὁ δὲ πᾶσιν ἐπιτιμῶν, δύσκολος· ὁ δὲ τὸ γινόμενον σώζων περὶ ἄμφω, φίλος ἂν καλοῖτο· ἔοικε γὰρ τὸ κατ' αὐτὸν φιλίᾳ· ὄνομα γὰρ ἴδιον τῆς τοιαύτης μεσότητος οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου καλεῖται. Ἡ γὰρ τοιαύτη ἕξις τὸ στέργειν προσλαβοῦσα, φιλία ἐστί· διαφέρει γὰρ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ τῆς στοργῆς γίνεται. Οὐ γὰρ διὰ τὸ στέργειν ἢ ἐχθαίρειν ἀποδέχεται τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, ἢ ψέγει, ἀλλ' ἁπλῶς τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, καὶ ὅτι τοιαύτην ἔλαβεν ἕξιν· ὁμοίως γὰρ διάκειται πρός τε τοὺς γνωρίμους καὶ τοὺς ἀγνῶτας, καὶ πρὸς τοὺς συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις κατὰ ταύτην τὴν ἕξιν. Ἐπαινεῖ γὰρ ἀεὶ καὶ ψέγει ἃ δεῖ, καὶ ὅσον δεῖ· πλὴν οὐχ ὁμοίως παντάπασιν, ἐν οἷς γὰρ δεῖ λυπεῖν οὐχ ὁμοίως λυπήσει τοὺς γνωρίμους, καὶ τοὺς ἀγνῶτας, καὶ τοὺς συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἡδονῆς, οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ ἁρμόζει· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀποβλέπων ἀεὶ καὶ τὸ συμφέρον, ὁ σπουδαῖος καὶ λύπην ποιήσει καὶ ἡδονὴν τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

***Ἔστι γὰρ τοιαύτη ἕξις περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένας. Καὶ ὅσαι μὲν ἡδοναὶ οὐ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀποβλέπουσι, [b] ταύταις οὐ συνησθήσεται τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἡδομένοις δυσχερανεῖ· καὶ προαιρήσεται λυπηρὸς ὀφθῆναι μᾶλλον ἢ ἡδύς, τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα· μάλιστα ἂν ἡ ἡδονὴ αἰσχύνην φέρῃ καὶ βλάβην τῷ ποιοῦντι μεγάλην· τότε γὰρ αἱρήσεται μᾶλλον λυπῆσαι, καὶ αἰσχῦναι μικρόν, καὶ τῆς μείζονος ἀπαλλάξαι λύπης καὶ αἰσχύνης, ἢ μικρὸν εὐφράναντα διὰ τοῦ συνησθῆναι, τῇ μείζονι λύπῃ περιβαλεῖν. Οὐχ ὁμοίως δὲ ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι καὶ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλ' ἑκάστῳ ἀποδώσει τὸ πρέπον, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δὲ διαφορὰς τῶν ἐντυγχανόντων καὶ αὐτὸς διαφέρουσαν τὴν ὁμιλίαν ποιήσεται, καὶ ἐπαινέσει ὡς δεῖ ἕκαστον, καὶ ἐπιτιμήσει

se consortione et congressu, qui in sermonibus et factis cernuntur : in his ergo aut laudamus aut reprehendimus aliquem. Quum autem laudari mediocritas, abundantia vero ac defectus, sive nimium et parum, vituperari debeant, manifestum est, in hac etiam vitæ societate tum nimium esse tum parum, tum mediocritatem : alii enim iis quibuscum quotidie congrediuntur minime molesti esse volunt, atque idcirco omnia laudant omniumque sententias probare videri volunt, neque unquam ab aliis dissentiunt.

Alii directe cum his pugnant, qui molesti sunt omnibus, omnia vituperant, neque quidquam eorum quæ fiunt approbantes de qualibet re cum omnibus contendunt.

Hi ambo utique vituperantur. Ac laudatur quidem qui decenter hæc facit, hoc est, qui vituperabilia vituperat et laudabilia laudat, iis denique, quibus astipulari debet, astipulatur. Atque is quidem qui omnia laudat blandus et adulator dicitur : qui vero cuncta reprehendit, morosus : qui denique ad rem quæ geritur judicium accommodat, ita ut in utroque genere neque laudando neque reprehendendo peccet, amicus appelletur : videtur autem virtus ipsius amicitia esse : nam tali mediocritati nomen non est impositum, sed a simili denominatur. Quippe hujusmodi habitus, quum amandi affectum assumpserit, fit amicitia : eo enim differt ab amicitia, quod amoris affectu caret. Nec enim quia aut amat aut odit ea quæ dicuntur et fiunt, approbat aut improbat, sed simpliciter honesti causa, et quia tale sibi ingenium induit : nimirum eodem modo erga notos et ignotos se habet, erga familiares et alienos, quod ad hunc habitum attinet. Nam, quantum oportet, et laudabilia semper laudat et vituperabilia vituperat : sed non plane eodem modo, neque enim ubi fieri hoc necesse erit, molestia æque notos afficiet atque ignotos, item familiares et alienos : similiterque in voluptate erit, neque enim eadem conveniunt : ideoque honestatis semper et utilitatis ratione habita vir bonus eos, quibuscum vivit, vel molestia afficiet, vel delectabit.

Etenim talis habitus in voluptatibus ac molestiis versatur, quæ ex sermonibus et cœtibus hominum capiuntur. Quare quæcunque voluptates ad honestatem non spectant, iis non fruetur cum hominibus quibus familiariter utitur, sed potius succensebit iis, si talibus rebus delectantur : et honestatis causa molestus quam jucundus videri malet : maxime si voluptas facientibus dedecori aut magno damno sit : tum enim malet parva aliquem molestia afficere aut ignominia, ut eum majori molestia et ignominia liberet, quam gaudio communiter percepto paulum exhilaratum majori postmodum molestia implicare. Non eodem autem modo conversabitur et loquetur cum viris dignitate aliqua præditis et cum plebe, sed suum cuique tribuet decorum, ac pro diversitate hominum forte fortuna oblatorum et ipse diver-

* Οἱ δ' ἐξ ἐναντίας τούτοις κτλ. — ** Ὅτι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι ἕξεις κτλ. — *** Καθόλου μὲν οὖν εἴρηται, ὅτι ὡς δεῖ ὁμιλήσει, κτλ.

ὁμοίως ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ· τὸ μὲν συνηδύνειν μάλιστα ζητῶν, καὶ τοῦτο καὶ καθ' ἑαυτὸ αἱρούμενος, τὸ δὲ λυπεῖν ἐλάχιστα καὶ μετρίως, καὶ οὐ δι' ἑαυτό, ἀλλὰ τοῦ συμφέροντος ἕνεκα. Καὶ γὰρ καὶ ὅτε λυπεῖ, ἕνεκά τινος μεγάλης ἡδονῆς, μετρίως λυπεῖ, τὸ φορτικὸν ἀεὶ εὐλαβούμενος. Ὁ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἡδονὰς καὶ λύπας μέσος τοιοῦτος· οὐκ ὠνόμασται δὲ ἰδίῳ ὀνόματι, ἀλλὰ φίλος καλεῖται διὰ τὴν πρὸς τὴν φιλίαν ὁμοιότητα, καθὼς εἴρηται.

* Τῶν δὲ παρ' ἑκάτερα ὁ μὲν ὑπερβάλλων, εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα πάντα ἐπαινῶν καὶ πᾶσιν ἀρεσκόμενος τὸ ἡδὺς εἶναι μόνον ζητεῖ, ἄρεσκος καλεῖται· εἰ δὲ ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γένηται εἰς χρήματα, ἢ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ.

** Ὁ δὲ ἐλλείπων, δύσκολος καὶ δύσερις, ὃς πᾶσι δυσχεραίνει, καὶ πᾶσιν ἐπιτιμᾷ.

*** Ὅτι δὲ καὶ ἐνταῦθα ἡ μεσότης ὃν εἴρηται τρόπον ἀνώνυμός ἐστιν, οὐ δοκεῖ μέσῳ τινὶ ἀντικεῖσθαι τὰ ἄκρα, ἀλλὰ ἀλλήλοις.

(Scripsi : [a] ἀρεσκός τις] cod. ἀρέσκός τις. — [b] ἀποβλέπουσι, ταύταις] cod. ἀποβλέπουσιν, ταύτας.)

sum cum iis commercium et sermonem habebit, singulosque tum laudibus efferet quemadmodum oportet, tum simili ratione reprehendet in quibus oportet et quando oportet : qua in re communem delectationem maxime spectabit, eamque per se sequetur atque eliget, offensionem vero minime aut modice afferet, nec per se, sed utilitatis causa. Nam et quum molestia aliquem afficiet, magnæ alicujus voluptatis causa leviter offendet, omni semper arrogantia vitata. Talis igitur medius est, qui in vitæ socialis jucunditatibus et molestiis cernitur : qui quidem proprio nomine non appellatur, sed propter illam quæ ei cum amicitia est similitudinem, ut diximus, amicus vocatur.

Eorum vero qui utrinque sunt, is quidem qui modum excedit, si sine causa omnia laudans omnibusque astipulans solam jucunditatem consectatur, blandus dicitur : sin autem id facit, ut aliquam ex eo utilitatem capiat, quæ vel in pecunia vel in iis rebus quæ pecunia æstimantur posita sit, adulator. Qui autem modum deserit, morosus ac litigiosus nominatur, qui omnibus offenditur et omnia reprehendit.

Quia vero et hic, quemadmodum dictum est, nomen non habet mediocritas, non videntur extrema medie cuidam opposita esse, sed inter se pugnare.

Κεφ. θ'.

Περὶ ἀληθείας καὶ τῶν παρ' ἑκάτερα κακιῶν.

**** Περὶ ταύτας δὲ τὰς πρὸς ἀνθρώπους ὁμιλίας καὶ ἕτεραι γίνονται ἕξεις. Ἡ γὰρ πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων ὁμιλία διπλῆ ἐστιν· ἢ γὰρ περὶ τῶν λόγων ἢ τῶν ἔργων τοῦ συντυγχάνοντος γίνεται, ἢ ἑκάστου περὶ τῶν ἑαυτοῦ· καὶ περὶ μὲν τὴν πρώτην αἱ εἰρημέναι γίνονται ἕξεις, περὶ δὲ τὴν δευτέραν ἄλλαι· ἢ γὰρ ψεύδεταί τις περὶ ἑαυτοῦ λέγων καὶ τῶν ἰδίων ἔργων, ἢ ἀληθεύει· καὶ εἰ ψεύδεται, ἢ ἐλάττω λέγει τῶν ὄντων, ἢ μείζω· εἰ μὲν οὖν ἀληθεύει, καὶ οὔτε μείζω λέγει τῶν ὄντων, οὔτε ἐλάττω, ἡ τοιαύτη ἕξις ἀλήθεια καλεῖται, καὶ ὁ ἔχων ἀληθευτικός.

***** Εἰρωνεία δὲ καὶ ἀλαζονεία καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕκαστα ἐπιτηδεύονται μὲν παρ' ἐνίων καὶ τινὸς ἕνεκα· οἷον, δόξης ἢ πλούτου ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων· εὑρίσκονται δὲ παρά τισι καὶ οὐδενὸς ἕνεκα. Καί τινες ἐλάττω περὶ ἑαυτῶν λέγουσιν ὧν εἰσιν ἄξιοι, καὶ αὖθις ἕτεροι μείζω· οὐχ ὅτι βούλονται οὕτω δοκεῖν, ἀλλ' ὅτι ἑαυτοὺς ἀγνοοῦσι, τοῦτο δὲ ἐλάχιστα συμβαίνει. Ὡς γὰρ ἐπιπολύ, ἐάν τις οὐδενὸς ἕνεκα λέγῃ ἢ πράττῃ, οἷός ἐστι, τοιαῦτα καὶ λέγει καὶ πράττει καὶ οὕτω ζῇ. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ μὲν ψεῦδος ψεκτόν ἐστι καθ' ἑαυτό, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐπαινετόν, διὰ τοῦτο μεσότης μὲν κἀνταῦθα [a] τὸ ἐπαινετόν, ἡ ἀλήθεια· ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις τὰ ψεκτά, τὰ ψεύδη δηλονότι. Ὧν ἡ μὲν ἀλαζονεία ὑπερβάλλει, ἡ

Cap. IX.

De veritate et quæ utrinque eam cingunt vitiis.

In hac autem hominum societate etiam alii vertuntur habitus. Duplex enim hominum inter se consortionis ratio est : altera quæ ad ejus quocum versamur dicta factaque spectat, altera quæ ad suas cujusque res refertur : atque ad illam quidem duo superiores pertinent habitus, ad hanc alii : aut enim mentitur aliquis, qui de se suisque actionibus loquitur, aut verum dicit : quodsi mentitur, aut minora re ipsa dicit, aut majora : si ergo vera, hoc est, nec majora re ipsa nec minora dicit, talis habitus veritas vocatur, et qui eo præditus est verax appellatur.

Jam vero dissimulatio et arrogantia atque id genus alia a quibusdam ob aliquam rem, exempli gratia, gloriam aut opes aut quæ sunt reliqua hujusmodi, sumuntur : in aliis vero nulla prorsus de causa insunt. Alii ergo minora quam merentur de se prædicant, alii rursus majora : non quod ita velint videri, sed quia se ipsos ignorant, quod rarissime accidit.

Plerumque enim, qualis quisque est, si nullius rei gratia dicat aliquid aut faciat, talia quoque et loquitur et agit, atque ita vivit. Quum igitur mendacium per se reprehendendum sit, veritas autem laude digna, idcirco hic quoque res laudabilis judicatur mediocritas, quæ quidem veritas est : at nimium et parum vituperabilia sunt, nempe mendacia. Ex quibus arrogantia quidem modum excedit, dissimulatio autem modum dese-

* Τοῦ δὲ συνηδύνοντος κτλ. — ** Ὁ δὲ πᾶσι δυσχεραίνων κτλ. — *** Ἀντικεῖσθαι δὲ φαίνεται κτλ. — **** Cap. 7. ἐπερὶ τὰ αὐτὰ ὃ σχεδόν ἐστι καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης κτλ. — ***** Δοκεῖ δὴ ὁ μὲν ἀλαζὼν κτλ.

δὲ εἰρωνεία ἐλλείπει. Ἐροῦμεν δὲ περὶ ἑκατέρου ἀκριβέστερον· πρότερον δὲ περὶ τοῦ μέσου ἐροῦμεν.

* Ἔστι τοίνυν ἀληθευτικός, οὐχ ὁ ἀληθεύων ἐν ταῖς συμφωνίαις καὶ ἄλλοις τοιούτοις, ὅσα εἰς δικαιοσύνην ἢ ἀδικίαν συντείνει· τοῦτο γὰρ ἄλλης ἐστὶν ἀρετῆς· ἀλλ' ὅστις ἄνευ ἀνάγκης, ἢ νομίμου, ἢ δικαίου, ἢ ἄλλου τινὸς πολιτικοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν βίῳ ἀληθεύει, διὰ μόνον τὸ ἔχειν ἕξιν τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα· καὶ τοιαῦτα περὶ ἑαυτοῦ λέγει καὶ τοιοῦτος τοῖς ἄλλοις ἐθέλει δοκεῖν, οἷος κατὰ ἀλήθειάν ἐστιν. Οὗτος δὲ καὶ ἐπιεικὴς ἂν εἴη. Οἱ γὰρ φιλαλήθεις καὶ ἐν οἷς οὐκ ἔστιν ἀνάγκη, πολλῷ μᾶλλον ἐν οἷς ἀληθεύειν ἀνάγκη διὰ τὸ πολιτικὸν ἀγαθόν· ὃς γὰρ εὐλαβεῖται τὸ ψεῦδος καθ' ἑαυτό, διότι κακόν, ὅταν καὶ αἰσχρὸν τὸ αὐτὸ γένηται, καὶ οὐ μόνον ᾖ κακόν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις δοκῇ τοιοῦτον, πῶς οὐ φεύξεται πάσῃ δυνάμει; Ὁ μὲν οὖν ἀληθευτικὸς τοιοῦτος, καὶ ἔστιν ἐπαινετός, τὸ κακὸν καὶ αἰσχρὸν εὐλαβούμενος· ὃς εἰ δεήσει παρεκκλῖναι τοῦ μέσου, πρὸς τὴν ἔλλειψιν, οὐ πρὸς τὴν ὑπερβολὴν νεύσει· τοῦτο γὰρ ἐμμελέστερον δοκεῖ θατέρου διὰ τὸ τὰς ὑπερβολὰς ἐπαχθεῖς εἶναι.

** Ὁ δὲ ἀλαζών, μείζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος καὶ λόγοις καὶ ἔργοις. Οὗτος δή, εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα προσποιεῖται, φαῦλος μὲν ἔοικεν εἶναι· οὐ γὰρ ἂν ἔχαιρε τῷ ψεύδει· μάταιος δὲ φαίνεται μᾶλλον ἢ κακός· εἰ δὲ τινὸς [b] ἕνεκα προσποιεῖται, εἰ μὲν δόξης ἢ τιμῆς, οὐ λίαν ψεκτὸς ὁ ἀλαζών· ὁ δὲ ἕνεκα ἀργυρίου, ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον ἔρχεται, ἀσχημονέστερος.

*** Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ ἀλαζόνος ἡ ἀλαζονεία· εἰ γὰρ οὕτως εἶχεν, οὐκ ἂν ἦν ψεκτόν· οὐ γὰρ ἂν ἦν τῶν ἑκουσίων καὶ ἐφ' ἡμῖν· ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει ἐστί. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ αἰσχρόν ἐστι, καὶ ψέγεται· ἕξις γάρ τίς ἐστιν ἡ ἀλαζονεία· καὶ κατά τινα ἕξιν ὁ ἀλαζὼν γίνεται, ὥσπερ καὶ ὁ ψεύστης, ὃς οὐ δόξης ἕνεκα ἢ χρημάτων προσποιεῖται, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ψεύδους ἕνεκα μόνον.

**** Οἱ μὲν οὖν δόξης ἕνεκα ἀλαζονευόμενοι τοιαῦτα προσποιοῦνται, ὅθεν ἔπαινος ἀκολουθεῖ ἢ εὐδαιμονισμός· οἱ δὲ κέρδους ἕνεκα ἀλαζονευόμενοι ἐκεῖνα προσποιοῦνται, ὅσα τοὺς πέλας ὠφελοῦσιν· οἷον ἰατρικὴν ἢ μαντείαν. Προσποιοῦνται γὰρ ἰατροί τινες εἶναι, ἢ μάντεις σοφοί, ἵνα δόξαντες ὠφέλιμοι εἶναι τοῖς κεχρημένοις παρακερδαίνωσι τὰ ἐκείνων. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ ἀλαζών.

***** Εἴρων δέ ἐστιν ὁ τὰ ἐλάττω τῶν ὄντων προσποιούμενος. Οὗτος δὴ χαριέστερος τοῦ ἀλαζόνος δοκεῖ· οὐ γὰρ κέρδους ἕνεκα προσποιεῖται, ἀλλὰ φεύγων τὸ ὀγκηρὸν καὶ τὸ μέγα εἶναι δοκοῦν. Ὃς μὲν οὖν εἰρωνευόμενος τὰ ἔνδοξα ἀπαρνεῖται, ὥσπερ καὶ Σωκράτης ἐποίει,

rit. Sed accuratius de utraque re disputabimus : antea vero de mediocritate agemus.

Veracem igitur intelligimus, non eum qui in pactis et conventis aliisque id genus, quæ ad justitiam aut injustitiam pertinent, verum dicit : hoc enim alius virtutis est; sed qui sine necessitate, sine lege, nullo denique juris aut alio civili vinculo astrictus, tum in oratione tum in vita nunquam a veritate deflectit, idque propterea tantum, quod hujusmodi virtutis habitu præditus est, et honestatis causa : sed et talia de se prædicat, talisque videri vult aliis, qualis est revera. Hic autem etiam vir bonus fuerit. Nam qui ubi nihil necesse est veritatem amant, multo magis ubi bonum civile veritatis amorem postulat, tales sunt futuri : qui enim a mendacio per se, quia vitium est, abhorret, quomodo si accedat dedecus, neque tantum sit tale, sed aliis etiam videatur, non omni modo hoc vitabit? Ac talis quidem est verax, qui quum vitium et dedecus fugiat merito laudatur : et ita quidem, ut si recedendum fuerit a mediocritate ad defectum quam ad id quod nimium est propensior futurus sit : hoc enim concinnius videtur altero, quia omne nimium grave et molestum est.

Arrogans vero, qui majora re ipsa simulare dictis et factis solet. Atque hic quidem, si nullius rei causa id faciat, improbus judicatur : alioqui non gauderet mendacio : et tamen vanus potius videtur, quam malus : quodsi rei alicujus causa arrogans simulet, si id vel gloriæ vel honoris causa faciat, non est valde vituperandus : at qui ob pecuniam aut alias res quæ pecuniæ loco sunt, hoc faciat, turpior habetur.

Neque enim arrogantis vi ac potestate arrogantia nititur : nam si res ita se haberet, vituperanda non esset : propterea quod ad ea, quæ voluntaria atque in nostra potestate sita sunt, non pertineret : sed e consilio et vitæ instituto pendet. Quapropter et fœda est et vituperatur; est enim habitus quidam arrogantia, et ex habitu aliquis arrogans fit, haud secus atque mendax, qui nec gloriæ nec pecuniarum causa, sed solius mendacii gratia simulat.

Qui ergo gloriæ causa falsa de se prædicant, illi ea simulare solent, propter quæ aut laudari aut beati prædicari possint : qui vero lucri causa id faciunt, ea sibi attribuunt, quibus prodesse aliis queant : exempli gratia medicinam aut divinationem. Medicos enim aut hariolos peritos se esse simulant, ut postquam visi fuerint profuisse iis, qui ipsorum auxilio usi sint, illorum opes injuste lucrentur. Talis ergo est arrogans.

Dissimulator vero is est, qui re ipsa minora simulat. Hic profecto arrogante venustior videtur : neque enim lucri causa simulat, sed quia omne quod elatum magnumque videtur esse, vitare studet. Qui igitur dissimulatione utitur ita, ut gloriosa omnia de se neget,

* Οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος λέγομεν κτλ. — ** Ὁ δὲ μείζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος κτλ. — *** Οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζών, κτλ. — **** Οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονευόμενοι κτλ. — ***** Οἱ δ' εἴρωνες ἐπὶ τὸ ἔλαττον κτλ.

χαρίεις τις εἶναι δοκεῖ· ὃς δὲ οὐ μόνον τὰ μεγάλα καὶ ἔνδοξα, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ ἀπαρνεῖται, καὶ ἃ δῆλός ἐστι δυνάμενος ταῦτα προσποιεῖται μὴ δύνασθαι, ὁ τοιοῦτος βαυκοπανοῦργος λέγεται καὶ εὐκαταφρόνητός ἐστιν. Ἐνίοτε δὲ καὶ ἀλαζὼν διὰ ταῦτα καλεῖται· οἷα ἐποίουν ἐν τοῖς ἱματίοις οἱ Λάκωνες· καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις ἀλαζονικόν. Οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ χαρίεντες φαίνονται, οἵτινες οὐ περὶ τὰ λίαν εὐτελῆ καὶ σφόδρα φανερὰ εἰρωνεύονται. Οὕτω δὲ τῷ ἀληθευτικῷ τοῦ τε εἴρωνος καὶ τοῦ ἀλαζόνος ἀντικειμένου, μᾶλλον ἀντίκειται ὁ ἀλαζὼν ἢ ὁ εἴρων· χεῖρον γὰρ ἡ ἀλαζονεία, ὡς φανερόν ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων.

(Scripsi : [a] κἀνταῦθα] cod. κᾀνταῦθα. — [b] τινὸς] cod. τίνος. —)

quemadmodum et Socrates faciebat, elegans videtur ac venustus ; at qui non solum magna et gloriosa, sed etiam parva infitiatur, et quæ aperte potest, supra vires suas esse simulat, is delicatus veterator appellatur et contemtu dignus est. Interdum vero tales homines propterea etiam arrogantes vocantur : qualiter in vestimentis olim Lacedæmonii faciebant : nam sibi aut nimium assumere aut parum tribuere de seque omnia detrahere, arrogantis est. Qui autem intra modum dissimulatione utuntur, eaque dissimulant quæ non admodum vilia neque in promptu sunt posita, ii politi homines videntur. Atque hoc modo quum et dissimulator veraci opponatur et arrogans, magis tamen quam dissimulator opponitur arrogans : pejus enim malum, ut apparet ex iis quæ diximus, est arrogantia.

Κεφ. ι'.

Περὶ εὐτραπελίας καὶ τῶν παρ' ἑκάτερα κακιῶν.

* Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἄνεσίς τις καὶ ἀνάπαυσις ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἀνέσει ἐστί τις διαγωγὴ μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναί τις ὁμιλία ἀγαθὴ καὶ ἐμμελής, καὶ λέγειν οἷα δεῖ καὶ ὡς δεῖ τὸν ἀναπαύσεως δεόμενον· ὁμοίως δὲ καὶ οἷα δεῖ ἀκούειν, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ. Διαφέρει γὰρ τὸ τοιαῦτα λέγειν τοῦ τοιούτων ἀκούειν· ὅθεν δῆλον, ὅτι ἔστι καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ὁμιλίᾳ καὶ ὑπερβολή, καὶ ἔλλειψις, καὶ μεσότης.

** Ἡ μὲν οὖν ὑπερβολὴ βωμολοχία καλεῖται, καὶ οἱ ἔχοντες βωμολόχοι καὶ φορτικοί· οἳ τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλουσι, καὶ μᾶλλον ζητοῦσι τὸ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τὸ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον.

*** Ἔλλειψις δὲ σκληρότης καὶ ἀγριότης, καὶ οἱ ἔχοντες ἄγριοι καὶ σκληροί· οἵτινες οὔτε αὐτοὶ γελοῖον οὐδὲν λέγουσι, καὶ τοὺς λέγοντας δυσχεραίνουσι καὶ μισοῦσιν.

**** Ἡ δὲ μεσότης εὐτραπελία, καὶ οἱ ἔχοντες εὐτράπελοι, οἷον εὔτροποι· καὶ γὰρ τοῦ ἤθους εἶναι δοκοῦσι [a] τοιαῦται κινήσεις· οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παίζοντες ἐμμελῶς, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε. Ὥσπερ γὰρ αἱ κινήσεις τὰ σώματα χαρακτηρίζουσιν, οἷον, πῦρ μὲν ἡ εἰς τὸ ἄνω κίνησις, καὶ πᾶν κοῦφον, βαρὺ δὲ ἡ εἰς τὸ μέσον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ φαινομένων τοῦ ἀνθρώπου κινήσεων αἱ ἕξεις τῆς ψυχῆς φαίνονται καὶ τὰ ἤθη. Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν σκληροὶ ἐλάχιστα γίνονται, πλεῖστοι δέ εἰσιν οἱ χαίροντες παιδιᾷ καὶ σκώμμασι, καὶ τὸ γελοῖον ἀγαθὸν δοκεῖ μᾶλλον, ἢ τὸ σκυθρωπόν· διὰ τοῦτο οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι λέγονται, ὡς χαρίεντες καὶ ἡδεῖς· ὅτι

Cap. X.

De urbanitate et quæ utrinque eam cingunt vitiis.

Quum autem remissio quædam et quies in vita sit, et in hac ipsa remissione aliquod tempus cum ludo et joco ponatur, hic quoque videtur conversatio quædam honesta et concinna in eo versari, ut qui indiget quiete cum talia dicat, qualia et quemadmodum dici debent, tum etiam qualia, quemadmodum et quum audienda sunt, audiat. Est enim aliud talia dicere et talia audire : unde apparet, in hac quoque conversatione nimium esse et parum et mediocritatem.

Et nimium quidem, quod in ea re est, scurrilitas vocatur, quique sic peccant scurræ atque importuni habentur : qui risu movendo modum excedunt, magisque id student, ut risum moveant, quam ut honeste loquantur, neve eum quem cavillantur, dolore afficiant.

Contra quod in eo genere parum est, asperitas et rusticitas nominantur, quique sic peccant, asperi et rustiti dicuntur : qui neque ipsi quidquam joculare proferunt, et jocantes aversantur atque oderunt.

At mediocritas urbanitas est, quique in eo genere excellunt, tanquam bene morati, urbani appellantur : morum enim tales videntur esse motus : hi autem sunt qui concinne et quemadmodum et quum oportet jocantur. Sicut enim motibus suis corpora distinguuntur, verbi causa, ignis et quidquid leve est motu sursum ascendente, grave contra motu medium petente, eodemque modo in cæteris, ita etiam ex illis externis et conspicuis hominum motibus quis animorum habitus et quales mores sint, intelligitur. Quum vero rarissimi sint illi quos asperos diximus, plurimi contra quos joci delectant et festivitas, quumque melior scurrilis habitus videatur quam austeritas, fit ut scurræ quoque urbani vocentur, quia festivi et jucundi judicantur : plurimum

* Cap. 8. οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ κτλ. — ** Οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες κτλ. — *** Οἱ δὲ μήτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες κτλ. — **** Οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες εὐτράπελοι κτλ.

δὲ οἱ βωμολόχοι τῶν εὐτραπέλων οὐ μικρῷ διαφέρουσι, καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον.

* Οὗτοι δὲ οἱ εὐτράπελοι καὶ ἐπιδέξιοί εἰσι, καὶ εὐτραπελία ἐπιδεξιότης ἂν εἰκότως καλοῖτο· τοῦ ἐπιδεξίου γάρ ἐστιν ἐκεῖνα καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθέρῳ ἁρμόττει. Ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει καὶ ἀκούειν· ἡ γὰρ τοῦ ἐλευθέρου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ ἡ τοῦ πεπαιδευμένου τῆς τοῦ ἀπαιδεύτου. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῶν κωμῳδιῶν γίνεται δῆλον, τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν νέων· ἐν γὰρ ταῖς κωμῳδίαις οἱ μὲν φαύλους τινὰς καὶ ἀνδραποδώδεις ὑποκρινόμενοι γελοῖα καὶ ἡδέα ἡγοῦνται τὰ αἰσχρά· οἱ δὲ ἐλευθερίους τινὰς καὶ ἐπιδεξίους καὶ ἐπιεικεῖς ὑποκρινόμενοι τὰ μεθ' ὑπονοίας· ταῦτα δὲ οὐ μικρῷ τινι διαφέρει ἀλλήλων πρὸς εὐσχημοσύνην. Τίνα οὖν ἐροῦμεν εἶναι τὸν μέσον ἐν ταῖς παιδιαῖς; τὸν εὖ σκώπτοντα, καὶ ὡς δεῖ ἄνθρωπον ἐλεύθερον, ἢ τὸν μὴ λυπηρὸν τοῖς ἀκούουσιν, ἢ καὶ χαρίεντα καὶ ἡδύν; καὶ τοῦτο ὁρισμὸς ἔσται τοῦ ἐν ταῖς παιδιαῖς μέσου. Ἀλλὰ ἀόριστός τις οὗτος ο ὁρισμὸς εἶναι δοκεῖ· οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ πάντες μισοῦσιν, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς χαίρουσιν· ἀλλὰ ἄλλοις ἄλλα δοκεῖ ἡδέα καὶ λυπηρά· καὶ οἷς ἕκαστος χαίρει, τοιαῦτα καὶ λέγει καὶ ποιεῖ ἐν ταῖς πρὸς ἄλλους ὁμιλίαις· καὶ ἃ σκώμματα ἀκούων ἀνέχεται, ταῦτα καὶ λέγει· οὐ γὰρ πάντα ἐρεῖ. Καὶ γὰρ καὶ οἱ νομοθέται ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσι· λοιδόρημα δέ τί ἐστι καὶ τὸ σκῶμμα. Ὅτι τοίνυν ἀόριστά εἰσιν ἃ μισοῦμεν, καὶ οἷς χαίρομεν, διὰ τοῦτο χαλεπόν ἐστιν ἀκριβῶς ὁρίσασθαι τὸν ἐν ταῖς παιδιαῖς μέσον· ἀλλ' αὐτὸς ἐλευθέριος, καὶ χαρίεις οὕτως ἕξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος, εἴτε εὐτράπελος, εἴτε ἐπιδέξιος λέγεται.

** Ὁ δὲ βωμολόχος σφόδρα ἐρῶν τοῦ γελοίου, οὐδενὸς φείδεται τῶν γέλωτα ποιούντων οὔτε ἔργων οὔτε ῥημάτων, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ οὔτε τῶν ἀκουόντων ἀπέχεται· ἀλλ' ἵνα μόνον κινήσῃ γέλωτα, καὶ ἑαυτὸν αἰσχύνει καὶ τοὺς ἀκούοντας, ἐκεῖνα λέγων καὶ πράττων, ὧν οὐδὲν οὔτε εἴποι ἂν οὔτε ποιήσειεν ὁ χαρίεις· ἔνια δὲ οὐδὲ ἀνάσχοιτο ἂν ἀκοῦσαι.

*** Ὁ δ' ἄγριος εἰς τὰς τοιαύτας ὁμιλίας ἀχρεῖος· οὔτε γὰρ αὐτὸς ἡδύς ἐστιν, καὶ τοὺς ἄλλους οὕτως ἔχοντας δυσχεραίνει· καὶ οὗτος δὲ κακίζεται διὰ τὸ ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ τὴν ἀνάπαυσιν καὶ τὴν παιδιάν.

**** Τρεῖς γάρ εἰσι μεσότητες ἐν τῷ βίῳ περὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων ὁμιλίας· μία μὲν περὶ τὴν ἀλήθειαν, ἥτις παρ' ἑκάτερα τήν τε ἀλαζονείαν καὶ τὴν εἰρωνείαν ἔχει, δύο δὲ περὶ τὸ ἡδύ· ὧν ἡ μέν ἐστιν ἡ λεγομένη φιλία, ἥτις παρ' ἑκάτερα τήν τε κολακείαν καὶ τὴν δυσκολίαν ἔχει, ἑτέρα δὲ ἡ εὐτραπελία

tamen inter scurras et urbanos interesse, vel ex iis quæ diximus perspicuum est.

Hi autem urbani sunt etiam dexteri, meritoque urbanitas possit dexteritas vocari : siquidem dexteri hominis est, ea et dicere et audire, quæ viro bono ac libero conveniunt. Sunt enim quædam, quæ talem virum joco et dicere et audire deceat : nimirum ingenui hominis jocus a servili diversus est, itemque viri docti sales ab indocti facetiis differunt. Quod quidem ex comœdiis tum veteribus, tum recentioribus intelligitur : namque in comœdiis qui pravorum hominum servorumque personas sustinent, ridicula et jucunda putant quæ obscœna sunt : at qui ingenui dexterique hominis et viri boni partes suscipiunt, potius figurata verba : inter hæc autem ad elegantiam plurimum interest. Quem igitur dicemus in jocis medium quiddam tenere ac temperamentum servare? Utrum cum qui recte et ut homine ingenuo dignum est cavillari solet, an qui audientibus non est molestus, an qui venustus potius et jucundus est? atque hæc hominis in jocando medium quiddam tenentis definitio erit. Atqui incerta nec definita videtur esse hæc definitio : neque enim omnes aut eadem oderunt, aut iisdem delectantur : sed alia aliis jucunda videntur aut molesta : quibus vero delectantur singuli, ea in congressionibus familiarium et dicunt et faciunt : porro quas cavillationes aliquis æquo animo audit, iis utetur quoque : neque enim omnia dicet. Nam etiam legum latores quædam maledicti loco objicere nos vetant : est autem cavillatio quoddam maledicti genus. Quia igitur indefinita sunt, quæ odimus et quibus delectamur, idcirco accurate definire eum qui in jocis medium quiddam tenet, difficile est, sed homo ingenuus ac venustus ita erit affectus, quasi ipse sibi lex sit. Talis igitur medius est, sive urbanus sive dexter appellatur.

At vero scurra, quum vehementer quæ ridicula sunt amet, neque factis neque dictis abstinet, quibus risum moveat, ideoque nec sibi nec audientibus parcit : sed dummodo risum moveat, tum se ipsum, tum audientes ignominia afficit, ea dicendo et faciendo, quorum nihil homo politus neque dixerit neque fecerit : et quorum nonnulla ne audire quidem sustineat.

At rusticus et agrestis ad tales congressiones prorsus ineptus et inutilis est : neque enim ipse jucundus est, et alios tales aversatur : atque hic quidem reprehenditur, quod ad vitam humanam requies et jocus necessaria sunt.

Tres enim inveniuntur in humana vita mediocritates, ad consuetudinem qua homines inter se conjuncti sunt, spectantes : una quidem in veritate, quæ utrinque arrogantiam et dissimulationem habet, duæ vero in jucunditate sitæ : quarum altera est, quæ amicitia appellatur, atque adulationem utrinque et morositatem habet, al-

* Τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης κτλ. — ** Ὁ δὲ βωμολόχος ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου κτλ. — *** Ὁ δ' ἄγριος εἰς τὰς τοιαύτας ὁμιλίας κτλ. — **** Τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέναι ἐν τῷ βίῳ μεσότητες κτλ.

præscribit : neque propterea quod errorem ignoret legum lator, legem indefinitam edidit, sed quia definitioni subjici non potest rerum natura, quum alias aliter se habeant. Indefinita enim est rerum agendarum materia, multasque habet mutationes. Quamobrem quæ plerumque accidunt legum latores respiciunt : nam rarissime evenit, ut peregrinus belli tempore muros ascendat atque ex iis urbi auxilium ferat : sæpius autem usu venit, ut urbi damno sit ejus ascensus. Quum ergo illud necessario sit sciendum, quo pacto ejusmodi leges servandæ sint, præterea quando et in quibus, oportet quoque habitum esse aliquem, quo hujusmodi errores emendare queamus : talis vero est æquitas, qua defectus legis suppletur, et error emendatur, et nova definitio, quam prætermisit illa, quia singularia non potest nosse omnia, adjicitur : dicet enim vir æquus peregrinum, quicunque ascendat, mori debere, si ad insidias struendas ascenderit, sin forti animo dimicaverit, non modo conservari, sed præmiis etiam affici debere : quæ eadem et ipse legum lator dixisset, si adesset : aut si hoc ipsum scivisset, talem legem tulisset. Eodem autem modo similes etiam alias leges vir æquus emendabit. Quocirca jus quoddam et ipso jure melior est æquitas : non universali illo, sed legitimo, quod propter universale peccat. Atque hæc æquitatis natura legis emendatio est : quatenus aut peccat propter universale aut manca habetur : quippe hæc causa est, cur non omnia quæ juste fiunt legibus congruant, quia universales et eorum quæ plerumque fiunt, sunt leges. Quare et decretis quibusdam opus fuit, quæ magistratus in singulis rebus faciunt, quum hæ et ipsæ alias aliter se habeant : eorum autem quæ indefinita sunt, indefinita quoque est regula : ut et ædificationis Lesbiæ plumbea est regula, quæ ad figuram lapidis transferri atque inflecti solebat : nimirum eodem modo ad res ipsas decreta transferuntur.

Quid ergo sit tum æquum tum æquitas, præterea quod jus sit et quomodo ad universale jus se habeat, et quo jure sit melius, jam dictum est. Ex his vero etiam facile apparet, quis sit æquus : talis enim est, qui ea quæ dicta sunt consulto sectatur atque agit, neque summum jus, quod in pejus detorquet, sequitur, sed de jure suo decedit, etiamsi legis auxilio niti possit : atque hic habitus æquitas appellatur, quæ justitia quædam est, non vero diversus ab ea et alius habitus.

* Φανερὸν δ' ἐκ τούτου κτλ.

cod. Andronici ὡς ἐπὶ πλέον, ut Stagiritæ liber Parisiensis. — [e] ὁ προσδιορισμός] cod. τὸν προσδιορισμόν. — [f] ἐπιβουλεύσων] cod. ἐμβουλεύσων. — [g] ἐλλιπής] cod. ἐλλειπής. — [h] μολύβδινος] ex Aristotelis libro Parisiensi; cod. Andronici cum aliis Stagiritæ membranis μολίβδινος. — [i] ὅ, τι] cod. ὅτι. —)

Κεφ. ιζ'.

Ὅτι οὐ δυνατὸν ἀδικεῖσθαι ἑαυτόν.

Ῥητέον δὲ περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι τελεώτερον, εἰ δύναταί ποτε ἑκούσιον εἶναι. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία ἡ μὲν καθολική τίς ἐστι καὶ τελεία ἀρετή, καθὼς δέδεικται, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀδικία κακία, ἡ δὲ μερική· φανερὸν ὅτι οὔτε κατὰ τὴν καθόλου, οὔτε κατὰ τὴν μερικὴν ἀδικίαν δυνατόν τινα ἑαυτὸν ἀδικεῖν· δοκεῖ δὲ δυνατὸν εἶναι. Διὰ ταῦτα, τοῦ νόμου μὴ κελεύοντος ἑαυτόν τινα ἀποκτείνειν, παράνομόν ἐστι τὸ ἑαυτόν τινα ἀποκτείνειν· ὃ γὰρ μὴ κελεύει ὁ νόμος, ἀπαγορεύει· τὸ δὲ παράνομον, ἄδικον, καὶ ἀδικεῖ ὁ ἑαυτὸν ἀποκτείνας· ὁ δὲ ἀδικῶν τινὰ ἀδικεῖ· δῆλον δὴ ὅτι ἑαυτὸν ἀδικεῖ· τοῦτο δὲ καὶ ἑκουσίως ἐποίησεν· ἑκουσίως ἄρα ἀδικεῖται. Ἔτι δὲ καὶ ὁ παρὰ τὸν νόμον βλάπτων τινά, καὶ μὴ ἀμυνόμενος καὶ ἀντιβλάπτων, ἀλλὰ προκατάρχων τῆς βλάβης, ἑκὼν ἀδικεῖ, ὅταν καὶ γινώσκῃ [a] τὴν βλάβην καὶ τὸν βλαπτόμενον, καὶ τἄλλα [b] τὰ περὶ τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ δι' ὀργὴν ἑαυτὸν ἀποσφάξας οὔτε ἀμύνεται ἑαυτόν, καὶ γινώσκει καὶ ἑαυτόν, καὶ τὴν βλάβην, καὶ πάντα τὰ περὶ τὸ πρᾶγμα, ἑκὼν ἄρα ἀδικεῖ· εἰ δὲ ἑκὼν ἀδικεῖ, καὶ ἑκὼν ἀδικεῖται. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν δοκεῖ δυνατὸν εἶναι ἑκουσίως ἀδικεῖσθαί τινα κατὰ τὴν καθόλου ἀδικίαν, ἥτις ἐστὶν ἐναντία τῇ καθόλου δικαιοσύνῃ, ἥτις χρῆσίς ἐστι πάσης ἀρετῆς. Τὸ γὰρ δι' ὀργὴν ἑαυτὸν ἀποσφάττειν ἐναντίον ἐστὶ τῷ κατὰ τὴν πραότητα νόμῳ. Τοῦτο δὲ ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν προειρημένων ἐδείχθη· ὁ γὰρ ὁρισμὸς τοῦ ἀδικεῖσθαι ἐναντίος ἐστὶ τῷ τοῦ ἑκουσίου λόγῳ.

* Ὁ δὲ ἐναντίος λόγος, καθόσον μὲν ἑκουσίως ἀδικεῖν φησι τὸν ἀποσφάξαντα ἑαυτόν, ἀληθεύει, καθόσον δέ φησιν αὐτὸν ἑαυτὸν ἀδικεῖν, ψεύδεται· οὐ γὰρ αὐτὸς ἀδικεῖται, οὐ γὰρ παρὰ τὴν βούλησιν αὐτοῦ τὸ κακόν, ἀλλὰ ἡ πόλις, ἣ ζημιοῦται στρατηγόν, ἢ στρατιώτην, ἢ οἰκοδόμον, ἢ πολίτην ἁπλῶς, καὶ παρὰ τὴν αὐτῆς βούλησιν.

** Διὰ τοῦτο καὶ ὡς ἠδικημένη δίκας ἀπαιτεῖ [c] παρ' αὐτοῦ, ἀμυνομένη αὐτὸν δι' ὧν ἔξεστιν· οὐ γὰρ ἐᾷ θάπτειν τὸ σῶμα.

*** Κατὰ μὲν οὖν τὴν καθόλου ἀδικίαν, ὅτι οὐχ ἑκούσιον τὸ ἀδικεῖσθαι, δέδεικται· κατὰ δὲ τὴν μερικήν,

Cap. XVII.

Neminem posse se ipsum injuria afficere.

De injuria autem accipienda plenius dicendum est, num aliquando res voluntaria esse possit. Quum justitia ergo et injustitia, altera quidem universalis, quemadmodum ostendimus, et perfecta, virtus sit, itidemque tale quoque vitium injustitia, altera vero singularis, manifestum est, nec secundum universalem nec secundum singularem injustitiam posse aliquem sibi injuriam facere, quamvis posse videatur. Quapropter, quum lex non jubeat, ut aliquis se ipsum vita privet, voluntaria mors legibus contraria est : quod enim lex non jubet, id prohibet : quod autem legibus contrarium, id injurium est, facitque injuriam qui mortem sibi consciscit : qui vero injuriam facit, alicui eam facit; sequitur ergo ut eam sibi inferat : hoc ipsum autem sponte etiam facit : quare sponte quoque injuriam accipit. Præterea qui contra legem lædit aliquem, nec id in ultionem facit aut vicissim nocet, sed prior nocet, sponte injuriam infert, quum et detrimentum, et eum cui importatur, et reliqua quæ ad rem pertinent, non novit : qui vero per iram manus sibi infert, neque ulciscitur se ipsum, et tum se, tum detrimentum, tum omnia quæcunque ad rem pertinent novit; sponte ergo injuriam facit : quodsi sponte injuriam facit, sponte etiam accipit. Quocirca fieri posse videtur, ut sponte aliquis injuriam secundum universalem patiatur injustitiam, quæ universali justitiæ contraria est, quam omnis virtutis esse usum constat. Nam per iram se ipsum exanimare res est molliori legi contraria. Hoc autem fieri non posse, allatis in superiori disputatione rationibus docui : nam acceptæ injuriæ definitio contraria est rei voluntariæ explicationi. Contraria vero opinio, quatenus sponte injuriam facere dicit eum qui se ipsum vita privat, verum loquitur; quatenus vero illum sibi injuriam inferre ait, falsum dicit : neque enim ipse injuriam patitur, quandoquidem haudquaquam nolenti hoc malum accidit, sed urbs, quæ ducem, vel militem, vel architectum, vel omnino civem cum damno suo et præter voluntatem suam amittit. Quamobrem etiam, tanquam ad se spectet injuria, pœnas ab eo repetit, eumque ulciscitur, ut potest : neque enim corpus hu-

* Ἀλλὰ τίνα, κτλ. — ** Διὸ καὶ ἡ πόλις κτλ. — *** Ἔτι καθ' ὃ ἄδικος ὁ μόνον ἀδικῶν, κτλ.

ἥτις ἐστὶν ἡ πλεονεξία, πῶς δυνατὸν ἑαυτόν τινα ἀδικεῖν; Εἰ γὰρ τὸ ἀδικεῖν κατὰ ταύτην τὴν ἀδικίαν οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ τὸ πλέον ἔχειν θατέρου, ἕξει αὐτὸς ἑαυτοῦ πλέον ὁ ἑαυτὸν ἀδικῶν· εἰ δὲ πλέον ἑαυτοῦ, καὶ ἔλαττον· καὶ εἴη ἂν τὸ αὐτὸ καὶ προσθήκη αὐτῷ καὶ ἀφαίρεσις, ὅπερ ἀδύνατον· ἀνάγκη γὰρ τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἐλάχιστον ἐν δυσὶν εἶναι· οὕτω γὰρ δυνατὸν καὶ ἀφαίρεσιν καὶ προσθήκην γενέσθαι· καὶ ἀδικεῖσθαι καὶ ἀδικεῖν.

Ἔτι δὲ ἀνάγκη τὸν ἀδικοῦντα τοῦ ἀδικουμένου πρότερον τὴν βλάβην ποιεῖν, καὶ ἑκουσίως καὶ ἐκ προαιρέσεως βλάπτειν· ὁ γάρ, διότι ἔπαθε, τὸ αὐτὸ ἀντιποιῶν, οὐ δοκεῖ ἀδικεῖν. Τὸν δὲ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα ἀνάγκη κατὰ ταὐτὸν καὶ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι· διὰ τὸ τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ ἀδικοῦντα καὶ ἀδικούμενον, καὶ ἅμα καὶ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι· δεῖ ἄρα ἐν πλείοσιν εἶναι ταύτην τὴν ἀδικίαν· οὐκ ἄρα δυνατὸν αὐτόν τινα ἑαυτὸν ἀδικεῖν. Πρὸς δὲ τούτοις ὁ ἀδικῶν οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, [d] ἢ ὁ ποιῶν τὰ κατὰ μέρος ἀδικήματα· καὶ χωρὶς τῶν καθ' ἕκαστα [e] οὐ δύναταί τις ἀδικεῖν, οὔθ' ὅλως ἄλλο τι [f] ποιεῖν· τὰ δὲ κατὰ μέρος, κλοπή, ὕβρις, πληγαί, τοιχωρυχία· οὐδεὶς δὲ ἢ κλέπτει τὰ ἑαυτοῦ, ἢ τὸν ἑαυτοῦ τοῖχον διορύττει, ἢ ἑαυτὸν ὑβρίζει, ἢ πλήττει. Ὅλως δὲ ἐλέγχεται ψεῦδος εἶναι τὸ ἑαυτόν τινα ἀδικεῖν καὶ ἑκουσίως ἀδικεῖσθαι, διὰ τοῦ ὁρισμοῦ τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅ ἐστι τὸ ἄδικα πάσχειν παρὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν.

(Scripsi : [a] ὅταν καὶ γινώσκῃ] cod. ὅταν καὶ γινώσκει. — [b] τἄλλα] cod. τ' ἄλλα. — [c] ἀπαιτεῖ] cod. ἀπατεῖ. — [d] ἄλλο ἐστίν] vulgo ἄλλό ἐστιν. — [e] καθ' ἕκαστα] cod. καθέκαστα. — [f] ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. —)

mari sinit. Atque ita quidem secundum universalem injustitiam sponte injuriam non accipi ostendimus : secundum singularem vero, quæ est avaritia, quomodo fieri queat, ut injuriam sibi ipse inferat aliquis ? Si enim injuriam facere in hac injustitia nihil aliud est, quam plus alio habere, habebit ipse plus se ipso, qui sibi injuriam facit : sin autem plus se ipso, etiam minus : idemque ei et additamentum erit et ademtio, quod fieri non potest : siquidem necesse est jus ejusmodi minimum in duobus esse : nam ita tum demi poterit aliquid, tum addi : ita accipere injuriam et inferre.

Insuper necesse est, ut is qui injuriam facit, prius quam is qui accipit, detrimentum importet, atque ut sponte et capto consilio noceat : nimirum qui quia injuriam passus est, maleficium maleficio pensat, facere injuriam non videtur. Eum vero qui sibi injuriam facit, eodem tempore et facere injuriam necesse est et accipere : quia idem est et qui facit injuriam et qui accipit, simulque inferre et pati : quare in pluribus hanc injuriam esse oportet : ideoque fieri nequit, ut aliquis injuriam sibi faciat. Adde quod qui injuriam facit non alius est, quam qui in certis et singularibus injuriarum generibus injusta agit : neque sine singularibus potest quisquam injuste agere aut omnino similem culpam committere : sunt vero singularia furtum, contumelia, verbera, parietum effractura : nemo autem vel sua furatur, vel proprium parietem perfodit, vel contumelia se ipse afficit aut verberat. Denique aliquem sibi injuriam facere et sponte accipere falsum esse probatur definitione injuriæ acceptæ, quæ est hominis injusta præter voluntatem suam patientis.

Κεφ. ιη'.

Ὅτι χεῖρον κακὸν τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.

* Φανερὸν δέ, ὅτι ἄμφω μὲν φαῦλα καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι καὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ γὰρ ἄμφω τοῦ μέσου ἔξω πίπτουσι, καὶ τὸ μὲν ἀδικεῖν πλέον ἐστί, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι ἔλαττον, τὸ δὲ δικαιοπραγεῖν ἴσον καὶ μέσον, ὥσπερ τὸ ὑγιεινὸν ἐν ἰατρικῇ, καὶ τὸ εὐεκτικὸν ἐν γυμναστικῇ· ἄμφω μὲν οὖν φαῦλα, χεῖρον δέ ἐστι τὸ ἀδικεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν καὶ κακόν ἐστι, καὶ ψέγεται· καὶ κακόν, ἢ κατὰ τελείαν κακίαν, ἤτοι τὴν καθόλου ἀδικίαν, ἢ τὴν μερικήν· καὶ ἢ ἑκουσίως καὶ μετὰ προαιρέσεως, ὅ ἐστι τὸ τελείως ἀδικεῖν, ἢ ἑκουσίως μέν, οὐ μετὰ προαιρέσεως δέ, ὅπερ ἐγγύς ἐστι τοῦ ἀδικεῖν, καὶ οὐ τέλειον· οὐ γὰρ ἅπαν ἑκούσιον βλαβερὸν τῷ [a] πλησίον καὶ ἄδικον. Τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι κακὸν μέν ἐστιν, οὐ ψέγεται δέ, ὅτι μὴ διὰ πονηρίαν ἢ ἄλλην τινὰ κακίαν ἀδικεῖταί τις. Καθ' αὐτὸ μὲν οὖν τὸ ἀδικεῖσθαι

Cap. XVIII.

Majus malum esse facere injuriam quam accipere.

Apparet autem, utrumque malum esse, et accipere injuriam et facere, siquidem utrumque extra medium est, et facere quidem plus habetur, accipere vero minus, contra juste agere et æquale et medium est, sicut in medicina salubre atque in gymnastica arte bonus corporis habitus : utrumque ergo malum est, at pejus injuriam inferre. Namque afficere alios injuria tum improbum est, tum vituperatur : et improbum quidem, vel absolutæ improbitatis respectu, id est, injustitiæ vel universalis, vel singularis : et aut sponte et capto consilio, quod est absolute injuriam facere, aut sponte quidem, at non capto consilio, quod proxime ad illud accedit, sed non est absolutum : neque enim omnis actio voluntaria, quæ alteri nocet, simul injusta est. Injuriam vero accipere, malum quidem est,

* Φανερὸν δέ, ὅτι ἄμφω κτλ.

ἧττον κακόν ἐστι τοῦ ἀδικεῖν· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ οὐδὲν κωλύει καὶ χεῖρον εἶναι, διότι συνέβη πολλάκις τὸ ἀδικεῖσθαι μείζονος βλάβης αἴτιον γενέσθαι ἢ τὸ ἀδικεῖν· ὥσπερ εἴ τις διὰ τὸ ἀδικεῖσθαι ὀργισθεὶς πῦρ ἀνῆψε τῇ τοῦ ἀδικοῦντος οἰκίᾳ, ἐκεῖθεν δὲ συνέβη πᾶσαν ἐμπρησθῆναι τὴν πόλιν. Ὅμως δὲ καὶ οὕτω μεῖζον κακὸν τὸ ἀδικεῖν· οὐδὲν γὰρ αὐτὸ ἑαυτοῦ χεῖρον διὰ τὰ συμβεβηκότα· ἐπεὶ οὐδὲ πλευρῖτις ἔλαττον κακόν ἐστι τοῦ προσπταίσματος, διότι συνέβη τινὰ προσπταίσαντα ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθῆναι καὶ ἀποθανεῖν.

Τὸ μὲν οὖν κυρίως δίκαιον καὶ ἄδικον, καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀδικία, τὰ εἰρημένα ἐστί. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλο οὐ κυρίως, ἀλλὰ κατὰ μεταφορὰν καὶ ὁμοιότητα τοῦ δικαίου, ὅπερ ἔχει τις πρὸς τὰ ἑαυτοῦ· ὥσπερ ὁ δεσπότης πρὸς τὸν δοῦλον, καὶ ὁ πατὴρ πρὸς τὸν υἱόν. Καθ' ὃ καὶ ἡ ψυχὴ πρὸς τὰ ἑαυτῆς μέρη δικαία λέγεται, ἢ ἄδικος· καὶ τὸ λογικὸν τοῦ ἀλόγου διέστηκε· καὶ τὸ μὲν λογικὸν ἄρχει καὶ τάττει, τὸ δὲ ἄλογον ἄρχεται καὶ τάττεται. Πρὸς ὃ δή τινες βλέποντες νομίζουσιν ἀδικεῖν τινα ἑαυτὸν καὶ δικαιοῦν· ὅτι ποτὲ μὲν ὁ λόγος ἀκολουθεῖ τῷ ἀλόγῳ, ποτὲ δὲ ἀντίκειται, ὅταν τις ποιῇ παρὰ τὰς ἑαυτοῦ ὀρέξεις· καὶ ἔχουσιν ὥσπερ ἄρχον πρὸς ἀρχόμενον· καὶ δίκαιόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐν ἀρχομένῳ καὶ ἄρχοντι. Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

(Scripsi : a τῷ πλησίον ; cod. τοῦ πλησίον. —)

sed non vituperatur, quia nemo propter improbitatem aut aliud quoddam vitium injuriam patitur. Quare per se quidem accipere injuriam minus malum est, quam inferre : per accidens vero nihil vetat etiam pejus esse; quia fit sæpenumero, ut lædi damni majoris causa sit quam lædere : ut si quis injuria irritatus aliqua, ejus a quo injuriam accepit tecto ignem injiciat, atque illinc tota urbs incendatur. Nihilominus vero etiam sic majus malum est lædere : nihil enim propter accidens pejus se ipso est : quum ne laterum quidem dolor minus malum sit, quam pedis offensio, quia aliquando accidit, ut quidam posteaquam pedem offendisset caperetur ab hostibus atque interficeretur.

Proprie igitur jus et injuria, justitia item atque injustitia sunt ea quæ diximus. Dicitur vero ita et aliud non proprie, sed per translationem et propter juris similitudinem, quod habet aliquis in sua, ut dominus in servum et pater in filium. Quemadmodum et anima suarum partium respectu justa vel injusta appellatur : ita rationale ab eo quod rationem non habet, differt : rationale enim imperat ac disponit, quod ratione caret, paret ac disponitur. Quod ipsum intuentes nonnulli existimant, posse aliquem vel juste vel injuste secum agere : quod modo ratio id quod irrationale est sequitur, modo ei refragatur, quum quis aliquid alienum ab appetitionibus suis facit : habentque se hæ partes, ut id quod imperat ad illud quod paret : idemque his inter se jus est, quod est inter id quod paret et id quod imperat. De justitia igitur cæterisque virtutibus moralibus hoc modo explicatum sit.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΗΘΙΚΩΝ ΤΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

Κεφ. α΄.

Ὅτι λοιπὸν περὶ τοῦ ὀρθοῦ διορίσασθαι λόγου τίς ἐστιν.

* Ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς προειρημένοις περὶ τῶν ἀρετῶν λόγοις ἐκεῖνο κεφάλαιον ἐποιούμεθα, ὅτι τὸ μέσον ἐστὶν ἐν παντὶ πάθει καὶ πάσῃ πράξει τὸ ἐπαινετὸν καὶ τὸ ἄριστον, καὶ τοῦτο δέον αἱρεῖσθαι, μὴ τὴν ὑπερβολὴν ἢ τὴν ἔλλειψιν· μέσον δὲ εἶναι ἐλέγομεν, ὅπερ ὁ ὀρθὸς λόγος κελεύει· ῥητέον ἂν εἴη, τίς ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ τίς ὁ ὅρος αὐτοῦ.

** Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις ἕξεσι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πράξεων ἢ ἕξεών ἐστί τις σκοπός, πρὸς ὃν ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ταττόμενος, αὐξάνει μὲν τὰ ἐλάττω τοῦ δέοντος, συστέλλει δὲ τὰ ὑπὲρ τὸ δέον, εἴτε πάθη εἶεν, εἴτε πράξεις, εἴτε ἄλλο τι[1] τῶν δυνατῶν καὶ ἐπιτείνεσθαι καὶ ἀνίεσθαι· καὶ ἔστι τις κανὼν καὶ ὅρος, δι' οὗ τὸ μέσον γινώσκεται, ὃ λέγομεν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον γίνεσθαι, καὶ μεταξὺ εἶναι τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως· ἀνάγκη τοίνυν τοὺς μέλλοντας γινώσκειν περὶ τοῦ μέσου τὸν ὅρον αὐτοῦ γινώσκειν καὶ τὸν κανόνα· τοῦτο δὲ ὁ ὀρθός ἐστι λόγος.

*** Τὸ δὲ οὕτως ἁπλῶς εἰπεῖν, μέσον ἐστὶ τὸ κατὰ τὸν γινόμενον λόγον, ἀληθὲς μέν, οὐδὲν δὲ σαφές· ἄδηλον γὰρ ἔτι τὸ μέσον τοῖς μὴ τὸν ὀρθὸν γινώσκουσι λόγον. Καὶ γὰρ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι καὶ σπουδαῖς, ἐν αἷς ἐστιν ἐπιστήμη, ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι οὔτε πλείω τοῦ δέοντος, οὔτε ἐλάττω δεῖ πονεῖν, ἀλλὰ τὰ μέσα, καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος· οὐ δυνατὸν δὲ ἀπὸ τούτου μόνου τὸ δέον μαθεῖν. Οὐδὲ γὰρ τὰ ἰατρικὰ καὶ ὑγιεινὰ γνώσεταί τις, καὶ οἷα δεῖ προσάγειν τῷ νοσοῦντι, εἰ μόνον ἀκούσεται ὅτι ὑγιεινά ἐστι καὶ ἰατρικά, ἅπερ ἂν ἡ ἰατρικὴ καὶ ὁ ταύτην ἔχων ἰατρὸς κελεύοι ποιεῖν· καὶ γὰρ ἀληθὴς μὲν ὁ λόγος, ἄδηλον δὲ τὸ ζητούμενον οὐδὲν ἧττον.

**** Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ περὶ τῶν μέσων τῆς ψυχῆς οὐκ ἀληθῆ λόγον μόνον εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ἀλλὰ καὶ δηλωτικόν. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ περὶ τοῦ ὀρθοῦ διορίσασθαι λόγου, τίς τέ ἐστι, καὶ τίς ὁ ὅρος αὐτοῦ· λέ-

ANDRONICI RHODII

ETHICORUM NICOMACHEORUM

PARAPHRASIS

LIBER VI.

Cap. I.

Reliquum esse, ut quænam sit recta ratio, definiatur.

Quoniam in superioribus de virtute disputationibus hoc quasi fundamento posito statuimus, medium in omni tam affectu quam actione esse id quod laudatur et optimum judicatur, idque expeti oportere, non nimium aut parum : medium autem esse diximus, quod recta ratio imperat : declarandum fuerit, quæ sit recta ratio et quæ ejus definitio. Namque in omnibus de quibus egimus habitibus, ut in aliis quoque actionibus habitibusve propositum quiddam est, quod spectans is qui rationis est particeps ejusque imperio obtemperat, quæ minora sunt quam oportet intendit, quæ majora sunt contrahit, sive affectus ii, sive actiones sunt, sive aliud quid eorum quæ et intendi et remitti possunt : estque quasi regula aliqua et terminus, quo medium illud, quod rectæ rationi convenienter fieri, interque id quod nimium et illud quod parum est interjectum esse dicebamus, cognoscitur : quare necesse est eos qui hanc medii scientiam consequi volunt, terminum quoque ejus perspectum habere et regulam : hæc vero recta est ratio. At quum ita simpliciter dicitur, medium esse illud quod rectæ rationi convenienter fit, est hoc quidem verum, sed non perspicuum : nam rectam rationem ignorantibus medium adhuc obscurum videtur. Quippe in cæteris quoque actionibus et studiis, in quibus aliqua scientia versatur, licet hoc quidem vere dicere, neque plus quam res postulet, neque minus laborandum, sed medium quiddam tenendum esse, et quod recta jubeat ratio : nondum tamen, quid oporteat fieri, ex hoc solo disci potest. Neque enim remedia et quæ valetudini conducunt quisquam cognoscet, aut qualia ægro adhibenda sint intelliget, si remedia tantum esse et valetudini conducere audiverit, quæ tamen medicina et medicus artifex adhiberi jubet : quamvis enim verum sit quod dicitur, nihilominus tamen obscurum manet quod quæritur. Eodem modo de mediis quoque animi habitibus non vera tantum, sed etiam perspicua dicenda sunt; hoc est ita de recta ratione disserendo, ut tum quæ sit, tum quo pacto definiri queat, tradatur :

* Lib. VI. cap. 1. Ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν πρότερον κτλ. — ** Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις, κτλ. — *** Ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως, κτλ. — **** Διὸ δεῖ δὲ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς, κτλ.

γωμεν τοίνυν περὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου, ἄνωθεν ἀρξάμενοι.

(Scripsi : [a] ἄλλο τι] vulgo ἄλλό τι. —)

igitur de recta ratione, re paulo altius repetita, dicere aggrediamur.

Κεφ. β'.

Διαίρεσις τοῦ λογικοῦ τῆς ψυχῆς· καὶ τίνα ἐν ἡμῖν τὰ κύρια τῆς πράξεως.

* Ἐν τοῖς προειρημένοις διελόντες τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετάς, τὰς μὲν ἠθικὰς ἐλέγομεν εἶναι, ὅσαι τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς μέρους, τὰς δὲ διανοητικάς, ὅσαι τῆς διανοίας εἰσί. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἠθικῶν διεληλύθαμεν· περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἤδη λέγωμεν, ἐν αὐταῖς γὰρ τὸν ὀρθὸν εὑρήσομεν λόγον· ἐκεῖνο πρῶτον εἰπόντες περὶ τῆς ψυχῆς.

** Πρότερον μὲν οὖν δύο μέρη τῆς ψυχῆς εἴπομεν εἶναι, τό τε [a] λόγον ἔχον, καὶ τὸ ἄλογον.

*** Νῦν δὲ τὸ λόγον ἔχον διαιροῦντες, λέγομεν δύο εἶναι τὰ λόγον ἔχοντα· ἓν μέν, δι' οὗ τὰ ἀναγκαῖα γινώσκομεν καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα, καὶ ἃ μὴ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν· ἄλλο δέ, δι' οὗ τὰ ἐνδεχόμενα γινώσκομεν, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα.

**** Καὶ γὰρ ἐπεὶ τὰ γνωστὰ διάφορά εἰσι καὶ τῷ εἴδει ἕτερα, καὶ τὰς γνώσεις ἕπεται διαφόρους εἶναι τῷ εἴδει. Τὴν γὰρ γνῶσιν ὁμοίαν εἶναι τῷ γινωσκομένῳ, καὶ ἀναγκαίαν [b] μὲν τὴν τοῦ ἀναγκαίου, ἐνδεχομένην δὲ τὴν τοῦ ἐνδεχομένου, πᾶσα ἀνάγκη· καὶ γὰρ ἐνδεχομένη γνῶσίς ἐστιν, ἥτις οὐκ ἀεὶ ἀληθεύει· ψεύδεται δὲ ἡ γνῶσις, ὅταν τὸ γινωσκόμενον μὴ οὕτως ἔχῃ ὥσπερ γινώσκεται· τὸ δὲ μὴ οὕτως ἔχειν ὥσπερ εἶχε, τῶν ἐνδεχομένων ἐστὶ καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἐχόντων· τῶν ἐνδεχομένων ἄρα ἡ γνῶσις ἐνδεχομένη ἐστί. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀναγκαία ἡ γνῶσις· πᾶσα γὰρ γνῶσις καθ' ὁμοιότητα καὶ κατ' οἰκειότητα γίνεται· καὶ γὰρ ἐφαρμογή τίς ἐστι καὶ ἐπαφὴ τοῦ γινωσκομένου καὶ τοῦ γινώσκοντος.

***** Ἐπεὶ τοίνυν διττὴ ἡ γνῶσις, ἡ μὲν ἀναγκαία, ἡ δὲ ἐνδεχομένη, καλείσθω ἡ μὲν ἀναγκαία ἐπιστημονική, ἡ δὲ ἐνδεχομένη λογιστική, ἢ βουλευτική. Τὸ γὰρ βουλεύεσθαι καὶ λογίζεσθαι, ταὐτόν· ἔστι γὰρ ἡ βούλευσις περὶ τὰ ἐνδεχόμενα· οὐδεὶς γὰρ βουλεύεται περὶ τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν· ἀνάγκη γὰρ ὁμοίως ἔχειν, καὶ οὐδὲν ἡ βουλὴ κινήσει οὐδὲ μεταβαλεῖ. Ἐπεὶ τοίνυν περὶ τὰ ἐνδεχόμενα τὸ βουλευτικόν, περὶ δὲ τὰ ἐνδεχόμενα αὐτό φαμεν εἶναι τὸ λογιστικόν, ταὐτὸν ἂν εἴη τὸ λογιστικὸν καὶ βουλευτικόν. Ἔστιν ἄρα τὸ βουλευτικόν, τὸ ἕτερον μέρος τοῦ λογιστικοῦ.

****** Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν διανοητικῶν ἀρετῶν ὁ λόγος ἡμῖν, τοῦτ' ἔστι [c] τῶν οὐσῶν ἐν τῇ διανοίᾳ, τῷ λογιστικῷ· τὰ δὲ μέρη τοῦ λογικοῦ, τὸ ἐπιστημονικόν ἐστι καὶ βουλευτικόν· ἐν αὐτοῖς τοῖς μέρεσι τοῦ λογικοῦ ζητητέον ἡμῖν τὰς διανοητικὰς ἀρετάς· ληπτέον

Cap. II.

Dividitur rationalis animi pars : et quæ in nobis sint actiones propriæ.

Divisis in superiori disputatione animi virtutibus, alias morales esse dicebamus, quæcunque ad patibilem animi partem pertinent, alias in cogitatione positas, quæ sunt mentis. Ac de moralibus quidem disseruimus : nunc vero de reliquis dicamus, in quibus veram illam de qua agitur rationem inveniemus, ubi primum illud de animo exposuerimus. Prius ergo duas esse animi partes diximus, alteram rationis participem, expertem alteram.

Nunc vero eam quæ ratione prædita est dividimus, duplicemque illam esse affirmamus : alteram, qua necessaria et quæ eodem semper modo se habent, nec aliter habere se possunt : alteram, qua contigentia, quæ alias aliter se habent cognoscimus.

Etenim quum ea quæ cognosci queunt sint diversa atque alia specie, sequitur etiam cognitiones specie diversas esse. Quippe cognitionem ei necesse est similem esse, quod cognoscitur, et necessarii quidem necessariam, contingentis vero contingentem esse : contingens enim cognitio est quæ non semper vera prædicat : tum autem mentiri dicitur, quum id, quod cognoscitur, non ita se habet, ut cognoscitur : porro aliter ac prius se habere eorum est quæ contingentia appellantur et alias aliter se habent : contingentium ergo contingens quoque est cognitio. Propterea igitur et rerum necessariarum necessaria est cognitio : nimirum omnis cognitio ex similitudine quadam atque affinitate comparatur : siquidem nihil aliud quam convenientia et quasi cohærentia quædam cognoscentis et rei cognitæ est.

Quum ergo duplex sit cognitio, necessaria altera, altera contingens, necessaria quidem scientiæ propria, contingens vero ratiocinativa aut deliberativa vocetur. Nam deliberare et ratiocinari idem sunt : quippe in contingentibus versatur deliberatio : quia nemo de iis deliberat quæ aliter se habere non possunt : nimirum illa necesse est eodem semper modo se habere, siquidem deliberatio neque movebit quidquam in iis neque mutabit. Quum ergo in contingentibus deliberativa animi pars occupetur, in iisdem autem contingentibus ratiocinativam occupari dicamus, eadem res et ratiocinativa erit et deliberativa. Itaque deliberativa altera ratiocinativæ pars erit.

Quum vero de virtutibus in cogitatione positis agamus, hoc est iis quæ in animi parte, in qua inest ratio atque consilium, consistunt : partes autem ratione præditæ sint scientiæ propria et deliberativa : in ipsis animi ratione præditi partibus virtutes quæ cogitatione continentur nobis quærendæ sunt : videndum igitur utriusque ha-

* Τὰς δὴ τῆς ψυχῆς ἀρετὰς κτλ. — ** Πρότερον μὲν οὖν κτλ. — *** Νῦν δὲ περὶ τοῦ λόγου κτλ. — **** Πρὸς γὰρ τὰ τῷ γένει ἕτερα κτλ. — ***** Λεγέσθω δὲ τούτων τὸ μὲν ἐπιστημονικόν, κτλ. — ****** Ληπτέον ἄρα, ἑκατέρου κτλ.

ἄρα ἑκατέρου τούτων τίς ἡ βελτίστη ἕξις· αὕτη γὰρ ἀρετὴ ἑκατέρου· ἐπεὶ δὲ ἡ ἀρετὴ ἐν τοῖς οἰκείοις ἔργοις θεωρεῖται, ζητητέον τίνα τὰ ἔργα τὰ προσήκοντα τῷ ἐπιστημονικῷ καὶ βουλευτικῷ.

* Τρία τοίνυν ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας. Ἀληθείας μὲν κύρια νοῦς καὶ αἴσθησις, ὅτι ἑκάτερον γνῶσίς ἐστιν· ἡ δὲ γνῶσις τέλος ἔχει τὴν ἀλήθειαν· πράξεως δέ, ἡ ὄρεξις· ἐν αὐτῇ γάρ ἐστι πᾶσα πράξεως ἀρχή, καὶ παντὸς ἔργου αὕτη αἰτία· ὁ μὲν γὰρ νοῦς γινώσκει ὅτι τόδε τι δέον ποιῆσαι· ἡ δὲ εἰς τὴν πρᾶξιν κίνησις ἀπὸ τῆς ὀρέξεως γίνεται· ἡ δὲ αἴσθησις οὐδεμιᾶς ἐστιν ἀρχὴ πράξεως. Δῆλον δὲ ἀπὸ τῶν ἀλόγων, καὶ γὰρ αἴσθησιν ἔχοντα οὐ δύνανται πρᾶξιν ἔχειν· πρᾶξις γάρ ἐστιν ἡ μετὰ βουλεύσεως ἐνέργεια· ὥστε ἡ μὲν αἴσθησις οὐδεμιᾶς αἰτία πράξεως, ὁ δὲ νοῦς καὶ ἡ ὄρεξις πασῶν πράξεών εἰσιν ἀρχή· ὁ μὲν τὰ δέοντα διδάσκων, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ πράττειν κινοῦσα.

** Ὃν δὲ ἔχει λόγον ἐν τῇ διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τοῦτον ἔχει ἐν τῇ ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή· ὥστε ἐπεὶ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ ἕξις ἐστὶ προαιρετική, ἡ δὲ προαίρεσις ὄρεξις βουλευτική, (προαίρεσις γάρ ἐστι τὸ θελῆσαι καὶ ἑλέσθαι τὸ βουλευθέν,) πᾶσα ἀνάγκη, εἴπερ ἡ προαίρεσις ἀγαθή ἐστι καὶ σπουδαία, ἐκεῖνα αἱρεῖσθαι, ὅσα σπουδαῖα, καὶ τὴν ὄρεξιν ὀρθὴν εἶναι τὸ ἀγαθὸν βουλομένην. Οὐ δύναται δὲ ἡ προαίρεσις τὸ ἀγαθὸν ἐθέλειν, μὴ τῆς βουλεύσεως διδασκούσης· ὥστε ἀνάγκην εἶναι τὴν μὲν βούλευσιν ἀληθῆ λέγειν, τὴν δὲ προαίρεσιν ἑλέσθαι· καὶ τὴν ὄρεξιν τὸ ἀγαθὸν διώκειν, καὶ τὸ αὐτὸ τὴν μὲν βούλευσιν λέγειν, τὴν ὄρεξιν δὲ διώκειν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ διάνοια, τὸ λογιστικὸν δηλονότι καὶ βουλευτικόν, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν ἀλήθεια, πρακτικὴ καλεῖται· διότι τέλος ἔχει τὴν πρᾶξιν τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ ἔστιν αὐτῆς ἔργον ἡ ἠρημένη ἀλήθεια, ἥτις ἐστὶ περί τε τὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν· τῆς δὲ θεωρητικῆς διανοίας καὶ μὴ πρακτικῆς ἔργον ἐστὶν [d] ἡ ἀλήθεια καὶ τὸ ψεῦδος. Καὶ τέλος ἔχει τὴν γνῶσιν τοῦ ἀληθοῦς· τοῦτο γάρ ἐστιν ἔργον παντὸς διανοητικοῦ, καθόσον ἐστὶ διανοητικός. Ὃς δὲ διανοητικὸς καὶ πρακτικός ἐστιν, ἐκείνην τὴν ἀλήθειαν ἔργον ἔχει, ἥτις σύμφωνός ἐστι τῇ σπουδαίᾳ πράξει, καὶ τῇ ὀρθῶς ἐχούσῃ καὶ σπουδαίως ὀρέξει.

(Scripsi : [a] τό τε] vulgo τό, τε. — [b] ἀναγκαίαν] vulgo ἀναγκαῖαν. — [c] τοῦτ' ἔστι] cod. τουτέστι. — [d] ἔργον ἐστὶν] vulgo ἔργόν ἐστιν. —)

rum, quis sit optimus habitus : hæc enim virtus utriusque est : quum autem virtus in operibus suis consideretur, quærendum etiam, quæ sint illa quæ tam huic quam illi animi parti conveniant opera.

Tria ergo sunt in animo quæ actionis et veritatis dominatum obtinent. In veritate dominantur mens et sensus, quia utraque res cognitio est : finis autem cognitionis est veritas : in actione vero appetitus : siquidem in eo omne actionis principium cernitur, et omnis operis hæc causa habetur : scilicet mens cognoscit tale quid agendum esse : motus vero, qui ad actionem fertur, ex appetitu oritur : nullius autem actionis principium est sensus. Quod ex iis quæ ratione carent intelligitur : nam quum sensum habeant, nequeunt tamen habere actionem : nempe actio quædam cum deliberatione muneris functio est : itaque sensus nullius actionis causa est, omnium vero actionum principia sunt mens et appetitus : quorum altera ea quæ fieri oportet, docet, alter ad agendum impellit.

Quod est autem in cogitatione affirmatio et negatio, hoc est in appetitu rei alicujus persecutio et fuga : quapropter quum virtus moralis habitus sit ad consilium capiendum expeditus, consilium autem appetitus ad deliberationem accommodatus, (est enim consilium nihil aliud quam velle id et eligere de quo deliberamus,) omnino necesse est, si bonum honestumque consilium sit, illa quoque eligi quæ honesta sunt, rectumque appetitum esse qui bonum petit. Bonum autem velle non potest consilium, nisi hoc ipsum docet deliberatio : ut necesse sit, tum deliberationem verum dicere, consilium autem eligere, tum appetitum id quod bonum est persequi, idemque deliberationem dicere, appetitum vero persequi. Hæc igitur mens, ratiocinativa videlicet ejus pars ac deliberativa, ejusque veritas, activa dicitur : quia finis ejus est actio boni : opusque illius est assumta veritas, quæ in bono et malo versatur : mentis autem contemplativæ non activæ opus est veritas et mendacium. Quin etiam finem habet veritatis cognitionem : hoc enim opus est omnis hominis ingeniosi, quatenus est ingeniosus. Qui vero simul ingeniosus et actuosus habetur, ejus opus est illa veritas, quæ honestæ actioni rectoque et honesto appetitui respondet.

Κεφ. γ'.

Ὅτι ἡ πρακτικὴ διάνοια ἀρχή ἐστι τῆς προαιρέσεως.

*** Ἡ μὲν οὖν προαίρεσις αἰτία καὶ ἀρχὴ πράξεως· αἰτία δὲ οὐ τελική· οὐ γὰρ ἕνεκα τῆς προαιρέσεως

Cap. III.

Cogitationem ad usum translatam consilii esse principium.

Consilium igitur causa et principium actionis est : nec tamen causa princeps : neque enim consilii gratia agi-

* Cap. 2. Τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ κτλ. — ** Ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις κτλ. — *** Τῆς δὲ θεωρητικῆς διανοίας, κτλ.

πράττομεν· ἀλλὰ ποιητικὴ μᾶλλον· πρὶν γὰρ πρᾶξαι προαιρούμεθα, τὸ δὲ τέλος μετὰ τὴν πρᾶξιν· προαιρέσεως δὲ ἀρχή, ὄρεξις καὶ λόγος, ἥτις ἐστὶν ἡ βούλευσις. Τὸ ἕτερον τοῦ λογικοῦ μέρος τὸ λογιστικὸν καὶ βουλευτικόν, ὃ τὴν ἀλήθειαν ζητεῖ μέν, οὐ δι' ἑαυτὴν δέ, ἀλλὰ τῆς πράξεως τοῦ ἀγαθοῦ χάριν· διὰ τοῦτο δέ, ὅτι ὁ λόγος καὶ ἡ ὄρεξις τῆς προαιρέσεώς εἰσιν ἀρχαί, οὐδὲ δυνατὸν προαίρεσιν εἶναι ἄνευ διανοίας καὶ ἠθικῆς ἕξεως· ἀπὸ γὰρ τῆς ἠθικῆς ἕξεως ἡ ὄρεξις γίνεται τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ κακοῦ.

* Καθὸ δὲ θεωρητικὴ ἡ διάνοια, οὐδενός ἐστιν ἀρχή, οὐδὲν γὰρ κινεῖ, ἀλλὰ μόνον καθὸ πρακτικὴ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἀρχὴ τῆς τε ὀρέξεως, καὶ τῆς προαιρέσεως, καὶ τῆς πράξεως· ἔτι δὲ καὶ τῆς ποιητικῆς ἀρχή ἐστιν ἡ πρακτικὴ αὕτη διάνοια. Διαφέρει γὰρ ποιητικὴ πρακτικῆς· ἡ μὲν γὰρ πρακτικὴ τοῦ ἀγαθοῦ τέλος ἔχει, αὐτὸ τὸ εὖ πράττειν τὸ ἀγαθόν· καὶ μέχρι τούτου σκοπεῖ, ὅπως εὖ πράξῃ τὰ τῇ ὀρέξει δοκοῦντα· ἡ δὲ ποιητικὴ αὐτό ἐστι τὸ πράττειν εὖ τὸ ἀγαθόν· καὶ τέλος ἔχει τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν. Καὶ τὸ μὲν τέλος τῆς πρακτικῆς καθ' αὑτό ἐστι· τὸ δὲ τέλος τῆς ποιητικῆς πρός τι· καὶ γὰρ πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἀναφέρεται· τὴν γὰρ ὠφέλειαν τοῦ ἀνθρώπου ζητεῖ. Ἐπεὶ τοίνυν ὅπερ ἔχει τέλος ἡ πρακτικὴ διάνοια καὶ οὗ ἐστιν ἀρχὴ καὶ αἰτία, τὴν πρᾶξιν λέγω τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦτο ἀρχὴν ἔχει τοῦ ἰδίου τέλους ἡ ποιητικὴ (ἀπὸ γὰρ τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡ ἀνθρωπίνη εὐδαιμονία) διὰ τοῦτο καὶ αὐτῆς ἀρχὴ λέγεται.

** Ἐπεὶ δὲ ἀρχή ἐστιν ἡ διάνοια τῆς ὀρέξεως, ἡ δὲ ὄρεξις τῆς προαιρέσεως, εἴη ἂν ἡ προαίρεσις ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς ἢ ὄρεξις διανοητική· ταῦτα δ' ἂν εἴη ἐν μόνῳ τῷ λογικῷ ζώῳ * ὅς ἐστιν ἄνθρωπος.

(Scripsi : *) ζώῳ] cod. ζώῳ. —)

Κεφ. δ'.

Περὶ τέχνης, ἐπιστήμης, φρονήσεως, σοφίας καὶ νοῦ· καὶ τίνι διαφέρει τῶν λοιπῶν ἡ ἐπιστήμη.

*** Ἡ μὲν οὖν προαίρεσις τοιαύτη· προαιρετὰ δέ, δηλονότι ἃ δυνάμεθα προαιρεῖσθαι, τὰ ἐνδεχόμενά εἰσι, καὶ τούτων τὰ μέλλοντα· περὶ γὰρ τῶν παρελθόντων οὐδεὶς βουλεύεται εἰ δεῖ ποιῆσαι· περὶ ὧν δὲ οὐδεὶς βουλεύεται, οὐδὲ προαιρεῖται· τὰ γὰρ βουλευτὰ καὶ προαιρετά, ὡς ἐν τοῖς περὶ προαιρέσεως εἴρηται· οὐδεὶς γὰρ προαιρεῖται Ἴλιον πεπορθηκέναι· διὸ ὀρθῶς ὁ Ἀγάθων εἶπε·

> Μόνου [a] γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
> ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχει· λέγωμεν [b] δὲ περὶ τοῦ ἔργου τοῦ τε [c] ἐπιστημονικοῦ διανοητικοῦ, καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀκριβέστερον.

mus : sed efficiens potius : priusquam enim agamus, consilium capimus, finis vero post actionem est : consilii autem principium appetitus habetur et ratio, quæ quidem est deliberatio. Altera autem rationalis pars ratiocinativa et deliberativa est, quæ quidem veritatem quærit, non tamen per se, sed actionis ipsius boni causa : ac propterea quod consilii principia ratio et appetitus sunt, ne esse quidem sine cogitatione et morali habitu consilium potest : quippe a morali habitu vel boni vel mali appetitus oritur.

Quatenus vero contemplativa est mentis agitatio, nullius principium esse potest, nihil enim movet, sed tantum quatenus activa est, eorum quæ diximus principium est, appetitus dico, consilii et actionis : præterea efficientis principium est activa hæc mentis agitatio. Namque efficiens ab activa differt : quippe activa boni finem habet, ut bene agat id quod bonum est : et eatenus spectat, ut bene agat quæ appetitui placebant : efficiens autem est ipsa illa bene agendi id quod bonum est actio : finemque habet humanam felicitatem. Et finis quidem activæ per se est : finis vero efficientis alterius respectu : quippe ad hominem refertur : ejus enim utilitati servit. Quoniam ergo quem finem habet activa mentis agitatio, cujusque est principium et causa, ipsam boni actionem dico, hoc finis sui principium habet efficiens (a bona enim actione humana felicitas proficiscitur) hanc ob causam ejus quoque dicitur principium.

Quia vero appetitus principium est mentis agitatio, consilii autem appetitus : ideo consilium aut mens erit ad appetendum excitans, aut appetitus cogitandi vim habens : hæc autem in solum illum animantem ratione præditum cadunt, qui est homo.

Cap. IV.

De arte, scientia, prudentia, sapientia et mente : et qua re reliquis scientia præstet.

Consilium quidem est tale : arbitraria vero, hoc est ea de quibus consilium capere possumus, contingentia sunt et ex his futura : quippe de præteritis, an facienda sint, nemo deliberat : de quibus autem nemo deliberat, ea ne agere quidem quisquam constituit : quæ enim in deliberationem cadunt, etiam arbitraria sunt, ut in superiori de consilio disputatione diximus : nimirum nemo consilium capit, Ilium evertisse : itaque recte Agatho dixit :

> Una hac enim re etiam deus privatus est,
> infecta facere, facta quæ sunt, ut queat.

Et hæc quidem ita se habent : cæterum de opere tum scienter effecto et ingenioso, tum post habitam de eo deliberationem facto uberius disseramus.

---

* Διάνοια δ' αὐτὴ οὐθὲν κινεῖ, κτλ. — ** Διὸ ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς κτλ. — *** Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐθὲν γεγονός, κτλ.

Τὸ μὲν γὰρ ἔργον ἑκατέρων, ὡς δέδεικται, ἀλήθειά ἐστι· τοῦ ἔργου δὲ δειχθέντος ἑκατέρου, φανερά ἐστιν αὐτῶν ἡ ἀρετή· ἑκάστου γὰρ ἡ ἀρετὴ ἐν τῷ οἰκείῳ αὐτοῦ ἔργῳ συνίσταται· τὸ γὰρ εὖ καὶ καλῶς ποιῆσαι τὸ ἔργον, τοῦτό ἐστιν ἡ ἀρετή· αἱ τοίνυν ἕξεις καθ' ἃς δυνήσεται ἑκάτερον αὐτῶν τὴν οἰκείαν ἀλήθειαν ἀληθεύειν, ὡς ἔνι μάλιστα δυνατόν, αὗταί εἰσιν αἱ ἀρεταὶ ἑκατέρου.

* Ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν περὶ αὐτῶν πάλιν λέγωμεν. Ἐπεὶ περὶ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἡμῖν, ζητητέον ποσαχῶς ἡ ψυχὴ δύναται ἀληθεύειν ἐν τῷ καταφάσκειν καὶ ἀποφάσκειν· καὶ πόσαι εἰσὶν αἱ ἕξεις καθ' ἃς ἀληθεύομεν. Εἰσὶ τοίνυν πέντε τὸν ἀριθμόν, τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς· τὴν γὰρ ὑπόληψιν καὶ τὴν δόξαν, ὡς ἐνδεχομένως ἀληθεύουσαν, παραλείπομεν. Τῶν γὰρ εἰρημένων πέντε δυνάμεων νοῦς μὲν οὐδέποτε ψεύδεται οὐδὲ ἡ ἐπιστήμη· τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτοῖς τὸ εἶναι, τὸ ἐξ ἀνάγκης ἀληθεύειν· τέχνη δὲ καὶ φρόνησις καὶ σοφία ψεύδονται μέν ποτε, ἀλλ' οὐ δι' ἑαυτάς, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀνωμαλίαν· τότε γάρ τις μέθοδος ψεύδεται δι' ἑαυτήν, ὅταν ἀπὸ τῶν κανόνων αὐτῆς τὸ ψεῦδος συνάγηται· εἰ δ' αὐτὴ μὲν περὶ τοὺς οἰκείους κανόνας ὑγιῶς ἔχει, τὰ δὲ πράγματα ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα τὸ ψεῦδος ποιοῦσιν, οὐχ αὐτὴ λέγοιτο ἂν δικαίως ψευδής, ἡ δὲ ὑπόληψις καὶ ἡ δόξα· καὶ τῶν γινωσκομένων ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων, αὐτὴ ψεύδεται· ὅθεν δῆλον ὅτι οὐ δι' ἑαυτὴν ψεύδεται· ὥσπερ τὸ οἴεσθαι τὸν ἥλιον ποδιαῖον εἶναι, ἢ τὴν σελήνην οἴκοθεν ἔχειν τὸ φῶς· τούτων γὰρ ὡς ἔχουσιν ἀεὶ ὁμοίως ἐχόντων ἡ περὶ αὐτῶν δόξα καὶ ὑπόληψις ψεύδεται. Τὰ μὲν οὖν ἀληθεύοντα πέντε εἰσὶν ὡς εἴρηται· ῥητέον δὲ τί ἐστιν [d] ἕκαστον αὐτῶν· καὶ γὰρ εἰ καὶ ὁμοιότητας ἔχουσι [e] πρὸς ἄλληλα (καὶ γὰρ πολλὰ κοινὰ τέχνῃ καὶ ἐπιστήμῃ, καὶ αὖθις ἐπιστήμῃ καὶ σοφίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως) ἀλλ' ὅμως ἀκριβῶς σκοποῦσι περὶ αὐτῶν, καὶ διάφορά εἰσι, καὶ διάφορος ὁ ἑκάστου λόγος.

** Ἐπιστήμη μὲν οὖν ἐστι γνῶσις τῶν ἀναγκαίων· ἐκεῖνο γὰρ λέγομεν ἐπίστασθαι, ὃ οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν, καὶ οὗ βεβαίως ἐστὶν ἡ ἀλήθεια παρ' ἡμῖν, διὰ τὸ ταὐτὸν [f] μένειν· ἡ γὰρ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἀλήθεια οὐχ [g] οὕτω βεβαία· μετὰ γὰρ τὸ γνωσθῆναι μεταβάλλεται, καὶ πολλάκις λανθάνει ἀπογινόμενον, ὥστε μηδὲ τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον καὶ τὴν ἀλήθειαν ἑστάναι, ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλως ἔχειν· οὗ δὲ ἡ γνῶσις βεβαία καὶ ἕστηκεν, ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀναγκαῖον καὶ ὁμοίως ἔχον ἀεί· τοιαῦτα δέ εἰσι τὰ ἀΐδια· ἀνάγκη ἄρα τὸ ἐπιστητὸν ἀΐδιον εἶναι, καὶ τὴν ἐπιστήμην γνῶσιν εἶναι τῶν ἀϊδίων.

*** Ἔτι, πᾶσα ἐπιστήμη διδακτή ἐστι, καὶ τὸ ἐπιστητὸν μαθητόν.

Opus enim utriusque animi partis ad cogitandum valentis, quemadmodum demonstravimus, veritas est : quum vero opus utriusque appareat, manifesta quoque earum virtus est : quippe in suo cujusque opere ejus virtus consistit : nam bene recteque perficere opus, virtus habetur : habitus ergo, secundum quos suam utraque pars veritatem quam optime fieri potest profitetur, hæ sunt utriusque virtutes.

Principio igitur altius repetito de iis rursus disseramus. Quum ergo de veritate nobis institutus sit sermo, videndum quot modis in affirmando et negando verum enuntiare possit animus : et quot sint habitus, quibus verum enuntiamus. Sunt ergo quinque numero, ars videlicet, scientia, prudentia, sapientia, mens sive intelligentia : nam existimationem et opinionem, quæ tantum pro ratione temporum verum enuntiant, prætermittimus. Ex iis enim quas diximus quinque facultatibus nunquam neque intelligentia fallitur, neque scientia : quippe hoc natura iis insitum est, ut necessario verum enuntient : ars vero, prudentia et sapientia interdum quidem, non per se tamen mentiuntur, sed ob materiæ inæqualitatem : tunc enim per se mentitur artificiosa de re quapiam tractandi ratio, quum regulis et præceptis illius falsum colligitur : quodsi regulæ ejus certæ sunt, res ipsæ vero quæ alias aliter se habent falsum efficiunt, non illa merito falsa appellanda, sed existimatio ejus et opinio eo nomine afficienda est : nam quum ea, quæ in cognitionem cadunt, eodem semper modo se habeant, ista est quæ mentitur : unde apparet, eam per se non mentiri : ut si quis pedaneum solem esse existimet, aut lunam lumen ex se accensum habere : nimirum quia hæc eodem semper modo se habent, existimatio de iis mentitur et opinio. Quæ igitur verum enuntiant, quinque sunt, ut diximus : declarandum autem, quæ sit singulorum vis : etenim quamvis singula cæterorum mutuam quandam similitudinem gerant (multa videlicet arti cum scientia, rursusque scientiæ cum sapientia et reliquis similiter communia sunt) nihilominus si accuratius inspiciantur, tamen differunt, estque diversa singulorum definitio.

Scientia igitur rerum necessariarum est cognitio : quippe illud scire nos dicimus, quod aliter se habere non potest, cujusque veritas firme in mentibus nostris inhæret, propterea quod unum idemque manet : neque enim contingentium æque constans veritas est : quippe postquam cognita sunt, mutantur, et sæpe nobis insciis pereunt, ita ut neque ratio eorum neque veritas permaneat, sed alias aliter se habeat : cujus autem firma stabilisque est cognitio, id vero est quod necessarium vocatur et eodem semper modo se habere dicitur : talia autem sunt æterna : quare necesse est, id quod sub scientiam cadit æternum esse, cognitionemque rerum æternarum esse scientiam.

* Cap. 3. Ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν, κτλ. — ** Ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἐστιν, κτλ. — *** Ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, κτλ.

* Πᾶσα δὲ διδασκαλία καὶ μάθησις ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως, ὡς ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς λέγομεν· πάσης ἄρα ἐπιστήμης εἰσὶν ἀρχαί. Καὶ αἱ μὲν τῶν ἐπιστημῶν ἀρχὰς ἔχουσιν ἀμέσους καὶ ἀναποδείκτους δι' ἐπαγωγῆς δεικνυμένας, οἷαί εἰσιν αἱ τῆς γεωμετρίας ἀρχαί· τινὲς δὲ ἐξ ἀρχῶν ὁρμῶνται ἀποδεικτῶν, αἳ συλλογισμῷ δείκνυνται, ἄλλης ἐπιστήμης ὑψηλοτέρας· οἷα ἐστὶν ἡ ὀπτική, καθάπερ ἀρχαῖς χρωμένη ταῖς ἀποδείξεσι τῆς γεωμετρίας. Ἡ μὲν οὖν ἐπαγωγὴ καθάπερ ἀρχή ἐστι καὶ τῶν ἀναποδείκτων [h] ἀρχῶν, αἳ καθόλου μέν εἰσι, γινώσκονται δὲ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα· ὁ δὲ συλλογισμός, ὃς πιστοῦται τὰς ἀποδείκτους [i] ἀρχὰς ἐνίων ἐπιστημῶν, ἀρχὰς ἔχει τὰς καθόλου καὶ ἀναποδείκτους ἐννοίας· εἰσὶν ἄρα ἀρχαὶ ἐπιστήμης αἱ καθόλου καὶ κοιναὶ ἔννοιαι, ἐξ ὧν ὑποτιθεμένων συλλογιζόμεθα, ἃς οὐ πιστοῦται συλλογισμός, ἀλλ' ἐπαγωγή· ὑφ' ἧς ἐπιστήμης ἄλλη ἀποδείκνυται ἐπιστήμη, ἥτις καὶ ὑπ' αὐτὴν εἶναι λέγεται. Καὶ διὰ τοῦτο πᾶσα ἐπιστήμη ἀπὸ αὐτοπίστων τῶν ἐσχάτων ἀρχῶν ἀποδείκνυται.

** Ἔστιν ἄρα ἐπιστήμη ἕξις ἀποδεικτικὴ ἐκ τῶν καθ' αὐτό, καὶ ᾗ αὐτό, καὶ πρώτων καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος ἀποτελουμένη, καθάπερ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς διωρισάμεθα. Καὶ γὰρ ὅταν τις ὑποθέσεις τινὰς πιστεύῃ, καὶ γνώριμοι αὐτῷ ὦσιν αἱ τοῦ πράγματος ἀρχαί, τότε ἐπίστασθαι αὐτὸ δύναται· εἰ γάρ τις μὴ τὰς ἀρχὰς γινώσκῃ, μηδὲ [k] φανερώτεραι εἶεν αἱ προτάσεις τοῦ συμπεράσματος αὐτῷ, κατὰ συμβεβηκὸς ἔχει τὴν ἐπιστήμην· οὐ γὰρ δι' ἑαυτοῦ ὁ τοιοῦτος ἐπίσταται, καὶ διὰ τὴν ἐγκειμένην αὐτῷ τῶν ἀρχῶν γνῶσιν, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἴσως ἀκούσας· εἰ γὰρ οὕτως ἐγίνωσκε διὰ τὰς ἀρχὰς τὸ συμπέρασμα, μᾶλλον ἂν ἐγίνωσκε τὰς ἀρχάς, ἢ τὸ συμπέρασμα· δι' ὃ γὰρ ἄλλο γνωστόν, ἐκεῖνο μᾶλλον γινώσκεται. Περὶ μὲν οὖν ἐπιστήμης διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

(Scripsi : [a] μόνου) cum codd; vid. Poetarum tragicorum græcorum fragmenta pag. 58 ed. Wagner. Paris 1846. — [b] λέγωμεν] cod. λέγομεν. — [c] τοῦ τε] cod. τοῦτε. — [d] δὲ τί ἐστιν] vulgo δέ τί ἐστιν. — [e] ἔχουσι] cod. ἔχουσιν. — [f] διὰ τὸ ταὐτὸν μένειν] cod. διὰ τὸ αὐτοῦ μένειν. — [g] οὐχ] cod. οὐκ. — [h] ἀναποδείκτων] vulgo ἀναποδεικτῶν. — [i] ἀποδείκτους] cod. ἀποδεικτάς. — [k] μηδὲ] μὴ δὲ. —)

Præterea omnis scientia doceri potest; et quidquid sub scientiam cadit, discere licet. Omnis autem doctrina et disciplina, ut in Analyticis diximus, ex præcedente quadam cognitione gignitur : sunt ergo cujuslibet scientiæ principia. Et aliæ quidem scientiæ principia spontanea nec demonstrata habent, quæ per inductionem probantur, qualia sunt geometriæ principia : aliæ vero ex principiis jam demonstratis, et quidem altioris cujusdam scientiæ oriuntur, quæ syllogismo probantur : qualis est optice, quæ tanquam principiis quibusdam geometricis demonstrationibus utitur. Est ergo inductio tanquam principiorum etiam non demonstratorum principium, quæ universalia quidem sunt, sed e singularibus cognoscuntur : at vero syllogismus, qui demonstrata probat nonnullarum doctrinarum principia, universales quasdam nec demonstratas notiones pro principiis habet : sunt igitur universales communesque notiones scientiæ alicujus principia, ex quibus pro fundamento positis rationem concludimus, quas non probat syllogismus, sed inductio : qua scientia rursus alia scientia demonstratur, quæ sub ipsa esse dicitur. Quapropter omnis scientia extremis quibusdam ac per se probabilibus principiis demonstratur.

Est igitur scientia habitus ad aliquid demonstrandum idoneus, qui ex iis quæ per se sunt et quatenus hæc ipsa sunt, primisque et causis conclusionis efficitur, quemadmodum in Analyticis definivimus. Quum enim aliquis elementa quædam credit, notaque ei sunt rei principia, tunc eam rem scire potest : si enim nec principia habeat cognita, nec magis ei perspicuæ sint propositiones quam conclusio, per accidens tantum habet scientiam : neque enim talis homo per se scit, vel propter nescio quam principiorum quam consecutus sit cognitionem, sed quia fortasse ex aliis audivit : nam si, quemadmodum dico, ob principia conclusionem cognitam haberet, magis quam conclusionem nosset principia : propter quod enim cognosci aliud potest, illud magis cognoscitur. Et de scientia quidem hoc modo expositum sit.

Κεφ. ε'.

Περὶ τέχνης.

*** Ῥητέον δὲ περὶ τῆς τέχνης. Τῶν ἐνδεχομένων γὰρ καὶ ἄλλο τε ἄλλως ἐχόντων τὰ μέν εἰσι ποιητά, τὰ δὲ πρακτά· καὶ ποιητὰ μέν, περὶ ἃ ἡ ποίησις, πρακτὰ δέ, περὶ ἃ ἡ πρᾶξίς ἐστι· καὶ ποίησις μέν ἐστιν, ἧς

Cap. V.

De arte.

Jam vero de arte dicendum est. Eorum enim, quæ contingentia sunt et alias aliter se habent, quædam in effectionem, alia in actionem cadunt : et in effectionem quidem cadunt, circa quæ effectio; in actionem vero,

* Ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία κτλ. — ** Ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν κτλ. — *** Cap. 4. τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν κτλ.

τὸ ἔργον μετὰ τὴν ποίησιν. [a] Ἐπεὶ δὲ ἕτερόν ἐστι ποίησις τῆς πράξεως, ἕτερον ἂν εἴη ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτική, τῆς μετὰ λόγου ποιητικῆς ἕξεως. Ἕτερα δέ εἰσιν οὐχ οὕτως, ὥστε περιέχεσθαι ὑπ' ἀλλήλων, ὡς τὸ μερικὸν καὶ τὸ καθόλου, ἀλλ' ὥσπερ ἵππος καὶ βοῦς· οὔτε γὰρ ἡ πρᾶξις ὑπὸ τὴν ποίησιν ἀνάγεται, οὐ γάρ ἐστι ποίησις· οὔτε ἡ ποίησις ὑπὸ τὴν πρᾶξιν, οὐ γάρ ἐστι πρᾶξις. Δῆλον δὲ ἀπὸ τῶν ὁρισμῶν ἑκατέρας· ἄλλος γὰρ πράξεως ὁρισμός, καὶ ἄλλος ποιήσεως. Ἔστι δὲ τέχνη μὲν ἕξις μετὰ λόγου ποιητική, ὥσπερ ἡ οἰκοδομική· φρόνησις δὲ ἕξις μετὰ λόγου πρακτική, ὡς μετὰ ταῦτα ῥηθήσεται· ἡ ἄρα τέχνη καὶ τῆς ἐπιστήμης διαφέρει, καὶ γὰρ περὶ ἐνδεχόμενα καταγίνεται, καὶ τῆς φρονήσεως, ὅτι ποιητική ἐστιν οὐ πρακτική· ἡ γὰρ τέχνη πᾶσα ἕξις ἐστὶ μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική· καὶ ἥ ἐστι τοιαύτη ἕξις, τέχνη ἐστίν· ἀντιστρέφει γάρ.

* Πᾶσα δὲ τέχνη περὶ γένεσίν ἐστιν ἐκείνων, ἃ ἐνδέχεται γενέσθαι· καὶ μὴ γενέσθαι οἷον, ἡ οἰκοδομικὴ περὶ τὸ γενέσθαι οἰκίαν· καὶ ἡ ναυπηγικὴ περὶ τὸ γενέσθαι τὸ πλοῖον, ἃ ἐνδέχεται γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι. Πλὴν οὐκ ἔστι περὶ πάντα τὰ ἐνδεχόμενα γενέσθαι· ἀλλὰ περὶ ἐκεῖνα μόνον, ὧν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἐν τῷ ποιοῦντι καὶ οὐκ ἐν τῷ ποιουμένῳ ἐστίν· οἷά ἐστι τὰ φυσικά· τῶν γὰρ κατὰ φύσιν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἐν αὐτοῖς ἐστι· καί εἰσι μὲν ἐνδεχόμενα, τεχνητὰ δὲ οὐκ εἰσίν· οὐκ ἔχουσι γὰρ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἔξωθεν· ὥσπερ οἰκία τὸν οἰκοδόμον, καὶ πλοῖον τὸν ναυπηγόν.

** Ἔστι δὲ ἡ τέχνη καὶ ἡ τύχη σχεδὸν περὶ τὰ αὐτὰ ὑποκείμενα· καὶ γὰρ ἡ τύχη ἐν τούτοις, ὧν ἡ αἰτία τῆς ὑπάρξεως ἔξωθεν· εἰ γὰρ ἐν αὐτοῖς εἶχον τὰ τυχηρὰ τὰς ἀρχὰς τῆς ὑπάρξεως, οὐκ ἂν ἐδόκει παράδοξα· νῦν δὲ διὰ τοῦτο θαυμάζονται, ὅτι ἡ αἰτία αὐτῶν οὐ μόνον ἔξωθεν, ἀλλὰ καὶ ὅθεν ἂν οὐδεὶς προσεδόκησε· τὸ γὰρ σκάπτειν τοῦ πλουτεῖν αἴτιον ὑπῆρξε πολλάκις· ἐν θεμελίῳ [b] γάρ τις βόθρον ὀρύττων περιέτυχε θησαυρῷ· παρὰ προσδοκίαν δέ ἐστι, διότι καθ' αὑτὸ οὐκ ἔστιν αἴτιον τὸ σκάπτειν τοῦ πλουτεῖν· ἢ γὰρ ἂν πάντες ἐπλούτουν οἱ σκάπτοντες· ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· τὰ γὰρ κατὰ συμβεβηκὸς αἴτια, ὧν εἰσιν αἴτια, οὐ προσεδοκῶντο γενέσθαι· ἐκεῖνα γάρ τις περὶ τοῦ πράγματος προσδοκᾷ, ὅσα ἐν τῷ αὐτοῦ περιέχονται λόγῳ, ἢ δυνάμει, ἢ ἐνεργείᾳ· τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς οὐ τοιαῦτα. Ἔστι τοίνυν τέχνη καὶ τύχη τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά. Τρόπον τινὰ δὲ λέγω, ὅτι τῶν ἐνδεχομένων ἐστὶ καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἐχόντων· οὐκ ἔστι δὲ καθ' αὑτὸ τούτων αἰτία, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός, ἡ δὲ τέχνη καθ' αὑτό ἐστιν αἰτία τῶν τεχνητῶν.

*** Ἡ μὲν οὖν τέχνη, ὡς εἴρηται, ἕξις ἐστὶ μὲν μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητικὴ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα, ὧν ἡ

circa quæ actio versatur : atque est quidem effectio, cujus beneficio opus perficitur. Quoniam autem effectio ab actione differt, etiam habitus cum ratione conjunctus et ad agendum idoneus ab eo differt, qui quum ad efficiendum valeat, cum ratione est conjunctus. Alia tamen sunt, non ita ut alterum altero contineatur, sicut particulare et universale, sed ut equus et bos : neque enim actio ad effectionem refertur, quia non est effectio : neque effectio ad actionem, quia non est actio. Quod quidem vel ex utriusque definitione apparet : namque alia actionis, alia effectionis est definitio. Est ergo ars habitus cum ratione conjunctus, qui ad efficiendum valet, sicut architectura : prudentia vero habitus cum ratione conjunctus et ad agendum idoneus, ut postea dicetur : itaque ars a scientia differt, quia in contingentibus versatur, et a prudentia, eo quod efficiendi non agendi facultatem habet : siquidem ars habitus est cum vera ratione conjunctus et ad efficiendum idoneus : at habitus qui talis est, ars est : sunt enim hæc reciproca.

Omnis autem ars in earum rerum molitione cernitur, quæ fieri aut possunt aut nequeunt : verbi causa architectura eo spectat, ut domus ædificetur : et ars navium fabricandarum, ut navis ædificetur, quæ fieri aut possunt aut nequeunt. Nec tamen in omnibus, quæ fieri possunt, ars occupata est, sed in iis tantum, quorum originis principium in efficiente non in effecto est : qualia sunt naturalia : quippe naturalium originis ratio in ipsis est : suntque contingentia quidem, sed non arte facta : neque enim externam substantiæ suæ causam habent : sicut domus architectum, navis navium fabricatorem.

Porro arti et fortunæ fere eædem res subjacent : namque in his versatur fortuna, quibus externa substantiæ suæ causa est : si enim fortuita substantiæ suæ causas in se haberent, non viderentur inopinata : nunc vero propterea illa admiramur, quod non modo externa eorum causa est, sed etiam origo eorum inde repetenda, unde nemo exspectasset : nam fossio sæpenumero divitiarum causa fuit : quippe dum in fundamento domus aliquis fossam fodit, in thesaurum incidit : et tamen hoc præter spem ei obtingit, quia per se fossio non est causa divitiarum : nimirum, si hoc ita esset, omnes profecto fossores divitiis abundarent : sed per accidens : quæ enim per accidens causæ sunt eorum, quæ efficiunt, ea ut fierent nemo exspectabat : siquidem illa in eadem re exspectantur, quæ ejus notione aut facultate aut efficacia continentur : quæ vero per accidens causæ habentur, non sunt talia. Quapropter ars et fortuna quodammodo circa eadem versantur. Quodammodo autem dico, quia contingentium est et eorum quæ alias aliter se habent : non per se autem horum causa est, sed per accidens, ars vero rerum artificiosarum causa per se est.

Ars igitur, ut diximus, habitus est cum vera ratione conjunctus, et ad efficiendum in contingentibus idoneus

* Ἔστι δὲ τέχνη πᾶσα περὶ γένεσιν κτλ. — ** Καὶ τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν κτλ. — *** Ἡ μὲν οὖν τέχνη, κτλ.

αἰτία ἐν τῷ ποιοῦντι· ἀτεχνία δὲ τοὐναντίον, μετὰ λόγου ψευδοῦς ποιητικὴ ἕξις, περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν.

(Scripsi : [a] καὶ ποίησις μέν ἐστιν, ἧς τὸ ἔργον μετὰ τὴν ποίησιν] ex Heinsii conjectura; cod. καὶ ποίησις μέν ἐστιν, ἧς τὸ, ubi desideratur simplex τῆς ποιήσεως sive effectionis definitio, quam ab actione (ἀπὸ τῆς πράξεως) cum alibi, tum Politicorum primo et Eudemiorum quinto Aristoteles distinguit. — [b] ἐν θεμελίῳ] cod. θεμελίῳ. —)

Κεφ. ϛ΄.

Περὶ φρονήσεως.

Jam vero de tali animi affectione postea disputabimus. De vitiositate autem in priore de virtutibus moralibus dissertatione diximus. Nunc vero de incontinentia, mollitie et luxu, deque contrariis virtutibus, continentia videlicet ac tolerantia agamus : neque enim cum prædicta vitiositate aut virtute sunt eædem, neque tamen ita diversæ, ut alterius generis sint : quatenus ergo bonum expetit rationemque sequitur continens, convenit virtuti continentia : quatenus vero semper ei adversatur cupiditas et perpetuo in certamine est, quia habitu caret, eatenus non est virtus. His autem quæ dicimus congruenter nec incontinentia vitiositas est respectu ejus quæ moralibus virtutibus opponitur vitiositatis : qui enim reliquis vitiis contaminatus improbus nominatur, quum improbitatis consecutus sit habitum, non repugnante rationis vi improba facta gerit : incontinens vero, quum ad bonum eum trahit ratio, cupiditatum ardore superatur : ideoque non ejusdem cum vitiositate speciei est incontinentia : quatenus vero præter rationem quoque ipsa est, et res voluntaria, eatenus aliquid cum ea commune habet.

Dicamus autem de iis eodem modo, quo etiam de cæteris disseruimus : exponemus enim eas quæ vulgo probantur rationes, e quibus incongruentes opposita veritate refutabimus, reliquas vero quæ maxime probabiles sunt, confirmabimus ac relinquemus : atque ita planus erit de iis sermo.

Omnibus ergo bonum videtur continentia rebusque probis et laudabilibus annumeranda esse tolerantia : contrarium vero incontinentia. Sed et hæc de continentia prædicant : primum continentem eundem esse atque eum qui in ratione permanet eique immotus adhærescit, et in ratione permanere esse continentiam, contrarium autem incontinentiam et incontinentem appellari : deinde continentem, quum sciat insanas esse cupiditates, ab iis desciscere et rationem sequi, at incontinentem, qui exploratum habeat, improba facta se gerere, propter voluptatem rationi non obtemperare : tum temperantem quoque esse continentem ac tolerantem, sed intemperantem contrarium vocari : porro omnem hominem continentem etiam temperantem esse : et alii quidem similiter omnem hominem incontinentem intemperantem, et intemperantem omnem hominem incontinentem esse ajunt : alii vero eos inter se differre : denique posse prudentem et sollertem hominem tamen incontinentem esse : postremo incontinentes eos dici, qui in iram præcipites sint, aut honoris et lucri cupiditate flagrent : hæc igitur omnia fere sunt, quæ de continentia et incontinentia dicuntur : de quibus singulis videamus : ac primum quidem de primo.

* Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης διαθέσεως κτλ. — ** Δεῖ δ', ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, κτλ. — *** Δοκεῖ δὴ ἥ τε ἐγκράτεια κτλ.

καθ' ὅσον μὲν] cod. καθόσον μέν. — [d] καθ' ὅσον δὲ ἐναντιοῦται] cod. καθόσον δὲ ἐναντιοῦται. — [e] φαῦλαι] cod. φαύλαι. — Cæterum quinque, quæ sequuntur, capita sive Andronici ipsius sive librariorum errore præpostero ordine videntur descripta. Rerum autem in Aristoteleo opere traditarum series e numeris appositis intelligetur.

Κε. β'. [ε'].

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐγκράτεια τὸ ἁπλῶς ἐμμένειν τοῖς δεδογμένοις.

* Εἰ τοῦτό ἐστιν ἐγκράτεια, τὸ ἐμμένειν πάσῃ δόξῃ, ἔσται καὶ φαύλη ἐγκράτεια, ὅταν ἐμμένῃ τις ψευδεῖ δόξῃ· ἀλλὰ μὴν ὑπόκειται ἐπαινετὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι αὐτήν· οὐκ ἄρα τὸ ἐμμένειν ἁπλῶς τῇ παρούσῃ δόξῃ ἐγκράτειά ἐστιν.

** Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀκρασία οὐ πᾶσα φαύλη ἔσται καὶ φευκτή, ἀλλὰ καὶ ἀγαθή, ὅταν μὴ ἐμμένῃ τις τῇ ψευδεῖ δόξῃ· ὥσπερ ὁ Νεοπτόλεμος πεισθεὶς ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ψεύσασθαι, καὶ μὴ ἐμμείνας τῇ δόξῃ ἀλλὰ ἀληθεύσας· ἢ εἴ τις [a] ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ προσδιαλεγομένου καὶ δοξάσας ψευδῆ, οὐκ ἐμμένει τοῖς δεδογμένοις· οὐ γὰρ ψέγεται ὁ τοιοῦτος· ὁ δὲ ἀκρατὴς ψέγεται· οὐκ ἄρα ὁ ἐμμενετικὸς τῇ δόξῃ ἐγκρατής ἐστιν, οὐδὲ ὁ τῆς δόξης ἐκστατικὸς ἀκρατής· ὅλως δὲ ἀκρασία μετὰ ἀφροσύνης συμβαίνει ἀρετὴ εἶναι, εἰ τοῦτό ἐστιν ἀκρασία τὸ ἐξίστασθαι τῆς δόξης καὶ μὴ ἐμμένειν τοῖς δοκοῦσιν ἀγαθοῖς· εἰ γάρ τις ὑπὸ ἀφροσύνης νομίζῃ [b] τὴν ἀκολασίαν ἀγαθόν, μὴ ἐμμείνῃ δὲ τοῖς δεδογμένοις, ἔσται σώφρων· καὶ οὕτως ἔσται ὁ ἀκρατὴς σπουδαῖος, ὅπερ ἐστὶ [c] ψεῦδος· ψεκτὸν γὰρ δοκεῖ πᾶσιν ἡ ἀκρασία. Ἔτι, ὁ δυνάμενος ἐκστῆναι τῆς δόξης τοῦ μὴ δυναμένου βελτίων ἐστὶ πολλάκις· ὁ δὲ ἀκρατὴς τοῦ ἐγκρατοῦς οὐκ ἔστι βελτίων· οὐκ ἄρα ὁ ἐμμενετικὸς τῇ δόξῃ ἐγκρατής, οὐδὲ ὁ ἐκστατικὸς ἀκρατής.

*** Ὅτι δὲ ὁ δυνάμενος ἐκστῆναι τῆς δόξης βελτίων τοῦ μὴ δυναμένου, δῆλον· ὁ γὰρ τῷ ἠπατῆσθαι τὰ φαῦλα διώκων, ὅτι νομίζει ἀγαθὰ εἶναι, βελτίων ἐστὶ τοῦ εἰδότος ὅτι φαῦλα καὶ διώκοντος· ὁ μὲν γὰρ ἠπατημένος μεταπεισθεὶς δύναται ἀγαθὸς γενέσθαι, ὁ δὲ δι' ἀκρασίαν διώκων καὶ εἰδὼς ὅτι φαῦλα, οὐ δύναται ἐκστῆναι τῶν κακῶν· πῶς γὰρ ἂν ἐκσταίη, ἐπεὶ οὐ δύναται μεταπεισθῆναι; ὃ γὰρ ἔδει γινώσκειν, οἶδε, καὶ εἰδὼς ἀκρατεύεται, καὶ ἔνοχός ἐστι τῇ παροιμίᾳ,

Ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπίνειν;

φανερὸν δὴ ὅτι τὸ ἐμμένειν τῇ παρούσῃ δόξῃ οὐκ ἔστιν ἐγκράτεια, οὐδὲ τὸ ἐξίστασθαι ἀκρασία.

Cap. II [V].

Non esse continentiam simpliciter in sententia permanere

Si ergo perpetua in qualibet sententia permansio continentia est, erit etiam mala continentia, quum quis in errore perseverat : atqui laudabile quiddam et bonum esse eam sententiam posuimus : ergo non simpliciter in præsenti sententia perstare continentia est.

Similiter vero incontinentia non omnis prava erit et fugienda, sed bona etiam quædam, quando aliquis in errore non perseverat : qualis fuit Neoptolemus ab Ulixe ad mentiendum adductus, sed postmodum deposita illa opinione verum locutus : aut si quis ab eo, quocum sermocinatur, deceptus quum falsa pro veris amplecteretur, in sententia non perstat : neque enim vituperatur talis : vituperatur vero incontinens : quamobrem neque qui in sententia permanet, idcirco continens est, neque qui a sententia sua discedit, propterea est incontinens : omnino res eo redibit, ut incontinentia, cui adhæret stultitia, virtus sit, si incontinentia est discedere a sententia neque in iis quæ bona nobis videntur manere : si quis enim propter stultitiam bonam esse judicet intemperantiam, ac tamen instituto suo decedat, hic jam temperans erit : atque ita incontinens bonus erit, quod est falsum : omnibus scilicet vituperanda videtur esse incontinentia. Præterea qui instituto suo decedere scit eo qui nescit sæpenumero melior est : at vero continente non est melior incontinens : quare nec qui in sententia permanet continens, nec qui ab ea discedit incontinens erit.

Jam vero eum qui instituto suo decedere scit, meliorem esse eo qui nescit, manifestum est : qui enim deceptus mala sequitur, quia bona esse existimat, melior est eo qui mala esse scit et tamen expetit : qui enim deceptus est, is postmodum commutata voluntate bonus fieri potest; qui vero per intemperantiam ea sequitur, quum mala esse sciat, non potest discedere a malis : quomodo enim discedat, quum ad aliam sententiam perduci nequeat? quod enim cognitum habere debebat, novit, et quamvis norit, intemperanter tamen vivit, atque idcirco in eum convenit proverbium

Quid adbibendum est, quum premit fauces aqua?

Apparet igitur, neque in præsenti sententia perstare continentiam, neque de ea desistere incontinentiam esse.

* Cap. 2. Ἔτι, εἰ πάσῃ δόξῃ κτλ. — ** Καὶ εἰ πάσης δόξης ἡ ἀκρασία κτλ. — *** Ἔτι ὁ τῷ πεπεῖσθαι πράττων κτλ.

(Scripsi : [a] εἴ τις] cod. εἴτις. — [b] νομίζῃ] cod. νομίζει. — [c] ὅπερ ἐστὶ] cod. ὅπέρ ἐστι. —)

Κεφ. γ′ [β′].

Περὶ τῆς γνώσεως τοῦ ἀκρατοῦς, ᾗ γινώσκων οὐκ ἐμμένει.

* Ζητητέον δὴ περὶ τοῦ δευτέρου· ἀπορία γάρ ἐστι, πῶς ὑπολαμβάνων ὀρθῶς περὶ ὧν πράττει τις, ἔπειτα ἀκρατεύεται. Καί φασί τινες [a], ὅτι οὐ γινώσκει ὁ ἀκρατὴς ἃ πράττει φαῦλα εἶναι, οὐδὲ ἔχει ἐπιστήμην αὐτῶν, ὥσπερ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ δυνατὸν ἐπιστήμης ἐνούσης ἄλλο τι [b] κρατεῖν καὶ περιέλκειν ὥσπερ ἀνδράποδον· οὗτος δὲ ὁ λόγος ἐναντίος ἐστὶ τοῖς φανεροῖς· ὅτι γάρ ἐστιν ἀκρατής, καὶ οὗτός ἐστιν ἀκρατής, ὁ πρὸς τἀναντία ὧν οἶδεν ἀγαθῶν φερόμενος, φανερόν. Διὸ ζητητέον, εἰ δι' ἄγνοιαν πράττει πᾶς ὁ πράττων τὸ πονηρόν, καὶ τίς ὁ τρόπος γίνεται τῆς ἀγνοίας· ἄλλοι δὲ οἴονται εἰδέναι μὲν ἃ πράττει τὸν ἀκρατῆ, ἐπιστήμην δὲ οὐκ ἔχειν αὐτῶν, ἀλλὰ δόξαν· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπιστήμην ἔχοντα κρατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡδονῶν· οὐδὲν γὰρ εἶναι τῆς ἐπιστήμης ἐπικρατέστερον· διὰ τοῦτο τὴν τοῦ ἀκρατοῦς γνῶσιν δόξαν εἶναί φασιν· ἀλλὰ μὴν εἴ γε [c] δόξα ἐστὶ καὶ μὴ ἐπιστήμη, οὐδὲ ἰσχυρὰ γνῶσις τοῦ πράγματος ἐν τῷ ἀκρατεῖ, ἀλλ' ἀσθενής τις καὶ ἠρεμαία, καθάπερ ἐν τοῖς διστάζουσι, συγγνώμη ἂν εἴη τοῖς ἀκρατέσι, μὴ ἐμμένουσι τοῖς οὕτω γινωσκομένοις, βιαίων ἀνθελκουσῶν ἐπιθυμιῶν· οὐκ ἄρα μοχθηρὸν ἡ ἀκρασία· οὐδενὶ γὰρ συγγνώμη τῶν μοχθηρῶν καὶ ψεκτῶν καὶ φευκτῶν· τοιοῦτον δὲ ἡ ἀκρασία.

** Ἐπεὶ δὲ οὔτε δόξα ἐστὶν ἡ γνῶσις τοῦ ἀκρατοῦς, οὔτε ἐπιστήμη, δοκεῖ φρόνησις εἶναι· αὕτη γὰρ λείπεται καὶ ἔστιν ἰσχυρὰ γνῶσις· καὶ τοῦτο δὲ ἄτοπον· ἔσται γὰρ ἅμα καὶ φρόνιμος καὶ ἀκρατής. Οὐδεὶς δ' ἂν εἴποι, φρονίμου εἶναι τὸ πράττειν τὰ φαῦλα ἑκόντα· ἐπεὶ καὶ δέδεικται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι πρακτικός γε ὁ φρόνιμος, καὶ περὶ αὐτάς ἐστι τὰς πράξεις τὰς μερικάς, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐπομένας [d] ἔχων ἐξ ἀνάγκης· οὐκ ἄρα φρονήσει γινώσκει ἀκρατής. Κατὰ μὲν οὖν τοὺς εἰρημένους τρόπους γινώσκειν τὸν ἀκρατῆ δέδεικται μὴ δυνατὸν εἶναι· ζητητέον ἄρα τὸν τρόπον. Ὃ μετὰ μικρὸν ἀκριβέστερον ἐπισκεψώμεθα.

(Scripsi : [a] καί φασί τινες] vulgo καί φασι τινες. — [b] ἄλλο τι] vulgo ἀλλό τι. — [c] εἴ γε] cod. εἴγε. — [d] ἐπομένας] cod. ἐπομένας. —)

Cap. III [II].

De cognitione incontinentis, in qua sciens non persistit.

De secundo etiam quærendum est : dubitatur enim, quo pacto, quum recte aliquis de iis quæ agit judicet, nihilominus tamen incontinenter se gerat. Dicuntque nonnulli, nescire incontinentem quæ agit mala esse, eumque hac scientia carere, sicut Socrates præ se ferebat, fieri non posse, in quo insit scientia, ut in eo aliud quiddam dominetur et tanquam mancipium ultro citroque trahat : quæ quidem ratio cum iis quæ manifesta sunt pugnat : esse enim incontinentem, et eum esse incontinentem, qui in contrarium illius fertur boni quod novit, id vero manifestum est Quare quæri oportet, num per ignorantiam agat, quisquis male facit, et quis sit ignorantiæ modus : alii vero existimant, scire quidem ea quæ agit incontinentem, non tenere tamen eorum scientiam, sed opinionem tantum habere : neque enim fieri posse, ut qui scientia sit præditus a voluptatibus superetur : nihil quippe scientia esse fortius : ideoque opinionem esse volunt illam incontinentis cognitionem : atqui si opinio est, non vero scientia neque firma rei in incontinente cognitio, sed infirma tantum ac tenuis, sicut in dubitantibus, danda erit venia incontinentibus, quod in iis quæ eo modo noverunt non permaneant, quoties violentæ libidines eos in contrariam partem abripiunt : quocirca ne mala quidem erit incontinentia : quæ enim mala et vituperabilia et fugienda sunt, nulla huic generi venia tribuitur : talis autem incontinentia est.

Quum vero nec opinio sit cognitio incontinentis, nec scientia, videtur esse prudentia : hæc enim restat estque firma cognitio : at hoc absurdum : erit enim simul prudens et incontinens. Nemo autem prudentis esse dixerit sua sponte res improbas admittere, præsertim quum supra ostenderimus, prudentem ad agendum esse aptissimum, et simul actiones singulares suscipere, simul reliquis virtutibus tali ingenio necessario convenientibus excellere : quapropter non prudentia edoctus intemperans scit. Iis ergo quos memoravimus modis intemperantem cognoscere non posse demonstravimus : quare quo pacto cognoscat, quærendum est. Quod paulo post accuratius consideremus.

Κεφ. δ′.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἐγκρατὴς σώφρων, οὔτε ὁ σώφρων ἐγκρατής.

*** Νῦν δὲ σκοπῶμεν περὶ τοῦ τρίτου, εἰ δυνατὸν τὸν

Cap. IV.

Continentem non esse temperantem, neque temperantem continentem.

Nunc vero de tertio, possitne temperans esse conti-

* Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, κτλ. — ** Φρονήσεως ἄρα ἀντιτεινούσης κτλ. — *** Ἔτι εἰ μὲν ἐν τῷ ἐπιθυμίας ἔχειν ἰσχυρὰς κτλ.

σώφρονα ἐγκρατῆ εἶναι· καὶ ἔτι περὶ τοῦ τετάρτου, εἴ πως [a] ἐγκρατὴς σώφρων. Φανερὸν δὲ ἔσται λαβοῦσι τὸν ὁρισμὸν τοῦ ἐγκρατοῦς· ἔστι δὴ ἐγκρατὴς ὁ ἀνθιστάμενος πρὸς ἰσχυρὰς καὶ φαύλας ἐπιθυμίας· ἔχει ἄρα ὁ ἐγκρατὴς ἰσχυρὰς καὶ φαύλας ἐπιθυμίας· εἰ δὴ ὁ σώφρων ἔσται ἐγκρατής, ἕξει φαύλας ἐπιθυμίας καὶ ἰσχυράς· ὅπερ ἐναντίον ἐστὶ τῷ λόγῳ τῆς σωφροσύνης· ἐν γὰρ τῷ ἕπεσθαι τὰς ἐπιθυμίας τῷ λόγῳ ἡ σωφροσύνη οὐ συνίσταται· ἄλλως τε ὁ μὲν σώφρων ἥδεται οἷς πράττει, ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἦν σώφρων· ὁ δὲ ἐγκρατὴς ἐν ἀγῶνι ὢν καὶ μάχῃ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, οὐχ ἥδεται· ἡ γὰρ ἡδονὴ ἐν τῇ ἠρεμίᾳ ἐστίν· ἔτι τὸν ἔχοντα ἕξιν ἀνδρείας [b] ἐπιόντα ἐξαίφνης τὰ φοβερά, καὶ πρὶν τῷ λόγῳ κατ' αὐτῶν χρήσασθαι, οὐ ταράττει· ὁμοίως δὴ τὸν ἔχοντα ἕξιν σωφροσύνης οὐ κινήσει τὰ ἡδέα, καὶ πρὶν περὶ αὐτῶν σκέψασθαι, καὶ τὸν λόγον ἀντιστῆσαι· ὁ δὲ ἐγκρατὴς οὐ τοιοῦτος· ἐν γὰρ τῷ χρήσασθαι τῷ λόγῳ κατ' αὐτῶν καὶ ἀνθίστασθαι πρὸς αὐτὰς ἡ ἐγκράτεια συνίστασθαι λέγεται· εἰ μὲν γὰρ χρησταὶ αἱ ἐπιθυμίαι τοῦ ἐγκρατοῦς, φαύλη ἡ ἐγκράτεια, κωλύουσα αὐταῖς χρῆσθαι· εἰ δὲ ἀσθενεῖς καὶ οὐ φαῦλαι, οὐδὲν σεμνὸν ἡ ἐγκράτεια· νῦν δὲ τοιαύτη δοκεῖ· εἰ δὲ φαῦλαι καὶ ἀσθενεῖς, οὐδὲν μέγα τὸ τοιούτων κρατεῖν· ὥστε οὐ μέγα ἡ ἐγκράτεια· λείπεται δὴ φαύλας εἶναι τὰς ἐπιθυμίας τοῦ ἐγκρατοῦς καὶ ἰσχυράς. Καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ὁ σώφρων ἐγκρατὴς ἂν εἴη, οὔτε ὁ ἐγκρατὴς σώφρων.

(Scripsi : [a] εἴ πως] cod. εἴπως. — [b] ἀνδρείας] cod. ἀνδρίας. —)

nens : ac præterea de quarto, sitne continens quodammodo temperans, videamus. Erit autem hoc manifestum, si continentis definitionem sumamus : est ergo continens, qui vehementibus malisque cupiditatibus resistit : vehementes ergo malasque cupiditates habet continens : si igitur temperans erit continens, malas simul et vehementes cupiditates habebit : quod cum temperantiæ notione pugnat : neque enim in eo versatur temperantia, ut rationi cupiditates obtemperent : deinde temperans gaudet iis quæ agit, quia alioqui non foret temperans : at continens quoniam cum cupiditatibus confligit et conflictatur, non gaudet : nam voluptas quietem capit : porro eum, qui fortitudinis habitum consecutus sit, subito ingruentia pericula aliaque formidabilia, etiam priusquam ratione contra ea se munierit, non terrent : similiter et eum qui temperantiæ habitum gerit non movebunt jucunda, licet nondum de iis cogitaverit, rationemque iis opposuerit : talis autem non est continens : in hoc ipso enim, ut ratione adversus ea utatur iisque resistat, versari continentia dicitur : si enim bonæ sint cupiditates continentis, mala est, quæ ipsum uti iis vetat continentia : sin imbecillæ nec malæ, nihil grave ac præclarum erit continentia : nunc vero talis videtur : sin autem imbecillæ et malæ, non erit magnum eas continere : quapropter non erit præclara res continentia : restat ergo, ut continentis cupiditates tum malæ sint tum vehementes. Quamobrem neque qui temperans est, continens, neque qui continens, temperans esse poterit.

Κεφ. ε'. [γ]

Ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ φρόνιμος ἀκρατής.

Ἐκ τῶν εἰρημένων δὲ φανερόν, καὶ ὅτι οὐ δύναται ὁ φρόνιμος ἀκρατὴς εἶναι. Ἐπεὶ γὰρ τῇ φρονήσει ἕπεται καὶ ἡ σωφροσύνη, ὅτι καὶ πᾶσα ἠθικὴ ἀρετή, ὁ δὲ σώφρων οὐ δύναται ἐγκρατὴς εἶναι, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ ἀκρατής ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ ὁ φρόνιμος ἀκρατὴς ἂν εἴη.

Cap. V [III].

Prudentem non esse incontinentem.

Ex superiore disputatione patet, eum qui sit prudens non posse incontinentem esse. Quum enim prudentiæ etiam temperantia insit, quia omnis quoque virtus moralis inest, temperans autem nequeat esse continens : multo magis non poterit esse incontinens : quod si ita est, ne prudens quidem incontinens erit.

Κεφ. ς'.

Ὅπως ζητῆσαι δεῖ τὸ περὶ ἐγκρατείας ζήτημα.

* Ζητητέον δὲ καὶ περὶ τοῦ ἕκτου, εἰ περὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ ἁπλῶς πᾶν ἐπιθυμητὸν ἡ ἀκρασία ἐστὶ καὶ ἡ ἐγκράτεια. Καὶ εἰ τοῦτο, καὶ ὁ περὶ ἕκαστον τούτων ἐπιρρεπῶς ἔχων ἀκρατής ἐστι, ζητητέον τίς ὁ ἁπλῶς ἀκρατής· οὐ γὰρ ὁ περὶ πάντα ἔχων οὕτως, ἐστίν· οὐδεὶς γὰρ ἁπάσας ἔχει τὰς ἀκρασίας· ὥστε ζητῶμεν τὸν κυρίως ἀκρατῆ. Τὰ μὲν οὖν ζητήματα τὰ

Cap. VI.

Quomodo habenda sit quæstio de continentia.

Sed et de sexto quærendum est, sitne in opibus et existimatione et absolute in omni re desiderabili posita continentia et incontinentia. Et si hoc verum est, constetque eum qui in singulas hujusmodi res propendeat esse incontinentem, quærendum erit, quis sit ille qui simpliciter incontinens vocatur : neque enim is qui ad omne genus æque inclinat, talis erit : quippe nemo omni simul

* Ἔτι εἰ περὶ πάντα ἀκρασία ἐστὶ καὶ ἐγκράτεια, κτλ.

περὶ τῆς ἐγκρατείας καὶ αἱ ἀπορίαι τοιαῦται συμβαίνουσι. Τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνελεῖν δεῖ, τὰ δὲ καταλιπεῖν· ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας εὕρεσίς ἐστι τοῦ ζητουμένου.

* Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, πότερον εἰδότες ἀκρατεύονται οἱ ἀκρατεῖς, ἢ οὔ, καὶ πῶς εἰδότες· ἔπειτα περὶ ποῖά ἐστιν ὁ ἐγκρατὴς καὶ ὁ ἀκρατής· λέγω δὲ περὶ πᾶσαν ἡδονὴν καὶ λύπην, ἢ περί τινας [a] ἀφωρισμένως· καὶ τὸν ἐγκρατῆ καὶ τὸν καρτερικὸν εἰ διαφέρουσι, καὶ ὅσα ἀκόλουθα τούτοις τοῖς ζητήμασίν ἐστιν.

** Ὧν ἡ ἀρχή ἐστι τὸ ζητῆσαι περὶ τοῦ ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς, κατὰ τί διαφέρουσι· κατὰ τὰ ὑποκείμενα, περὶ ἅ εἰσιν, ἢ κατὰ τὸν τρόπον, καθ' ὃν πρὸς αὐτὰ ἔχουσιν, ἢ κατ' ἀμφότερα.

Μετὰ δὲ τοῦτο σκεπτέον, εἰ περὶ ἅπαντα τὰ ἡδέα ἐστὶν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ ἐγκράτεια, ἢ οὔ. Οὔτε γὰρ περὶ ἅπαντά ἐστιν ἡ ἀκρασία, καὶ ἡ ἐγκράτεια, καὶ ὁ ἁπλῶς ἀκρατής, ἀλλὰ περὶ ἃ ὁ ἀκόλαστος· οὔτε ὁμοίως τῷ ἀκολάστῳ ἔχει πρὸς αὐτά, ἀλλὰ ἕτερον τρόπον· ὁ μὲν γὰρ ἀκόλαστος διεφθαρμένως κρίνων, καὶ νομίσας ἤδη ἀγαθὸν τὸ διώκειν ἀεὶ τὸ ἡδύ, πρὸς αὐτὸ φέρεται· ὁ δὲ ἀκρατής, τοῦ λόγου ἀντιλέγοντος τῇ ἐπιθυμίᾳ, αὐτὸς ἀκολουθεῖ.

(Scripsi : a περί τινας] vulgo περὶ τίνας. —)

incontinentiæ genere laborat : quare eum qui proprie sit incontinens quæramus. Tales igitur de continentia quæstiones et dubitationes accidunt. Horum generum alia tollenda, alia relinquenda sunt : nimirum sublatio dubitationis rei de qua quæritur inventio est.

Primum igitur videndum est, utrum scientes intemperanter vivant incontinentes, nec ne, aut si scientes, quomodo : deinde quibus in rebus continens et incontinens versetur : hoc est, utrum in omni voluptate et dolore an in quibusdam separatim : præterea intersitne aliquid inter continentem et patientem, et quæcunque his quæstionibus consentanea sunt.

Earum autem fundamentum est quæstio, quo pacto continens et incontinens inter se differant, hoc est, utrum rebus in quibus versantur, an ratione qua ad eas se habent, an utroque modo.

Deinde et illud videndum est, utrum in omnibus quæ sunt jucunda, continentia cernatur et incontinentia, nec ne. Neque enim in omnibus cernitur incontinentia et continentia, et qui simpliciter incontinens vocatur, sed in quibus intemperans, neque eodem quo intemperans modo se habet ad illa, sed alio : etenim intemperans quum corrupte judicet, putetque bonum esse sequi semper id quod est jucundum, eo etiam fertur : incontinens vero quum ejus cupiditati adversetur ratio, ipse tamen jucunda sequitur.

Κεφ. ζ'.

Τίνα τρόπον γινώσκει ὁ ἀκρατής.

*** Τὸ μὲν οὖν δόξαν εἶναι τὴν γνῶσιν τῶν ἀκρατῶν, ᾗ ἀντιπράττουσι, καὶ μὴ ἐπιστήμην, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον· τοῦτο γὰρ ζητοῦμεν, εἰ βεβαία ἐστὶν αὐτῷ, ἢ ἀμφίβολος ἡ γνῶσις τοῦ ἀγαθοῦ. Συμβαίνει δὲ πολλάκις τὴν δόξαν οὕτω βεβαίως ἐγκεῖσθαι, ὥστε μὴ διαφέρειν ἐπιστήμης κατὰ τὸ ἀντιβαίνειν ταῖς ἐπιθυμίαις· καὶ ἔνιοι οὕτω πιστεύουσιν οἷς δοξάζουσιν, ὥσπερ οἱ ἐπιστήμονες τοῖς διὰ τῆς ἐπιστήμης γινωσκομένοις· ὥσπερ ὁ Ἡράκλειτος ἃ ἐδόξαζεν ᾤετο ἐπίστασθαι ἀκριβῶς, οἷον, ὅτι οὐκ ἔστι κίνησις καὶ τἄλλα ὅσα ἐτίθει. Τῇ γοῦν τοιαύτῃ δόξῃ τοῦ ἀγαθοῦ ὁ ἀντιπράττων οὐδὲν διαφέρει τοῦ ἔχοντος τὴν ἐπιστήμην τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πρὸς τὸ ἡδὺ φερομένου· ὁμοίως γάρ εἰσι μοχθηροί, καθόσον ὁμοίως ἰσχυρῷ λογισμῷ ἑκάτερος πολεμεῖ. Ὥστε ὃ ἐν τοῖς προειρημένοις ἠπορήθη, πῶς δυνατὸν τὸν εἰδότα τὸ ἀγαθὸν αἱρεῖσθαι τὸ κακόν, οὐχ οὕτω δύναται λυθῆναι. Ζητητέον δὴ πῶς ἑτέρως λυθήσεται.

**** Λέγωμεν τοίνυν ὅτι τὸ ἐπίστασθαι καὶ κατὰ ἐπιστήμην γινώσκειν διττόν ἐστι. Λέγεται γὰρ ἐπίστασθαι καὶ ὁ ἔχων τὴν ἐπιστήμην καὶ χρώμενος αὐτῇ, ὥσπερ εἴ τις γεωμέτρης ὢν καὶ γεωμετρεῖ, λέγεται

Cap. VII

Quomodo norit incontinens.

Si ergo sit opinio illa cognitio, cui contraria incontinentes faciunt, et non scientia, nihil refert ad rem de qua disputamus : hoc enim quærimus, utrum sit firma illi an ambigua boni cognitio. Fit autem sæpenumero, ut tam firma illi inhæreat opinio, ut in oppugnandis cupiditatibus nihil a scientia differat : sed et nonnulli eandem fidem rebus quas opinantur adjungunt, quam homines periti rebus scientia comprehensis : sicut Heraclitus quæ opinabatur certo se putabat scire, verbi causa, non esse motum et reliqua quæ statuebat. Tali igitur boni ipsius opinioni qui facit contraria nihil ab eo differt qui quum boni scientia præditus sit, tamen ad id quod jucundum est fertur : æque enim sunt improbi, quatenus uterque eodem modo cum firma ratione pugnat. Quamobrem quæ in præcedentibus habita est quæstio, qui fiat, ut homo boni sciens nihilominus expetat malum, solvi hac ratione non potest. Quare, quo pacto aliter solvatur, quæri oportet.

Dicamus ergo scire et scientia comprehendisse dupliciter accipi. Scire enim dicitur et qui habet scientiam et qui ea utitur, ut si quis geometres est eamque artem exercet, scire perhibetur : verum et is qui habet qui-

* Cap. ὁ. Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον κτλ. — ** Ἔστι δὲ ἀρχὴ τῆς σκέψεως κτλ. — *** Περὶ μὲν οὖν τοῦ δόξαν ἀληθῆ, ἀλλὰ μὴ ἐπιστήμην κτλ. — **** Ἀλλ' ἐπεὶ διχῶς λέγομεν κτλ.

ἐπίστασθαι· καὶ ὁ ἔχων μὲν τὴν ἐπιστήμην μὴ χρώμενος δὲ αὐτῇ, ὥσπερ γεωμέτρης λογοποιῶν, ἢ ἄλλο τι, οὐ γεωμετρῶν· ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ γεωμέτρου θαυμαστὸν μέν ἐστιν, εἰ γεωμετρῶν ψευδῆ συναγάγοι, θαυμαστὸν δὲ οὐδέν, εἰ λογοποιῶν οὐ συνορᾷ εἴ τις παρὰ τὴν γεωμετρίαν τὰ σχήματα θεωροίη, τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρατοῦς ἔχει· εἰ μὲν γὰρ ἐπιστάμενος ὁ ἀκρατής, καὶ χρώμενος τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ κατ' αὐτὴν θεωρῶν ἐπὶ τἀναντία ὧν ἐπίσταται φέρεται, θαυμαστόν, εἰ δὲ μὴ χρώμενος, κἂν ἐπιστήμην ἔχῃ, οὐ δεῖ θαυμάζειν.

* Ἔτι, καὶ ὅταν τις ἔχων τὴν ἐπιστήμην καὶ χρώμενος, ἂν μὴ τελείως χρῆται, οὐδὲν θαυμαστόν, εἰ μοχθηρός ἐστιν. Ἐπεὶ γὰρ δυσὶ τρόποις προτάσεων ἀποδεικνὺς ἐπίσταται ὁ ἐπιστάμενος, καθόλου καὶ μερικῷ, ἐὰν ἀμφοτέροις μὴ χρῆται, λέγω τῇ καθόλου, τῇ δὲ μερικῇ οὐ χρῆται, θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ μοχθηρός ἐστιν· οἷον, ἐπίσταταί τις, ὅτι τόδε πονηρόν, τὸ δὲ πονηρὸν οὐ δεῖ πράττειν, τόδε ἄρα οὐ δεῖ πράττειν· καὶ ἀμφοτέρων οὐσῶν ἐν τῇ ψυχῇ τῶν προτάσεων, ἐπειδὰν ἐπιθυμία τις ἐπί τι κινῇ πονηρόν, συμβαίνει τῇ μὲν καθόλου χρῆσθαι, ὅτι τὸ κακὸν οὐ δεῖ πράττειν, καὶ θεωρεῖν κατ' αὐτὴν τηνικαῦτα, τὴν δὲ μερικήν, ὅτι τόδε κακόν, ἔχειν μέν, οὐ χρῆσθαι δέ, οὐδὲ συνορᾷν ἐνεργείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν μοχθηρίαν χωρεῖν, ὥσπερ ἀποτυφλωθέντα, τοῦτο δὲ οὐδὲν θαυμαστόν. Εἰ γὰρ καὶ χρῆται τῇ καθόλου προτάσει, ἀλλὰ πράττειν οὐ δύναται κατὰ τὴν ἐπιστήμην μὴ χρώμενος καὶ τῇ μερικῇ· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κυρία τῶν πράξεων. Ἢν γάρ τις εἰδῇ, ὅτι τοῖς ξηροῖς χρηστέον, μὴ εἰδῇ δὲ ὅτι τάδε ξηρά, οὐδὲν μᾶλλον χρήσεται τοῖς ξηροῖς· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τούτων ἔχει· ἄν τις τῇ καθόλου χρῆται καὶ θεωρῇ, τῇ μερικῇ δὲ οὐ χρῆται, οὐδὲν τῆς ἐπιστήμης ἀπώνατο. Αἱ μερικαὶ δὲ διαφέρουσι· τὰς μὲν γὰρ ἀνάγκη πᾶσα εἰδέναι, τῶν καθόλου γινωσκομένων· τὰς δὲ οὔ. Ὅταν γὰρ τὸ καθόλου οὕτως ἔχῃ, ὥστε περιέχειν αὐτὸν τὸν συλλογιζόμενον, ἢ τὸν ὁμοειδῆ, τῇ καθόλου συγγινώσκεται καὶ ἡ μερική· οἷον, πᾶσιν ἀνθρώποις βλαβερὸν ὁ ἐλλέβορος, αὐτὸς δὲ ἄνθρωπος, αὐτῷ ἄρα βλαβερὸν ὁ ἐλλέβορος· ἐνταῦθα τῇ καθόλου καὶ ἡ μερικὴ συγγινώσκεται· οὐ γὰρ ἑαυτὸν δύναται ἀγνοεῖν ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος· ὁμοίως δὲ κἂν [a] τοὺς ὁμοειδεῖς περιέχῃ, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτοὺς ἀγνοεῖν δυνατόν. Ὅταν δὲ ἡ καθόλου πρᾶγμά τι περιέχῃ, τότε οὐκ ἀνάγκη, τῆς καθόλου γινωσκομένης, καὶ τὴν μερικὴν γινώσκεσθαι· οἷον, πᾶς ἐλλέβορος βλαβερόν, τόδε ἐλλέβορος, τόδε ἄρα βλαβερόν· ἐνταῦθα οὐκ ἀνάγκη γινώσκεσθαι τὴν μερικήν, τῆς καθόλου γινωσκομένης. Τὴν τοιαύτην οὖν μερικὴν ὁ ἀκρατὴς ἢ οὐκ ἔχει, ἢ ἔχων οὐ χρῆται. Τὸ δὲ χρῆσθαι καὶ μὴ χρῆσθαι τοσούτῳ διαφέρει ἀλλήλων, ὥστε τὸν μὲν χρώμενον τῇ ἐπιστήμῃ καὶ

dem scientiam, sed ea non utitur, ut geometres, qui dicendi artifex sit, aut aliud quid, non suam artem factitet: sicut ergo in geometre mirum est, si dum artem suam tractat, falsa colligat, at minime mirum est, si dum disserit in concione, non animadvertat, quando quis contra geometriæ leges formas consideret: item in incontinente se res habet: si enim sciens suaque utens scientia incontinens et e præscripto ejus omnia considerans, in contrarium eorum quæ scit deveniat, mirum id erit, sin autem habeat quidem scientiam, sed ea non utatur, minime mirandum.

Præterea etiam quando quis habet scientiam, atque ea utitur, si non plene utitur, tamen minime id mirum, si sit improbus. Quum enim duo sint propositionum modi, quibus persuadet aliquis sibi qui scit, universalis videlicet et singularis, si non utroque utatur, sed omisso singulari universalem adhibeat, minime mirum si sit improbus: exempli gratia, scit aliquis, hoc esse improbum, quod autem improbum est non debet committi, hoc igitur non est committendum: quumque utraque propositio in animo sit, quum ad aliquid quod improbum est impellit libido, fit ut utatur universali, nullam culpam esse committendam, eique propositioni convenienter rem ipsam tum inspiciat, singularem vero, hoc nimirum improbum esse, sciat quidem, sed non adhibeat, neque re ipsa expendat, atque idcirco tanquam oculis captus ad improbitatem deveniat, quod quidem haudquaquam mirum est. Quamvis enim universali utatur propositione, tamen scientiæ lege agere non poterit, nisi et singulari utatur: hæc quippe est quæ in actionibus dominatur. Si quis enim sciat, siccis utendum esse, nesciat autem hæc sicca esse, nihilo magis siccis utetur: eodem autem modo et hic se res habet: nam si quis universali propositione utatur eique congruenter rem consideret, singulari vero non utatur, nullum e scientia sua fructum capit. Jam vero differunt etiam singulares: alias enim, cognitis universalibus, necessario scimus: alias non item. Quum enim ita se habet universale, ut complectatur ratiocinantem et ejusdem generis hominem, universali propositione cognoscitur et singularis, exempli gratia, omnibus hominibus noxium est elleborum, ipse autem homo est, ei ergo noxium est elleborum: hic videlicet una cum universali singularis quoque cognoscitur, neque enim ignorare potest se esse hominem: eodemque modo, si ejusdem generis homines complectatur, nam nec illos ignorare potest. Quando autem universalis rem aliquam complectitur, tum necesse non est, cognita universali propositione singularem quoque cognosci: verbi causa, omne elleborum est noxium, hoc est elleborum, hoc ergo est noxium: hic cognita universali non est necesse singularem quoque cognosci. Singularem ergo hujusmodi propositionem aut non novit, aut si novit, non utitur ea incontinens. At vero uti et non uti tantum inter se distant, ut eum qui utitur scientia et tamen

* Ἔτι ἐπεὶ δύο τρόποι κτλ.

ἁμαρτάνοντα ἄτοπόν τινα ἡγούμεθα, καὶ θαυμάζομεν εἰ ἔστι τις οὕτως ἔχων· τὸν δὲ μὴ χρώμενον καὶ ἁμαρτάνοντα, οὐδαμῶς.

* Ἔτι, οὐ τούτῳ μόνῳ διαφέρουσιν οἱ ἐπιστάμενοι, τῷ τοὺς μὲν ἔχειν καὶ χρῆσθαι, τοὺς δὲ ἔχειν μέν, οὐ χρῆσθαι δέ, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ἔχειν διαφέρουσιν· οὐ γὰρ ὁμοίως ἔχουσι τὰς ἐπιστήμας οἱ ἐπιστάμενοι· ἔστι γὰρ ἔχοντά τινα ἐπιστήμην, μὴ ἔχειν· οἷον, τὸν καθεύδοντα, καὶ μαινόμενον, καὶ οἰνωμένον· κατὰ τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἔχουσι τὴν ἐπιστήμην καὶ οἱ ἐν τοῖς πάθεσιν ὄντες· μεθύουσι γὰρ ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ μαίνονται ὑπὸ τοῦ θυμοῦ· καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν μαινομένων καὶ οἰνωμένων, καὶ αὐτῶν τὰ σώματα ἀλλοιοῦνται καὶ μεθίστανται φανερῶς ὑπὸ τῶν τοιούτων παθῶν· καὶ γὰρ καὶ χρῶμα καὶ βλέμμα, ἔνιοι δὲ καὶ καθαρῶς μαίνονται· φανερὸν οὖν, ὅτι ἡ ἐπιστήμη τῶν ἀκρατῶν ὁμοίως ἔχει τῇ τῶν μεθυόντων καὶ μαινομένων.

** Εἰ δὲ καὶ λέγουσι λόγους τῆς ἐπιστήμης, οὐ παρὰ τοῦτο φαίνονται μὴ ὁμοίως ἔχειν τοῖς εἰρημένοις· καὶ γὰρ καὶ οἱ μεθύοντες ἀποδείξεις καὶ ἔπη λέγουσιν Ἐμπεδοκλέους· ὥσπερ καὶ οἱ ἄρτι μανθάνοντες παῖδες συνείρουσι μὲν τοὺς λόγους, ἴσασι δὲ οὔπω πρὶν ἐν ἔθει γενέσθαι, καὶ ὥσπερ συμφῦναι, ὅπερ διὰ μακροῦ γίνεται χρόνου· ὥστε καθάπερ τοὺς ὑποκρινομένους, οὕτως ὑποληπτέον λέγειν καὶ τοὺς ἀκρατευομένους, οἳ πρόσωπα ὑποκρινόμενοι τὰ ἐν τοῖς ποιήμασιν ἔπη λέγουσι [b] μέν, ἴσασι δὲ ὧν λέγουσιν οὐδέν.

*** Ἔτι καὶ τόνδε τὸν τρόπον φυσικῶς ἄν τις συνίδοι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν γινώσκοντες οἱ ἀκρατεῖς τὸ ἀγαθὸν οὐχ αἱροῦνται· ἔστι δόξα καθόλου, καὶ ἔστι δόξα μερική, ἥτις δὴ μερικὴ περὶ τὰ αἰσθητά ἐστιν· ὅταν δὲ ἀπὸ τῆς καθόλου καὶ τῆς μερικῆς δόξης ἄλλην τινὰ συναγάγωμεν δόξαν, ἀνάγκη, εἰ μέν ἐστιν ἡ δόξα θεωρητική, καταφάναι τὴν διάνοιαν, καὶ πιστεῦσαι ὅτι οὕτως ἔχει· εἰ δέ ἐστι πρακτικὴ ἡ δόξα, ἀνάγκη πράττειν εὐθύς, ἂν μή τις κωλύῃ· οἷον, θεωρητικὴ μὲν δόξα, ὅτι ἐλλέβορος βλαβερόν, ἢ τὸ μέλι γλυκύ, ὅπερ εἰ συναγάγωμεν, πιστεύομεν μόνον, οὐ πράττομεν· πρακτικὴ δέ, ὅτι τοῦ γλυκέος γεύεσθαι δεῖ· ὅπερ εἰ συναγάγωμεν, πράξομεν καὶ γευσόμεθα· ὅταν οὖν αἱ μὲν δόξαι, καὶ ἡ καθόλου, καὶ ἡ μερική, κελεύωσι πράττειν τι, οἷον, δεῖ γεύεσθαι τοῦδε, ὅτι τόδε γλυκύ, τοῦ δὲ γλυκέος γεύεσθαι δεῖ, ἡ δὲ ἐπιστήμη κελεύῃ καὶ ὁ καθόλου λόγος μὴ γεύεσθαι, τύχῃ δὲ καὶ ἐπιθυμία ἐνοῦσα τοῦ πράγματος, τὸ μὲν ἐκ τούτων συναγόμενον ἐνέργειαν ἔχει, καὶ χρῆται αὐτῷ, τὸ δὲ καθόλου κωλύει γεύεσθαι, ἡ δ' ἐπιθυμία μετὰ τῆς δόξης ἐπὶ τὸ γευστὸν ἄγει· δύναται γὰρ κινεῖν ἕκαστον τῶν μορίων, λέγω δὲ τὰς οἰκείας αἰσθήσεις τῷ ἐπιθυμητῷ, ὅρασιν εἰ ὁρατόν ἐστι τὸ ἡδύ, ὃ πρὸς [c] ἑαυτὸ ἕλκει, καὶ γεῦσιν τὸ γευστόν· ὥστε

peccat, ineptum judicemus, miremurque vehementer, si talis homo inveniatur: eum autem qui non utitur scientia et peccat, nullo modo.

Præterea non hoc tantum differunt homines rerum scientes, quod alii scientiam quidem habeant eaque utantur, alii habeant quidem, verum non utantur, sed etiam ipsa habendi ratione differunt: neque enim eodem modo scientiam habent rerum scientes: quippe fieri potest, ut homo scientia præditus, tamen scientiam non habeat: qualis est is qui dormit, et furiosus, et temulentus: et hoc quidem modo etiam homines perturbationibus incitati scientiam habent: nam et inebriantur cupiditate et ira furibundi redduntur: et quemadmodum in insanientibus et ebriis usu venit, ita illorum quoque corpora talibus affectibus manifesto mutantur et transfigurantur: nam et colorem mutant et vultum, nonnulli autem etiam omnino insaniunt: unde apparet, incontinentium scientiam haud secus atque ebriorum et furentium se habere.

Quamvis autem rationes a scientia profectas afferant, ne propterea quidem iis videntur esse dissimiles, quos jam commemoravimus: etenim et ebrii demonstrationes sæpe aut versus Empedoclis recitant: ut etiam pueri, qui nuper didicerunt, connectunt quidem verba, sed nondum intelligunt, antequam assueverint, et quasi cognatum ingenium sibi induerint, quod temporis diuturnitate fit: quare sicut histriones, ita existimandi sunt dicere incontinentes, qui alienam quasi personam agentes poetarum versus recitant, neque quidquam tamen eorum intelligunt, quæ dicunt.

Præterea hoc etiam modo nativa ratione rei causam perspicias, propter quam incontinentes quum norint bonum non tamen expetant: est enim universalis, est et singularis opinio, quæ quidem singularis in rebus sensibilibus versatur: quando autem ex universali et singulari opinione aliam quandam opinionem colligimus, necesse est, siquidem contemplativa sit opinio, animus eam confirmet, remque ita se habere credat: sin activa opinio, necesse est, nisi quis impediat, animus statim agat: velut, contemplativa opinio est, elleborum noxium esse, aut mel dulce, quod si colligamus, non agemus sed credemus tantum: at vero quæ dulcia sunt gustanda esse, activa est opinio: quod si colligamus, agemus aliquid, hoc est, gustabimus: quum igitur opiniones tam universalis quam singularis agere aliquid nos jubent, verbi causa hoc gustandum est, quia hoc dulce est, ea autem quæ dulcia sunt gustari oportet, scientia vero et ratio universalis haudquaquam nos gustare jubent, ac tum forte rei ipsius quæ in nobis est accedit cupiditas, id quod ex his colligitur ad effectum adducitur utiturque ea re; universale enim prohibet nos gustare, cum opinione vero cupiditas nos ad gustandum impellit: quippe singulas movere partes potest, ita voco sensus rei desiderabilis proprios, visum

* Ἔτι τὸ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην κτλ. — ** Τὸ δὲ λέγειν τοὺς λόγους κτλ. — *** Ἔτι καὶ ὧδε φυσικῶς ἄν τις κτλ.

συμβαίνει τὴν ἀκρασίαν ὑπὸ λόγου γίνεσθαι, καὶ δόξης τῆς ἐναντίας τῷ λόγῳ· ἔστι δὲ ἐναντία ἡ δόξα τῷ ὀρθῷ λόγῳ οὐ δι' ἑαυτήν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν· οὐ γὰρ ἡ δόξα τῇ ἰδίᾳ δυνάμει τοῦ λόγου τοῦ ὀρθοῦ κρατεῖ· ἀδύνατον γὰρ ἐπιστήμης δόξαν περιγενέσθαι· ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῆς ἐπιθυμίας, ἣ καὶ τὸ σῶμα μεθίστησι καὶ ἀλλοιοῖ· γίνεται δὴ ἡ ἀκρασία ὑπὸ λόγου καὶ δόξης ἀντιφθεγγομένης τῷ ὀρθῷ λόγῳ, διὰ τῆς ἐπιθυμίας.

* Διὰ τοῦτο οὐδὲ τὰ θηρία ἀκρατῆ δύνανται λέγεσθαι, ὅτι οὐκ ἔχουσι λόγον [d] ᾧ ἀνθίσταται ἡ ἐπιθυμία, ἀλλὰ φαντασίαν τινὰ τῶν μερικῶν καὶ μνήμην.

** Πῶς δὲ λύεται ἡ ἄγνοια τοῦ ἀκρατοῦς τῆς ἐπιθυμίας σβεσθείσης, καὶ πάλιν γίνεται ὁ ἀκρατὴς ἐπιστήμων καὶ κατὰ τὴν ἐπιστήμην ἐνεργῶν, ὁ αὐτός ἐστι λόγος, ὅς ἐστι καὶ ἐν τῷ μεθύοντι καὶ καθεύδοντι· τοῦτο δὲ φυσιολόγων εἰδέναι.

*** Ὅταν δὲ ἐν τῷ πάθει γένηται ὁ ἀκρατής, τὴν ἐλάττω πρότασιν, τὴν κυρίαν τῶν πράξεων, τὴν ὅτι τόδε κακόν, ἢ οὐκ ἔχει οὐδαμῶς οὐδὲ ἐπίσταται, ἢ οὕτως ἔχει ὥσπερ οἱ μεθύοντες καὶ οἱ μαινόμενοι ἔπη τινὰ καὶ ἀποδείξεις λέγουσιν· ἄλλως τε, ὅτι οὐδὲ ἡ ἐλάττων πρότασις αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἐπιστημονική ἐστιν, ὥσπερ ἡ καθόλου καὶ μείζων.

**** Ὥστε ἔοικεν, ὃ ἐζήτει Σωκράτης συμβαίνειν· οὐ γὰρ παρούσης τῆς κυρίως εἶναι δοκούσης ἐπιστήμης, ἥτις ἐστὶν ἡ καθόλου, γίνεται τὸ πάθος· οὐ γὰρ ταύτης κρατεῖ ἡ ἐπιθυμία· ἀλλὰ τῆς κυρίας τῶν πράξεων, ἥτις ἐστὶν ἡ ἐλάττων καὶ ἡ περὶ τὰ καθ' ἕκαστα· [e] ταύτην γὰρ διαφθείρει ὁ πράττων, ἥτις ἐστὶ περὶ τὰς πράξεις· καὶ αὕτη περιέλκεται διὰ τὸ πάθος, οὐχ ἡ καθόλου. Περὶ μὲν οὖν τῆς γνώσεως τῶν ἀκρατῶν, εἰ γινώσκουσιν ὅλως τὸ ἀγαθόν, καὶ πῶς γινώσκοντες ἀκρατεύονται, τοσαῦτα εἰρήσθω.

(Scripsi . [a] κἂν] cod. κἂν. — [b] λέγουσι μέν] cod. λέγουσιν μέν. — [c] ἡδύ, ὃ πρὸς] cod. ἡδύ, πρὸς. — [d] ἔχουσι λόγον] cod. ἔχουσιν λόγον. — [e] τὰ καθ' ἕκαστα] τὰ καθέκαστα. —)

Κεφ. η'.

Τίς ὁ ἁπλῶς ἀκρατὴς καὶ ὁ ἁπλῶς ἐγκρατής.

***** Μετὰ δὲ ταῦτα ῥητέον, εἰ ἔστι τις ἁπλῶς ἀκρατὴς ἄνευ προσθήκης, ἢ πάντες κατὰ μέρος, οἷον, ἀκρατὴς θυμοῦ καὶ ἀκρατὴς δόξης· καὶ εἰ ἔστιν ἁπλῶς ἀκρατής, λεκτέον περὶ ποῖά ἐστιν ὑποκείμενα.

****** Ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἰσὶν ἅπαντες οἱ ἐγκρατεῖς καὶ καρτερικοὶ καὶ ἁπλῶς καὶ μερικοί, καὶ οἱ ἀκρατεῖς καὶ μαλακοί, φανερόν.

******* Ἐπεὶ δὲ τῶν ἡδέων τὰ μέν εἰσιν ἀναγκαῖα, τὰ

videlicet, si spectabile est jucundum illud, quod ad se allicit, et gustum, si gustari potest, quod ad se trahit : ita fit, ut incontinentia a ratione et opinione rationi contraria proficiscatur : est autem non per se, sed propter cupiditatem rectæ rationi contraria opinio : neque enim vi sua propria rectæ rationi imperat opinio : quia fieri nequit, ut scientiam superet opinio : sed vi cupiditatis, quæ corpus quoque mutat et transfigurat : e ratione ergo et opinione rectæ rationi contraria, instigante cupiditate, nascitur incontinentia.

Quocirca ne bestiæ quidem incontinentes dici possunt, quia rationem cui cupiditas adversatur, non habent, sed visionem quandam singularium et memoriam.

Quo pacto autem restincta cupiditate incontinentis ignorantia depellatur, rursusque scientiam et consequatur incontinens et ad ejus normam agat, si quæratur, eandem dicemus ejus rationem esse. quæ est ebriorum et dormientium : hoc autem scire physicorum est.

Quum vero affectibus indulget incontinens, minorem propositionem, et quæ actionum quasi princeps est et domina, hoc nimirum malum esse, aut omnino non habet nec novit, aut ita habet ut ebrii et insani versus ac demonstrationes recitant : sed et propterea quod neque per se propria scientiæ minor propositio est, sicut universalis et major.

Quamobrem videtur illud quod quærebat Socrates evenire : neque enim præsente ea quæ proprie videtur scientia, quæ universalis est, oritur affectus ille · neque enim ei imperat cupiditas : sed illa, quæ actionum propria est et minor, atque in singulis versatur : namque hanc quæ in actionibus cernitur, corrumpit agens : estque ea quæ impetu rapitur, non autem universalis. Ac de cognitione quidem incontinentium, num omnino norint id quod est bonum, et quomodo, si norint, incontinenter agant, hactenus dictum sit.

Cap. VIII.

Quis simpliciter continens et simpliciter sit incontinens.

Deinceps dicendum erit, utrum aliquis simpliciter sine ulla adjectione sit incontinens, an omnes ex aliqua parte, ut iræ incontinens aut gloriæ : item si sit aliquis simpliciter incontinens, in quibus rebus versetur, dicendum erit.

In voluptatibus ergo ac doloribus continentes versari omnes ac patientes, tam qui simpliciter quam qui ex parte dicuntur, incontinentes item ac molles, perspicuum est.

Quum vero eorum quæ jucunda sunt, alia necessaria,

* Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο κτλ. — ** Πῶς δὲ λύεται ἡ ἄγνοια κτλ. — *** Ἐπεὶ δὲ ἡ τελευταία κτλ. — **** Καὶ ἔοικεν ὃ ἐζήτει κτλ. — ***** Cap. 4. Πότερον δὲ ἐστί τις κτλ. — ****** Ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονὰς κτλ. — ******* Ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὰ μὲν ἀναγκαῖα, κτλ.

οὐκ ἀναγκαῖα μέν, αἱρετὰ δὲ καθ' ἑαυτὰ καὶ ἡδέα· λέγω δὲ ἀναγκαῖα μέν, ὧν χωρὶς οὐ δύναται συνεστάναι ἢ τὸ εἶδος καθ' ὅλου· τὸ ἀνθρώπινον, ὥσπερ ὁ γάμος, ἢ τὸ ἄτομον, ὥσπερ τροφή, ἄνεσις, ὕπνος, καὶ τὰ τοιαῦτα· οὐκ ἀναγκαῖα δέ, αἱρετὰ καὶ ἡδέα δι' ἑαυτά, οὐ διὰ τὴν σύστασιν τοῦ ἀνθρώπου, πλοῦτος, τιμή, νίκη, καὶ τὰ τοιαῦτα· συμβαίνει καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἡδέσιν ὑπερβολὰς εἶναι, καὶ ἐν τοῖς ἀναγκαίοις καὶ ἐν τοῖς δι' ἑαυτὰ αἱρετοῖς, ὅταν τις αὐτοῖς χρήσηται πλέον ἢ δεῖ, καὶ ὁ ὀρθὸς κελεύει λόγος αὐτοῖς χρήσασθαι.

* Ὁ μὲν οὖν πρὸς τὰ ἡδέα ὑπερβάλλων τὰ μὴ ἀναγκαῖα οὐ λέγεται ἁπλῶς χωρὶς προσθήκης ἀκρατής, ἀλλὰ ἀκρατὴς δόξης, ἢ ἀκρατὴς πλούτου, ὡς ἕτερος ὢν ἐκείνου τοῦ κυρίως καὶ ἁπλῶς ἀκρατοῦς, ὀνομαζόμενος δὲ ἀκρατὴς διά τινα πρὸς ἐκεῖνον ὁμοιότητα· καθάπερ διαφέρει ὁ ἄνθρωπος ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκὼς[b] τοῦ ἁπλῶς ἀνθρώπου· καὶ γὰρ εἰ καὶ μικρόν ἐστι τὸ διάφορον αὐτῶν, ἀλλ' ὅμως διαφέρει, καὶ ἕτερός ἐστι διὰ τὴν προσθήκην.

** Ὅτι δὲ διάφορός ἐστιν[c] ἡ περὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα ἡδέα ἀκρασία τῆς ἀκρασίας, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ τὴν μὲν ἀκρασίαν ἁπλῶς ψέγεσθαι, καὶ δοκεῖν οὐ μόνον ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ κακίαν, ἢ κυρίως, ἢ κατά τι, τὴν δὲ μετὰ προσθήκης ἀκρασίαν οὐ ψέγεσθαι ὡς κακίαν· οἱ μὲν οὖν περὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα ἡδέα ὑπερβάλλοντες ἀκρατεῖς λέγονται μετὰ προσθήκης.

*** Οἱ δὲ περὶ τὰς ἀναγκαίας καὶ σωματικὰς ἡδονὰς ὑπερβάλλοντες, οὐ κρίνοντος καὶ συντιθεμένου τοῦ λόγου, ἀλλὰ ἀνθισταμένου, καὶ τὰς μὲν ἡδονὰς ὑπερβαλλόντως διώκοντες, περὶ ἃς ἔφαμεν εἶναι τὸν σώφρονα καὶ τὸν ἀκόλαστον, τὰς δὲ λύπας φεύγοντες πλέον ἢ προσῆκεν, οἷον πείνης, δίψης, καὶ ἀλέας, καὶ ψύχους, καὶ πάντων τῶν περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν, οἱ τοιοῦτοι ἀκρατεῖς λέγονται, οὐ μετὰ προσθήκης, ἀλλὰ ἁπλῶς.

**** Δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀκολάστους λέγεσθαι τοὺς περὶ ταῦτα ὑπερβάλλοντας, τοὺς δὲ περὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα ἡδέα ὑπερβάλλοντας, οὐδαμῶς.

***** Ὅτι γὰρ περὶ τὰς αὐτὰς σωματικὰς ἡδονὰς συμβαίνει εἶναι τὸν σώφρονα καὶ ἐγκρατῆ, καὶ τὸν ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον, εἰς ταὐτὸν τίθεμεν τὸν σώφρονα τῷ ἐγκρατεῖ, καὶ τὸν ἀκόλαστον τῷ ἀκρατεῖ.

****** Εἰ καὶ οὐχ ὁμοίως ἔχουσι πρὸς ταύτας τὰς ἡδονάς· ὁ μὲν γὰρ ἀκόλαστος προαιρούμενος ἐπὶ τὴν ἐπιθυμίαν φέρεται, ὁ δὲ ἀκρατὴς μὴ προαιρούμενος, ἀλλὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἀνθισταμένου· τὸν μὲν οὖν ἀκρατῆ τῷ ἀκολάστῳ εἰς ταὐτὸν τίθεμεν, καὶ τῷ σώφρονι τὸν ἐγκρατῆ, καὶ περὶ τὰ αὐτὰ λέγομεν αὐτοὺς εἶναι, τὸν δὲ περὶ τὰς ἄλλας ἡδονὰς τὰς μὴ ἀναγκαίας ἀκρατῶς ἔχοντα, οὐδαμῶς. Εἰ δὲ καὶ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν

alia non necessaria sint, sed per se expetenda et jucunda : necessaria autem a me dicuntur, sine quibus constare vel omnino species humana nequit, ut nuptiæ, vel singuli homines, ut cibus, remissio, somnus et alia ejus generis : non necessaria autem, quæ per se expetenda sunt et jucunda, non ita tamen, ut sine iis homo nequeat constare, divitiæ, honor, victoria et ejusmodi alia : fit, ut in utroque jucundorum genere quædam sint nimia, tam in iis quæ necessaria sunt, quam quæ per se sunt expetenda, quando aliquis magis quam oportet, aut quam recta ratio præcipit, iis utitur.

Qui ergo in rebus jucundis eorum quæ non necessaria sunt modum excedit, non simpliciter sine ulla adjectione incontinens vocatur, sed aut gloriæ incontinens, aut opum, tanquam diversus ab eo qui proprie et absolute incontinens appellatur, ut qui tantum ob quandam cum eo similitudinem ita nominetur : sicut differt homo Olympiorum victor ab eo qui simpliciter homo est : quamvis enim parva sit eorum differentia, differt tamen diversusque ab eo est propter illam adjectionem.

Differre autem incontinentiam, quæ in rebus jucundis et non necessariis cernitur, ab illa altera incontinentia, vel ex eo apparet, quod quæ absolute dicitur incontinentia vituperatur, neque peccatum solum, sed etiam vitium videri solet, sive proprie, sive alicujus rei respectu, altera vero, cui aliquid adjicitur, non vituperatur ut vitium : qui ergo in rebus simul jucundis simul non necessariis modum transeunt, addita alia voce incontinentes vocantur.

Qui vero necessariis corporis voluptatibus supra modum se dedunt, idque sine judicio, certe non consentiente, sed adversante ratione, easque voluptates vehementer appetunt, in quibus temperantem et intemperantem versari diximus, dolores vero magis vitant quam oportet, ut famis, sitis, æstus, frigoris omniumque quæ in tactu et gustu cernuntur, hi sine ullo additamento simpliciterque incontinentes appellantur.

Idque vel ex eo intelligitur, quod qui in his modum excedunt, intemperantes nominantur, qui in rebus tum jucundis tum non necessariis, minime.

Quia enim in iisdem corporis voluptatibus temperantem et continentem, item incontinentem et intemperantem versari convenit, eodem loco temperantem et continentem, item intemperantem et incontinentem ponimus.

Quamvis non eodem modo in his voluptatibus se habeant : consulto enim ad cupiditatem fertur intemperans, inconsulto autem, adversante recta ratione, incontinens : tamen eodem loco cum intemperante incontinens et cum temperante continens a nobis ponitur, eosque versari in iisdem dicimus, qui vero in aliis iisque non necessariis voluptatibus incontinenter se gerit, non item. Etsi autem in iisdem cum intemperante volupta-

* Τοὺς μὲν οὖν πρὸς ταῦτα κτλ. — ** Σημεῖον δὲ κτλ. — *** Τῶν δὲ περὶ τὰς σωματικὰς κτλ. — **** Σημεῖον δὲ κτλ. — ***** Καὶ διὰ τοῦτο κτλ. — ****** Οἱ δ' εἰσὶ μὲν περὶ ταὐτά, κτλ.

ἡδέα ὁ ἀκρατὴς τῷ ἀκολάστῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ψέγεται ὁ ἀκόλαστος, ὡς μᾶλλον ταῖς ἐπιθυμίαις δουλεύων· ὁ μὲν γὰρ ἀκρατὴς σφοδροτάτων ἐπιθυμιῶν ἡττᾶται· οὐ γὰρ ἦν ἄλλως, τοῦ ὀρθοῦ ἀνθισταμένου λόγου· ὁ δὲ ἀκόλαστος καὶ μικρῶν καὶ ἀσθενῶν ἐπιθυμιῶν ἡττᾶται, διὰ τὸ μὴ ἀντιπράττειν αὐταῖς τὸν ὀρθὸν λόγον· καὶ ζητεῖ τὰς ὑπερβολάς, καὶ φεύγει μετρίας λύπας· καὶ εἰ μετρίων κινουσῶν ἐπιθυμιῶν οὕτως εἰς τὰς ὑπερβολὰς φέρεται, τίς ἂν γένοιτο, εἰ προσγένοιτο αὐτῷ ἐπιθυμία νεανική, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀναγκαίων χρείας λύπη ἰσχυρά;

(Scripsi : a καθ' ὅλου] cod. καθόλου. — b νενικηκὼς] cod. νενικηκῶς. — c διάφορός ἐστιν] vulgo διαφορός ἐστιν. —)

tibus versatur incontinens, magis tamen reprehenditur intemperans, ut qui magis serviat voluptatibus : etenim acerrimis cupiditatibus incontinens frangitur : nam repugnante recta ratione fieri hoc aliter non posset : at vero parvis etiam et exiguis cupiditatibus intemperans servit, quia non adversatur iis recta ratio : ideoque et nimium appetit, et mediocres dolores fugit : quodsi modicis tantum cupiditatibus impulsus ita ad nimium rapitur, qualis tandem futurus sit, si acris et vehemens aliqua cupiditas eum invadat, aut ob rerum necessariarum penuriam dolor gravis?

Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς θηριωδίας καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἀκρασίας.

* Πάλιν τῶν ἡδέων τὰ μέν ἐστι φύσει ἀγαθά, τὰ δὲ φύσει κακά, τὰ δὲ μεταξύ. Καὶ φύσει μὲν ἀγαθὰ ἡδέα εἰσίν, ἃ δι' ἑαυτά, καὶ οὐ δι' ἄλλα ζητοῦμεν· οἷον, δόξαν, νίκην, ὑγίειαν· φύσει δὲ κακά, οἷον, τὸ φαγεῖν ἄνθρωπον, καὶ πιεῖν αἵματος ἀνθρωπίνου, καὶ ἡ παρὰ φύσιν ἀκολασία· μεταξὺ δὲ τούτων, ὅσα δι' ἑαυτὰ μὲν οὔτε ἀγαθά εἰσιν, οὔτε κακά, ἀλλὰ χρήσιμα πρός τι ἀγαθόν, οἷον, τὰ σιτία, καὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ ὁ γάμος· τὰ μὲν οὖν φύσει ἀγαθά, καὶ τὰ μεταξύ, ἐπειδάν τις ζητῇ, ἐπαινεῖται, ἐὰν μὴ ὑπερβάλλῃ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλ' ὡς προσῆκε ζητῇ.

** Καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ ἐν ἅπασιν οὐκ ἐπαινετόν, ἀλλ' ἡ μὲν ἐν τοῖς φύσει ἀγαθοῖς ὑπερβολὴ ψεκτὸν μὲν οὐκ ἔστιν οὐδὲ μοχθηρόν, ὅτι τὰ διωκόμενα, ὡς εἴρηται, φύσει εἰσὶν ἀγαθά, καὶ δι' ἑαυτὰ ζητοῦνται· φευκτὸν δέ ἐστι καὶ φαῦλον· τοῦ γὰρ φιλεῖν τοὺς παῖδας, φύσει ὄντος ἀγαθοῦ, φεύγειν δεῖ τὴν ὑπερβολήν, καὶ μὴ καθάπερ ἡ Νιόβη, ἣ καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς ὑπὲρ τῶν τέκνων ἐμάχετο, ἢ ὁ Σάτυρος ὡς θεὸν ἐπικαλούμενος τὸν πατέρα· λίαν γὰρ ἐδόκει μωραίνειν.

*** Ἀλλ' οὐδὲ ἀκρασία ἐστὶν ἡ τοιαύτη ὑπερβολή. Ἡ γὰρ ἀκρασία οὐ μόνον φευκτόν, ἀλλὰ καὶ τῶν ψεκτῶν ἐστι· λέγεται δὲ καὶ ἀκρασία δι' ὁμοιότητά τινα, ἣν ἔχει περὶ τὴν ἀκρασίαν μετὰ προσθήκης, καθὼς εἴρηται, ἀκρασία κέρδους ἢ ἀκρασία τιμῆς. Καὶ ἀκρατὴς οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ ἀκρατὴς τιμῆς, ἢ φιλοτεκνίας, ἤ τινος τῶν τοιούτων· ὥσπερ κακὸν ἰατρὸν λέγομεν, τὸν παρὰ τὴν ἐπιστήμην χρώμενον τοῖς νοσοῦσι, καὶ κακὸν ὑποκριτήν, τὸν μὴ ἀκριβῶς μιμούμενον ὃν ὑποκρίνεται, καὶ οὐχ ἁπλῶς κακόν· ὅτι οὐκ ἔστι κακία ἡ τοιαύτη παρατροπή, ἀλλ' ἢ καθ' ὁμοιότητα a μετὰ προσθήκης. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὰ φύσει ἀγαθὰ καὶ ἡδέα ὑπερβολὴ οὕτως ἔχει. Τῶν δὲ μεταξὺ ἀγαθῶν αἱ

Cap. IX.

De feritate et quæ in ea inest incontinentia.

Rursus eorum quæ jucunda sunt, alia natura bona, alia mala sunt, alia media. Et natura quidem bona ea sunt jucunda, quæ per se non propter aliud petimus : ut gloria, victoria, bona valetudo : natura vero mala, ut hominem vorare, sanguinem humanum bibere, et quæ contra naturam est intemperantia : media autem horum, quæ per se nec bona sunt, nec mala sed ad bonum quoddam conducunt, exempli gratia, cibi, vestes, nuptiæ : quæ igitur natura bona sunt et quæ sunt media, si quis ea ita petat, ut a recta ratione non deflectat, sed decenter petat, laudatur.

Neque enim in omnibus nimia laudantur, sed quod in rebus natura bonis nimium est non quidem vituperatur, nec malum habetur, quia quæ expetuntur, ut dictum est, natura sunt bona et per se quæruntur : nihilominus tamen et fugiendum est et malum : verbi causa, quum amare liberos natura sit bonum, vitandum nihilominus in eo genere id quod nimium est, neque agere debemus ut Niobe, quæ cum diis pro liberis suis pugnabat, aut Satyrus qui tanquam deum patrem suum invocabat : omnino enim insanire videbatur.

Sed ne incontinentia quidem talis est nimietas. Quippe incontinentia non solum fugienda est, sed etiam in rebus vituperabilibus numeratur : dicitur autem etiam incontinentia propter similitudinem quandam, adjectione facta rei quæ ad ejus similitudinem accedit, ut dictum est, incontinentia lucri aut incontinentia honoris. Et incontinens non simpliciter, sed incontinens honoris, aut amoris quo liberos vel aliud quid prosequitur : sicut malum appellamus medicum, qui contra artis legem curat ægros, et malum histrionem, qui non recte imitatur eum cujus personam sustinet, non autem absolute malum : quia non est vitium hujusmodi aberratio, nisi propter rei similitudinem cum adjectione. Nimiæ igitur atque immoderatæ rerum natura bonarum et ju-

* Ἐπεὶ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ἡδονῶν κτλ. — ** Διὸ ὅσοι μὲν παρὰ τὸν λόγον κτλ. — *** Μοχθηρία μὲν οὖν κτλ.

ὑπερβολαὶ μοχθηραί εἰσι καὶ ψεκταί· ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ ἀφ' ἑαυτῶν οὐχ ἔχουσι τὸ τοιαῦτα ἢ τοιαῦτα εἶναι, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ τέλους πρὸς ὃ τάττονται, ἢ ἀγαθά εἰσιν ἢ κακά. Καὶ διὰ τοῦτο, ἂν πρὸς τέλος ταχθῶσι μοχθηρόν, μοχθηρά εἰσι· τάττονται δὲ εἰς μοχθηρὸν τέλος, ὅταν μεθ' ὑπερβολῆς διώκωνται· ὁ γὰρ ὑπερβάλλων ἐν τῇ χρήσει τῶν σιτίων, καὶ τῶν ἐνδυμάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον αὐτοῖς χρώμενος, εἰς τὴν ἀκολασίαν αὐτὰ τάττει. Καὶ διὰ τοῦτο [b] ἡ τούτων ἁπάντων ὑπερβολὴ μοχθηρία ἐστί. Τινῶν δὲ καὶ ἁπλῶς ἀκρασία καὶ χωρὶς προσθήκης, περὶ ἃ καὶ ἡ σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡ ἀκολασία.

* Τῶν δὲ φύσει κακῶν καὶ ἡδέων οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ μοχθηραί εἰσιν, ἀλλ' ἁπλῶς αἱ περὶ ταῦτα ἕξεις, αἵ εἰσιν αἱ θηριώδεις· ἅπερ οὐδὲ φύσει ἡδέα εἰσί. Τῶν γὰρ ἡδέων τὰ μέν ἐστιν ἡδέα φύσει καὶ πᾶσι ζῴοις [a], οἷον, τροφή, καὶ ὕπνος, καὶ τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ φύσει μὲν ἡδέα, οὐ πᾶσι δὲ ἡδέα, ὥσπερ ἡ τοιάδε τροφή, οἷον, τὸ πόαν φαγεῖν ἢ κρέα ἐνίοις τῶν ζῴων [d] φύσει ἡδέα εἰσί, τὰ δὲ οὐδαμῶς φύσει ἡδέα, ἀλλὰ ἢ διὰ ἔθη, ἢ διὰ πηρώσεις, ἢ διὰ μοχθηρίαν φύσεως· ἅτινά εἰσι φύσει κακά.

** Περὶ ἃ ἡ θηριότης ἐστίν· οἷον τὴν ἄνθρωπον ἐκείνην λέγουσι ποιεῖν, τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν· ἢ οἷς ἥδοντο οἱ ἀπηγριωμένοι περὶ τὸν Πόντον ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἰχθῦς ὠμοὺς ἐσθίοντες, καὶ κρέα ὠμά, οἱ δὲ δανείζοντες τὰ τέκνα ἀλλήλοις εἰς εὐωχίαν· ἢ ὁ Φάλαρις ἐποίησε φαγὼν τὸν ἑαυτοῦ παῖδα· τοιαῦτα δὴ τὰ κακὰ καὶ ἡδέα, οὐ φύσει ἡδέα, ἀλλὰ διὰ μοχθηρίαν φύσεως ἡδέα δοκοῦσι ταῦτα. Τοῖς δὲ διὰ πηρώσεις τινὲς ἥδονται, ἢ διὰ μανίαν, ἢ ἄλλην τινὰ νόσον· διὰ μανίαν μέν, ὥσπερ ὁ μανεὶς καὶ φαγὼν τοῦ συνδούλου ἧπαρ, ἢ ὁ τὴν μητέρα καθιερεύσας καὶ φαγών· διὰ νόσον δὲ ὁ ἐσθίων ἀνθράκων καὶ γῆς· ἐξ ἔθους δὲ γίνεται θηριώδης, ὁ ταῖς παρὰ φύσιν ἡδοναῖς ἐκ προοιμίων τοῦ βίου συνεθισθείς, καὶ χαίρων μὲν σιτίοις, οἷς οὐδεὶς ἥδεται ἀνθρώπων μὴ τῶν φυσικῶν ὅρων ἐκστάς, ἀκολασταίνων δὲ τὴν παρὰ φύσιν ἀκολασίαν· τούτων δέ ἐστι καὶ ὁ χαίρων τριχῶν τίλσει, ἢ ὀνύχων τρώξει· ταῦτα δὲ καὶ διὰ μοχθηρίαν φύσεως γίνεται.

*** Ὅσοι μὲν οὖν διὰ μοχθηρίαν φύσεως τοῖς φύσει κακοῖς ἥδονται, οὐκ εἰσὶν ἀκρατεῖς· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ὀρθὸς λόγος, ᾧ ἀνθίστανται· [e] ὁμοίως δὲ οὐδὲ ὅσα ἐξ ἔθους, ἢ νοσήματος, ἢ μανίας· ἀλλὰ τὸ ἥδεσθαι τοῖς τοιούτοις ἔξω ἐστὶ παντελῶς τῶν τῆς κακίας ὅρων.

**** Εἰ δέ τις τούτων τῶν ἐπιθυμιῶν νῦν μὲν κρατεῖ, νῦν δὲ ἡττᾶται, οὐ λέγεται ἀκρατὴς ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης, οὐδὲ ἐγκρατὴς ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης· οἷον, ἐγκρατὴς τὴν θηριωδίαν, καὶ ἀκρα-

morabile sit et ad universam rempublicam pertineat. Similiter et amicos concordare dicimus, quum eandem vitæ rationem suscipiunt et quæ in vita tum maxima sunt tum ad utriusque vel incommoda vel commoda spectant, ambo aut fugiunt aut sequuntur. Neque enim solum eadem consectari debent concordes, sed etiam prorsus eodem modo : exempli gratia, si utrique amicorum in mentem veniat, ut dux vitæ alteri sit alter, neque tamen eundem esse velint, sed uterque se proponat, tum enim idem quærunt, nec tamen in eodem, sed uterque sibi quærit, quod non est concordare. Sic et in urbium comitiis concordabunt, quum eundem magistratum omnes delegerint, aut saltem optimum omnes, non se quisque : quemadmodum in Phœnissis Euripides poeta fecit : neque enim id quod omnibus placet eo modo fieri potest : hæc autem non est concordia : sed quando omnes id quod petunt, consequuntur, tum demum concordant.

Est igitur concordia civilis quædam amicitia, eoque nomine appellatur : versatur enim in iis quæ sub actionem cadunt, et reipublicæ conducunt, et ad vitæ usum pertinent : quæ omnia civilis prudentiæ sunt.

Inest autem concordia in viris bonis : hi enim et secum ipsi concordant et inter se, quum in iisdem, ut ita dicam, rebus gerendis occupati sint : talium enim virorum voluntates perstant et manent, neque Euripi instar fluunt et refluunt : siquidem ea quæ justa, et quæ utilia sunt volunt, eorumque communi cupiditate flagrant.

Mali autem concordes esse non possunt, nisi parumper, quemadmodum ne amici quidem constantes esse possunt quum uterque plus sibi vindicare et majorem altero partem consequi cupiat in iis quæ utilia esse arbitrantur : quippe in laboribus quos alter alterius causa subit atque in ministeriis quibus fungitur, ambo semper minus habere gestiunt, quum uterque se dignum existimet, qui labores quam minimos suscipiat, magnam autem utilitatem ex omni re capiat, alterum coarguens in ejusque ministeria curiosius inquirens vetansque eum frui quanta vult utilitate fructu ex improbis laboribus percepto : quamobrem dum quod commune ipsis est non conservant, sed sua uterque commoda tuetur, cito dissociantur : tollunt enim amicitiæ nodum, qui quidem communio et concordia est : eo autem sublato conjungi diutius non possunt. Accidit ergo eis, ut discordent inter se, dum alter ab altero amicitiæ documenta exigit, ipse autem quæ justa sunt facere non vult : unde patet fieri non posse, ut inter improbos concordia, sed inter probos tantum sit.

CAP. VIII.

De beneficentia.

Est et illud quærendum, cur benefici eos de quibus

* Πολιτικὴ δὲ φιλία κτλ. — ** Ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια κτλ. — *** Τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν, κτλ. — **** Cap. 7. οἱ δὲ εὐεργέται τοὺς εὐεργετηθέντας κτλ.

τας οἱ εὐεργέται φιλοῦσι μᾶλλον, ἢ ὑπ' ἐκείνων φιλοῦνται· καὶ γὰρ ὡς παράλογον γινόμενον ἐπιζητεῖται. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ διὰ τοῦτό φασι φιλεῖν μᾶλλον τοὺς εὐεργέτας, δι' ὃ καὶ οἱ δανεισταὶ φιλοῦσιν οἷς ἐδάνεισαν, μὴ φιλούμενοι ὑπὸ τῶν ὀφειλόντων· οἱ μὲν γὰρ χρήσαντες βούλονται τοῖς ὀφείλουσι τὴν σωτηρίαν, καὶ πάντα τρόπον βοηθοῦσιν, ἵνα αὐτοῖς τὰ χρήματα ἐπανέλθῃ, οἱ δὲ ὀφείλοντες οἷς ὀφείλουσιν οὐκέτι [a]· βούλοιντο γὰρ ἂν αὐτοὺς μὴ εἶναι, ὡς ἄμεινον οὕτω πράξοντες τοῦ δανείου λυθέντος· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον φασὶ καὶ ἐπὶ τούτων· τοὺς μὲν εὐεργέτας βούλεσθαι εἶναι καὶ σώζεσθαι τοὺς εὖ παθόντας, ὡς οὕτω κομιουμένους τὰς ἀμοιβάς, τοὺς δὲ εὖ παθόντας οὐ σφόδρα φιλεῖν τὴν τῶν εὐεργετῶν σωτηρίαν· οὐ γὰρ οὕτως ἐπιμελὲς τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἀνταποδοῦναι, ὡς τὸ ἀπολαβεῖν. Ἡ μὲν οὖν δοκοῦσα τοῖς πολλοῖς αἰτία αὕτη ἐστί, καὶ ταῦτα προήχθησαν νομίζειν, πρὸς τοὺς ἀγνώμονας καὶ πονηροὺς ἀποβλέποντες τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὅ φησιν Ἐπίχαρμος, ἐκ πονηροῦ θεώμενοι. Ἔοικε δὲ ἀνθρωπικὸν τὸ τοιοῦτον εἶναι· ἀμνήμονες γὰρ οἱ πολλοί, καὶ μᾶλλον εὖ πάσχειν, ἢ ποιεῖν ἐφίενται. Δόξειε δ' ἂν φυσικώτερον εἶναι τὸ αἴτιον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ περὶ τοὺς δανείσαντας. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς εὐεργέταις καὶ τοῖς εὖ πάσχουσι φίλησίς ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς δανειζομένοις καὶ δανεισταῖς οὐ φίλησις· οὐ γὰρ φιλεῖ ὁ δανείσας τὸν ὀφείλοντα, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο μόνον σώζεσθαι αὐτὸν βούλεται τῆς κομιδῆς ἕνεκα, καὶ ἵνα τὸ δάνειον ἀπολάβῃ· οἱ δ' εὖ πεποιηκότες φιλοῦσι καὶ ἀγαπῶσι τοὺς εὖ πεπονθότας, κἂν [b] μὴ ὦσι χρήσιμοι, μηδὲ δύνωνται γενέσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν συμβέβηκε· πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου ἐμψύχου γενομένου· μάλιστα δὲ τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει· ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα· τοιοῦτο δὲ ἔοικεν εἶναι καὶ τὸ τῶν εὐεργετῶν· οἱ γὰρ εὖ πάσχοντες ὑπ' αὐτῶν κατὰ τοῦτο ἔργα αὐτῶν εἰσι, καὶ διὰ τοῦτο ἀγαπῶσι μᾶλλον αὐτούς, ἢ τὰ ἔργα αὐτοὺς ἀγαπᾷ. Τούτου δὲ αἴτιον, ὅτι τὸ μὲν εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν καὶ φιλητόν· ἐσμὲν δὲ κυρίως ὅταν ἐνεργείᾳ ὦμεν· ἐσμὲν δὲ ἐνεργείᾳ ἐν τῷ ζῆν καὶ πράττειν· ὁ δὲ πράττων ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἐν τῷ ἔργῳ. Ἡ γὰρ οἰκοδομική, ἡ λόγος [c] ἐστὶ τῆς οἰκοδομίας, ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἐν τῇ οἰκίᾳ· καὶ ἔστιν αὐτὴ ἡ οἰκία, καθὸ οἰκία, ὁ τεχνίτης ἐνεργείᾳ, καθὸ τεχνίτης· ὁμοίως καὶ πᾶς ἐνεργῶν ἐνεργείᾳ ἐστὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν φυσικὸν μὲν ἐφίεσθαι τοῦ εἶναι, τὸ εἶναι δέ ἐστιν ἐν τῷ πράττειν [d], τὸ ἔργον δέ ἐστιν αὐτὸς ὁ πράττων ἐνεργείᾳ, φανερὸν ὅτι καθ' ὅσον [e] ζητεῖ τις τὸ ἑαυτοῦ εἶναι, κατὰ τοσοῦτον ζητεῖ καὶ τὸ ἔργον εἶναι· φύσει δέ τις φιλεῖ ἑαυτὸν καὶ βούλεται εἶναι· φύσει ἄρα φιλεῖ τις τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. Ἐπεὶ δὲ μάλιστά τις φιλεῖ ἑαυτόν, καὶ μάλιστα φιλεῖ ἕκαστος τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, καὶ τὸν εὐεργετούμενον, καθ' ὅσον ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ, μάλιστα φιλήσει· καὶ διὰ τοῦτο καὶ μᾶλ-

bene meriti sunt vehementius ament, quam ab iis amentur: namque ejus rei, quasi præter rationem et opinionem omnium fiat, ratio quæritur. Et vulgus quidem idcirco beneficos vehementiore amore captos esse opinatur, quod creditores eos, quibus pecuniam crediderunt, amant, quamvis debitores illorum amori non respondeant: nempe creditores debitoribus salutem ferunt et exoptant, omnique modo iis subveniunt, ut pecuniæ ipsis redeant, debitores vero creditoribus non item: vellent enim eos excedere e vita, quia dissoluto ære alieno felicius victuri videntur: idem et hic accidere affirmant: beneficos quidem optare vitam et salutem iis in quos beneficia contulerunt, quod sic beneficii gratiam se consecuturos esse sperent, eos vero qui beneficia acceperunt de beneficorum salute non valde sollicitos esse: neque enim tantopere laborare homines de gratia referenda, quantopere de accipiendo beneficio laborant. Atque hæc quidem ea est, quam vulgus esse arbitratur, causa, quæ quidem credere coacti sunt quod ingratos tantum atque improbos homines respiciant, et quod est apud Epicharmum, ex animi pravitate spectantes. Videtur autem tale quid homini proprium esse: immemores enim plerique sunt, magisque affici beneficiis, quam conferre ea in alios cupiunt. Verum hujus rei causa naturalis potius videtur, neque similis esse creditorum rationi. In iis quippe qui beneficio afficiunt et qui afficiuntur mutuus amor est, in debitoribus autem et creditoribus non est amor: neque enim amat creditor debitorem, sed salvum duntaxat esse vult, ut suum recuperet pecuniamque creditam recipiat. Qui autem beneficium contulerunt, amant et diligunt eos quos beneficio affecerunt, etiamsi utiles ipsis non sint, ac ne esse quidem possint. Quod et in artificibus usu venit: amat enim suum quisque opus vehementius quam ab opere suo amaretur, si ex inanimo fieret animatum: atque hoc in poëtis maxime contingit: quippe hi sua poëmata supra modum amant, amore prope paterno tanquam liberos illa prosequentes: talis videtur et eorum qui beneficiis alios ornarunt esse ratio: qui enim ab iis beneficio aliquo affecti sunt, hujus rei respectu eorum sunt opera, ideoque magis eos amant, quam ab operibus suis amantur. Hujus rei causa est, quod esse omnibus optabile et amabile est: proprie autem tum sumus, quum actu sumus: actu autem sumus propterea quod vivimus atque agimus: qui vero agit, actu est in opere. Nam architectura, quæ structuræ ratio est, actu est in ædificio: estque ipsum ædificium, quatenus est ædificium, sicut artifex actu, quatenus est artifex: eodemque modo quicunque in aliqua re operatur, actu opus suum est. Si ergo omnibus naturale est, ut esse cupiant, esse autem in agendo cernitur, opus vero ipse est qui actu illud facit, manifestum est, quatenus quis se ipsum esse desideret, eatenus eum opus quoque suum esse desiderare: natura autem duce aliquis se ipsum amat atque esse vult: naturæ igitur convenienter aliquis opus suum

λον, ἢ τὸν εὐεργέτην· ἡ γὰρ μεγίστη φίλησίς ἐστιν, ᾗ τις φιλεῖ ἑαυτόν· Ἔτι δὲ καὶ ὅτι ὁ μὲν εὐεργέτης ἑαυτοῦ γίνεται βελτίων εὐεργετῶν, καὶ ἀγαθὸν αὐτῷ ἐστι τὸ εὐεργετεῖν, καὶ διὰ τοῦτο χαίρει τῷ εὖ πάσχοντι, ὅτι ἐν αὐτῷ θεωρεῖ τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθόν· ὁ δὲ εὖ πάσχων οὐ γίνεται βελτίων ἑαυτοῦ τῷ πάσχειν· οὐδὲ ἐν τῷ εὐεργέτῃ ἔχει τι ἀγαθόν· βελτίων γάρ τις δύναται γενέσθαι ἐξ ὧν αὐτὸς ποιεῖ· ἐν τῷ ἐνεργεῖν γάρ ἐστι τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθόν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται. Διὰ τοῦτο εἴ τί ἐστιν ἡδὺ τῷ εὖ πάσχοντι παρὰ τῷ εὐεργέτῃ, οὐκ ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῦ, ἀλλὰ συμφέρον· τὸ δὲ συμφέρον οὐχ οὕτως ἡδὺ καὶ φιλητόν ἐστιν, ὡς τὸ ἀγαθόν· τὸ γὰρ ἀγαθὸν τέλος ἐστὶ τοῦ συμφέροντος, καὶ διὰ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ συμφέρον φιλητόν ἐστι καὶ ἡδύ· μᾶλλον ἄρα [f] φιλεῖ ὁ εὐεργέτης τὸν εὖ πάσχοντα, ἢ ὑπ' ἐκείνου φιλεῖται. Ἔτι τοῦ ἀγαθοῦ ἡδεῖά ἐστι καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ ἐλπίς, καὶ ἡ μνήμη· ἐνέργεια μὲν παρόντος καὶ γινομένου, ἐλπὶς δὲ μέλλοντος, μνήμη δὲ παρεληλυθότος· ἥδιον δὲ παρὸν τὸ ἀγαθόν, ἢ μέλλον, καὶ παρεληλυθός· ἔστι δὲ ὁ μὲν εὐεργετηθεὶς παρὸν ἀγαθὸν τοῦ εὐεργετηκότος· μένει γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ πολυχρόνιόν ἐστιν, ὃ ἐν τῷ εὖ παθόντι ὁ εὐεργέτης θεωρεῖ· τοῦ δὲ εὖ παθόντος τὸ ἀγαθὸν οὔτε μένει· καὶ γὰρ χρήσιμον ἦν, καὶ ἅμα τῇ χρήσει παρελήλυθεν· οὔτε ἀγαθόν ἐστι κυρίως· καὶ διὰ τοῦτο εἴτε καὶ [g] ἄμφω παρῆσαν, ἥδιον ἂν ἦν τὸ τοῦ εὐεργέτου ἀγαθόν, εἴτε καὶ ἄμφω παρῆλθον, ἡδίων ἂν ἦν ἡ μνήμη τοῦ εὐεργέτου ἢ τοῦ εὐεργετουμένου, καθ' ὅσον [h] ἡ τοῦ ἀγαθοῦ μνήμη ἡδίστη ἐστὶ μάλιστα, ἡ δὲ τοῦ χρησίμου οὐ πάνυ, ἢ ἧττον [i]· εἰ γὰρ ἡ προσδοκία τῶν χρησίμων ἀνάπαλιν ἔχει, καὶ ἡδίων ἐστὶ τῆς μνήμης παρεληλυθότων ἀγαθῶν· φαίνεται τοίνυν καὶ διὰ ταῦτα μᾶλλον φιλεῖν τὸν εὐεργέτην τὸν εὖ πάσχοντα, ἢ ὑπ' ἐκείνου φιλεῖσθαι. Ἔτι ἡ μὲν φίλησις ἐνεργείᾳ ἔοικε, τὸ δὲ φιλεῖσθαι πάθει· τοῖς τοίνυν ἐνεργοῦσι τὰ φιλικά, δηλονότι τοῖς εὐεργέταις, μᾶλλον προσήκει τὸ φιλεῖν, ἢ τοῖς πάσχουσιν. Ἔτι τὰ πόνῳ κτηθέντα στέργομεν μᾶλλον καὶ φιλοῦμεν τῶν ῥᾳδίως [k] κατορθωθέντων· ὅθεν καὶ τὰ χρήματα οἱ κτησάμενοι τῶν διαδεξαμένων μᾶλλον φιλοῦσιν· ἔστι δὲ ἄπονον μὲν τὸ εὖ πάσχειν, ἐργῶδες δὲ τὸ εὖ ποιεῖν· ἔστι δὲ τὸ μὲν εὖ πάσχειν [l] ἐν τῷ εὐεργετουμένῳ, τὸ δὲ εὖ ποιεῖν ἐν τῷ εὐεργέτῃ· καὶ διὰ τοῦτο ὁ εὐεργετούμενος μᾶλλον ἢ ὁ εὐεργέτης φιλεῖται. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι μᾶλλον, ὅτι πόνῳ γεννῶσιν, ἢ οἱ παῖδες φιλομήτορες, τῷ μηδὲν ὑπὲρ τοῦ τεχθῆναι ποιῆσαι· καὶ μᾶλλον ἴσασιν αἱ μητέρες, ὅτι ἐξ ἐκείνων οἱ παῖδες, ἢ οἱ παῖδες, ὅτι αὐταὶ παρήγαγον εἰς τὸν βίον. Ταῦτα δὲ δόξειεν ἂν εἶναι καὶ τοῖς εὐεργέταις οἰκεῖα. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐπίπονόν τι ποιοῦσιν ὑπὲρ τῶν εὖ πασχόντων, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι εὐεργετοῦσιν, ἢ ἐκεῖνοι γινώσκουσιν ὅτι ὑπὸ τούτων εὐεργετοῦνται. Καὶ γὰρ ἐνδέχεται τὸν εὖ ποιοῦντα οὐκ αὐτὸν οἴκοθεν, ἀλλ' ἑτέρῳ ὑπηρετούμενον εὐεργετεῖν, καὶ διὰ τοῦτο

amat. Quum autem maxime semet ipsum aliquis amet, maximeque suum quisque opus amet, etiam eum quem beneficio ornavit, quatenus ipsius opus est, maxime amabit : ideoque etiam magis quam eum a quo est beneficiis affectus : maxima enim, qua quis semetipsum amat, amatio est. Præterea etiam quia beneficus, dum bene aliis facit se ipso melior fit, bonumque illi est benefacere, idcirco quoque eo qui beneficium accipit, delectatur, quod in eo bonum suum videt : quum contra homo beneficiis ornatus acceptis illis non fiat melior se ipso, neque in beneficiorum auctore ullum habeat bonum : ex iis enim quæ ipse aliquis facit, melior fieri potest : namque in agendo, ut supra dictum est, humanum cernitur bonum. Quare, si quid illi cui beneficium datur in eo, a quo accipit, jucunditatis esse videtur, id non bonum illi est, sed utile : id autem quod utile est, non ita et jucundum est et amabile, ut id quod est bonum : id enim quod bonum est, finis est ejus quod est utile, et propter bonitatem utilitas amabilis etiam et jucunda est : magis ergo beneficus hominem beneficio affectum amat, quam ab illo amatur. Præterea boni ipsius jucunda et actio et spes est et memoria : actio quidem præsentis et dum adhuc fit, spes futuri, memoria præteriti : jucundius autem est bonum præsens, quam futurum et præteritum : est autem homo beneficiis ornatus præsens bonum beneficiorum auctoris : manet enim ac diuturnum est bonum, quod in accipiente contemplatur is qui dedit : ejus vero bonum qui beneficium accepit neque manet : etenim utile erat, unaque cum usu abiit : neque proprie est bonum : ideoque sive utrumque est præsens, jucundius benefici bonum est, sive utrumque præteriit, tamen dati quam accepti beneficii jucundior est recordatio, quatenus boni maxime, utilitatis vero non admodum, aut minus certe jucunda est recordatio : quippe licet utilitatis contra se habeat exspectatio, quæ præteritorum bonorum recordatione est jucundior, tamen idcirco magis amare videtur beneficii auctor hominem beneficio ornatum, quam ab illo amari. Præterea amatio actioni similis est, quum amari ad perpessionis similitudinem accedat : eos ergo qui amicitiæ documenta dant, id est, beneficiorum auctores magis amare decet quam homines beneficiis affectos. Quin etiam ea quæ labore nobis peperimus, magis amamus magisque amplectimur, quam res nullo negotio bene gestas : quapropter etiam opes suas magis amant illi qui eas acquisiverunt, quam qui a parentibus eas acceperunt : jam vero facile est, beneficia accipere, difficile aliis bene facere : est autem beneficia accipere hominis beneficio affecti, bene facere vero benefici : ideoque magis qui accipit beneficium amatur, quam beneficus. Neque alia est causa, cur liberos suos magis ament matres, quia nimirum magno labore eos pariunt, quam liberi matres, propterea quod nihil navant et efficiunt, ut nascantur : magisque sciunt matres, ex se liberos esse natos, quam liberi se ab illis in lucem editos et susceptos esse. Atque hæc quidem etiam ad

μὴ αὐτὸν εἶναι εὐεργέτην· ἢ αὐτὸν μὲν οἴκοθεν εὐεργετεῖν, οὐκ αὐτοῦ δὲ ἕνεκα τοῦ εὖ πάσχοντος, ἀλλ' ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον· ταῦτα δὲ ποιεῖ τὸν εὖ πάσχοντα μὴ πάνυ βεβαίως τὸν εὐεργετοῦντα γινώσκειν· τὸν μέντοι[m] εὐεργέτην οὐδὲν κωλύει τὸν εὖ πάσχοντα γινώσκειν, ὅτι ἑαυτὸν ἀκριβῶς γινώσκει, ὅτι εὐεργέτης ἐστὶν ἀληθῶς. Διὰ ταῦτα ὁ εὖ ποιῶν τὸν εὖ πάσχοντα φιλεῖ μᾶλλον, ἢ ὑπ' ἐκείνου φιλεῖται.

(Scripsi : [a] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [b] κἂν] cod. κἄν. — [c] ἢ λόγος] ὁ λόγος. — [d] πράττειν] cod. πραττεὶν. — [e] καθ' ὅσον] cod. καθόσον. — [f] ἄρα] cod. ἆρα. — [g] εἴτε καὶ] cod. εἰ καί. — [h] τοῦ εὐεργέτου ἢ τοῦ εὐεργετουμένου καθ' ὅσον] cod. τοῦ εὐεργετουμένου ἢ τοῦ εὐεργέτου καθόσον. — [i] ἧττον] cod. ἥττον. [k] ῥᾳδίως] cod. ῥαδίως. — [l] τὸ μὲν εὖ πάσχειν] cod. τὸ μὲν πάσχειν. — [m] μέντοι] cod. μέν τοι. —)

beneficos accommodari posse videantur. Neque enim solum in bene faciendo operæ et laboris aliquid insumunt, sed magis etiam sciunt, se de aliis bene mereri, quam illi exploratum habent, se ab his beneficia accipere. Fieri enim potest, ut beneficus non sua sponte, sed quoniam alteri gratificatur beneficium conferat, atque hanc ob causam non ipse beneficii auctor sit : vel ut ipse quidem ultro beneficium conferat, at non illius causa, in quem confert, sed sua causa et propter emolumentum suum : quæ faciunt ut qui beneficium accipit non optime norit beneficii largitorem : beneficum autem nihil impedit, quominus hominem beneficio affectum norit, quia se vere beneficum esse probe scit. Quocirca beneficus hominem beneficio ornatum magis amat, quam ab illo amatur.

Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς φιλαυτίας.

* Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ζητητέον δὲ κἀκεῖνο,[a] πότερον ἑαυτὸν δεῖ φιλεῖν μάλιστα, ἢ ἄλλον τινά. Δοκεῖ γὰρ τὸ ἑαυτὸν μάλιστα φιλεῖν οὐκ ἀγαθῶν ἀνδρῶν εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο ἐπιτιμῶνται οἱ ἑαυτοὺς μάλιστα ἀγαπῶντες, καὶ ὡς ἐν αἰσχρῷ φίλαυτοι ἀποκαλοῦνται· ἔτι δὲ καὶ ὅτι ὁ μὲν φαῦλος δοκεῖ πάντα πράττειν ἑαυτοῦ χάριν, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ φαυλότερος· καὶ ἐγκαλεῖται διὰ τοῦτο, ὅτι οὐδὲν τῶν ἰδίων πλέον ἐπιζητεῖ, ἀλλ' ἑαυτοῦ χάριν πάντα ποιεῖ· ὁ δὲ ἐπιεικὴς διὰ τὸ καλὸν πάντα πράττει, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βελτίων καὶ ἐπιεικέστερος· καὶ διὰ τὸν φίλον, καὶ ἵνα δῷ τοῖς ἄλλοις τυχεῖν, ὧν δέονται, παρίησι τὰ ἑαυτοῦ· διὰ ταῦτα μὲν οὖν δοκεῖ μὴ δεῖν μάλιστα πάντων φιλεῖν ἑαυτόν. Τούτοις δὲ τὰ ἔργα διαφωνεῖ, καὶ οὐκ ἀλόγως. Φασὶ γὰρ δέον εἶναι μάλιστα φιλεῖν τὸν μάλιστα φίλον, μάλιστα δὲ φίλος ὁ σώζων πάντα τὰ φιλικὰ περὶ τὸν φιλούμενον· φιλικὰ δέ ἐστι τὸ βούλεσθαι τὰ ἀγαθὰ τῷ φίλῳ ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται τοῦτο, καὶ τὸ συζῆν μάλιστα ζητεῖν, καὶ τὸ συναλγεῖν καὶ συγχαίρειν· ταῦτα δὲ πάντα αὐτός τις ἑαυτῷ ἀπονέμει, καὶ ἀπὸ τῶν πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ πρὸς τοὺς φίλους ἐλήφθη, καθὼς ἐν τῷ δ' εἴρηται κεφαλαίῳ. Τούτοις δὲ καὶ αἱ παροιμίαι πᾶσαι μαρτυροῦσι. Τοὺς γὰρ σφόδρα φίλους δηλοῦντες, μία ψυχή φασι· ἔτι δὲ καὶ τὸ κοινὰ τὰ τῶν φίλων εἰς τοῦτο φέρει, καὶ ἰσότης φιλότης, καὶ γόνυ κνήμης ἔγγιον. Εἰ γὰρ τὸ κοινόν, καὶ ἡ ἰσότης, καὶ τὸ ἔγγιστα, φιλία, τί γένοιτ' ἂν ἑκάστῳ φιλικώτερον ἑαυτοῦ; μάλιστα ἄρα φίλος αὐτὸς ἑαυτῷ. Εἰ δὲ τὸν μάλιστα φίλον μάλιστα δεῖ φιλεῖν, ἑαυτὸν δεῖ μάλιστα φιλεῖν.

CAP. IX.

De sui amore.

Sed hæc hactenus. Jam vero et illud quærendum est, utrum se ipsum maxime amare oporteat, an aliquem alium. Videtur enim se ipsos maxime amare non esse bonorum hominum, eamque ob causam objurgantur qui sui sunt amantissimi, et tanquam ignominioso nomine sui amatores vocantur : præterea quia improbus omnia sua causa agere videtur, eoque magis, quo improbior est : ideoque accusatur et reprehenditur, quod nihil studiosius quam sua petat, et sua causa omnia faciat : vir bonus autem omnia propter honestum agit, eoque magis, quo melior et honestior est : qui et amici gratia et ut alios compotes faciat eorum, quibus egent, sua negligit ac prætermittit : ob hæc igitur videtur aliquis non debere se unum omnium maxime amare. Verum ab hac oratione facta discrepant, neque immerito. Ajunt enim maxime eum amare oportere, qui maxime sit amicus, maxime autem est amicus qui omnia officia in eo quem diligit servat : est vero benevoli officium, exoptare amico bona illius ipsius gratia, etiam si nemo hoc sciturus sit, et una maxime vivere conari, et una tum dolere tum lætari : hæc autem omnia nobis ipsis tribuere solemus, atque idcirco ab officiis quæ nobis præstamus etiam officia amicis præstanda repetivimus quemadmodum in quarto capite dictum est. His consentanea omnia etiam proverbia sunt. Nam dum homines amicissimos indicant, una mens idemque animus, dicunt : quin etiam illud, amicorum omnia communia, eodem pertinet, et æqualitas est amicitia, et genu crure propius. Si enim id quod commune et æquale et proximum est, amicitia vocanda, quid unicuique carius quam ipse sibi esse possit? sibi ergo quisque maxime amicus est. Si vero carissimum maxime amare oportet, sibi quisque maxime amandus est.

* Cap. 8. Ἀπορεῖται δὲ πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα, κτλ

* Οὕτω τοίνυν ἀμφοτέρων μὲν λόγων ἀληθῶν εἶναι δοκούντων, εἰκότως ἀπορεῖται ποτέρῳ δέον ἀκολουθεῖν. Εὑρήσομεν δὲ διελόντες καὶ διορισάμενοι, ἐφ' ὅσον, καὶ πῶς ἑκάτερος ἀληθεύει. Εἰ γὰρ λάβοιμεν τὴν τοῦ φιλαύτου σημασίαν, ὃ βούλεται παρ' ἑκατέρῳ τῶν λόγων, δῆλον τὸ ζητούμενον γένοιτ' ἄν. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος λόγος αὐτοφιλαύτους καλεῖ, οὐ τοὺς ἑαυτοὺς φιλοῦντας ἁπλῶς, ἀλλὰ τοὺς ζητοῦντας ἑαυτοῖς ἀπονέμειν τὸ πλέον, οὐκ ἐν τῷ ἀγαθῷ καὶ τῇ ἀρετῇ, ἀλλ' ἐν χρήμασι καὶ τιμαῖς, καὶ ταῖς σωματικαῖς ἡδοναῖς· τούτων γὰρ οἱ πολλοὶ ὀρέγονται, καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ ὡς ἄριστα ὄντα, διὸ καὶ περιμάχητά ἐστιν. Οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς· τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ πολλοί· διὰ τοῦτο καὶ τούτοις ἡ προσηγορία γέγονε. Τοῖς γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γινομένοις τὰ ὀνόματα τίθεται· τὰ δὲ σπάνια οὐδὲ σφόδρα ὀνομάζονται, καὶ γὰρ τούτων ἔνια οὐδὲ γίνώσκονται. Εἰσὶ δὲ οἱ μὲν φαῦλοι, καὶ τὰ δοκοῦντα ἀγαθὰ ἑαυτοῖς ἀπονέμοντες, πολλοί· οἱ δὲ σπουδαῖοι, σπάνιοι. Διὰ τοῦτο τοὺς πολλοὺς φαύλους ὄντας καὶ φιλαύτους ἀποκαλοῦσιν· οἱ δὴ οὕτω φίλαυτοι καὶ δικαίως ἐγκαλοῦνται. Ὅτι δὲ τοὺς φαύλως ἔχοντας περὶ τὰς ἐπιθυμίας φιλαύτους οἱ πολλοὶ καλοῦσιν, οὐκ ἄδηλον. Εἰ γάρ τις ἀεὶ σπουδάζει τὰ δίκαια πράττειν αὐτὸς μάλιστα πάντων, ἢ τὰ σώφρονα, ἢ ὁποιαοῦν ἄλλα τῶν κατὰ τὰς ἀρετάς, καὶ ὅλως ἀεὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιοῖτο, οὐδεὶς αὐτὸν ἐρεῖ φίλαυτον, οὐδὲ ψέξει. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος λόγος φίλαυτον ὀνομάζει τὸν φαύλως ἑαυτὸν φιλοῦντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀληθής ἐστιν· οὐ γὰρ δεῖ τοῦτον τὸν τρόπον φιλεῖν ἑαυτόν· ὁ δὲ δεύτερος τὸν σπουδαῖον, καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἀγαθὸν περιποιούμενον ἑαυτῷ, μάλιστά φησι[b] φιλεῖν ἑαυτόν.

** Ὃς καὶ φίλαυτος δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον εἰκότως· ἑαυτῷ γὰρ χαρίζεται· τῷ γὰρ κυριωτάτῳ ἑαυτοῦ, τῷ διανοητικῷ, τὰ κάλλιστα καὶ μάλιστα ἀποδίδωσιν ἀγαθά. Ὁ δὲ τῷ κυριωτάτῳ ἑαυτοῦ χαριζόμενος, οὗτος μάλιστα χαρίζεται ἑαυτῷ. Καὶ γὰρ ὥσπερ πόλις ἐστὶ[c] μάλιστα τὸ κυριώτατον τῆς πόλεως, καὶ οἱ ἄριστοι τῶν πολιτῶν, οὕτω καὶ ἄνθρωπός ἐστι μάλιστα τὸ κυριώτατον τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Διὰ τοῦτο καὶ φίλαυτος μάλιστα ὁ τοῦτο ἀγαπῶν καὶ τούτῳ χαριζόμενος· ἐπεὶ καὶ ἐγκρατής τις ἢ ἀκρατὴς λέγεται, οὐ τῷ ἁπλῶς κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι, ἀλλὰ τῷ τὸν νοῦν ἢ ἄρχειν τῶν παθῶν ἢ ἄρχεσθαι· ὥστε τοῦ μὲν νοῦ κρατοῦντος αὐτός τις λέγεται κρατεῖν, τῶν δὲ παθῶν κρατούντων, οὐχ αὐτὸς κρατεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον κρατεῖσθαι. Ὅθεν φανερόν, ὅτι αὐτός τίς ἐστι μάλιστα ἕκαστος τὸ αὐτοῦ διανοητικόν· καὶ ὁ τὸ ἑαυτοῦ διανοητικὸν ἀγαπῶν, καὶ πάντα τρόπον αὐτῷ χαριζόμενος, φίλαυτος εἰκότως ἂν λέγοιτο καθ' ἕτερον εἶδος τοῦ ὀνει-

Quum igitur hoc modo utraque oratio vera esse videatur, merito utram sequi oporteat, dubitatur. Nos vero si diligenter dividamus rem ipsam et distinguamus, facile quatenus et quomodo utraque opinio vera appellari possit, inveniemus. Si enim quam vim sui amatoris nomen utrobique habeat, intellexerimus, statim id de quo dubitatur apparebit. Prima ergo opinio magnos sui amatores eos vocat, non qui se ipsos simpliciter amant, sed qui sibi ipsis majorem partem tribuere student, non ipsius boni et virtutis, sed in partiendis pecuniis et honoribus et corporis voluptatibus : hæc enim plerique concupiscunt, atque in eis ut omnium rerum optimis studium et operam ponunt : et idcirco de iis inter se dimicare solent. Qui igitur in his priores ac superiores esse volunt, suis cupiditatibus et ut uno verbo dicam suis affectibus eique animi parti quæ rationis expers est obsequuntur. Tale autem est hominum vulgus : itaque hoc etiam iis nomen impositum est. Iis enim quæ plerumque sic se habent imponitur nomen : quæ vero rara sunt, vix nominantur, quum eorum nonnulla etiam incognita sint. Sunt autem improbi, et qui ea quæ videntur bona sibi tribuunt, multi : probi autem bonique, pauci. Quamobrem plerosque homines, qui sunt improbi, sui etiam amatores appellant : qui quidem sui amatores merito quoque accusantur. Jam vero eos qui improbe libidinibus se dedunt a vulgo sui amatores vocari, minime obscurum est. Si quis enim omnium maxime ea quæ justa sunt aut temperata aut qualiacunque alia virtutibus consentanea agere studeat, et omnino semper honestum sibi vindicet, nemo eum neque sui amantem dicet, neque vituperabit. Prior ergo loquendi ratio eum, qui improbe se amat, sui amatorem appellat, atque idcirco vera est : neque enim hoc modo quemquam se amare oportet : posterior autem virum bonum, quique virtutem bonumque sibi vindicat, maxime se ipsum amare dicit.

Qui quidem potius sui amator esse videatur : sibi enim gratificatur : quippe præcipuæ sui parti, cogitandi facultati, res pulcherrimas atque optimas tribuit. Qui vero præcipuæ sui parti gratificatur, is sibi maxime gratificatur. Namque ut verissime civitas præcipua civitatis pars dicitur, optimique cives, ita et homo potissimum est præcipua hominis pars. Quocirca etiam ille sui amantissimus est, qui hanc partem amat et qui huic gratificatur : nam et continens aut incontinens aliquis dicitur, non quod simpliciter contineat aut contineatur, sed quia mens ejus aut imperat affectibus, aut paret : itaque quum mens ejus superior est, ipse dicitur continere, quum vero affectus potentior est, non ipse continere, sed magis contineri dicitur. Unde apparet, unumquemque suam cogitandi facultatem esse maxime : eamque facultatem qui diligat, omnique modo ei gratificetur, sui amatorem merito appellari posse, diversa videlicet ab ea quæ vituperatur amoris specie, tantumque distans ab ea, quantum interest, utrum

* Ἀπορεῖται δ' εἰκότως, ποτέροις χρεὼν ἕπεσθαι, κτλ. — ** Δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος εἶναι μᾶλλον φίλαυτος κτλ.

διζομένου, καὶ διαφέρων τοσοῦτον, ὅσον τὸ κατὰ λόγον ζῆν τοῦ κατὰ πάθος, καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ὄρεξις τῆς φαύλης ἐπιθυμίας. Ἐπεὶ τοίνυν τοὺς σπουδαίους καὶ ἐπιεικεῖς ἐπαινοῦσι καὶ ἀποδέχονται πάντες, δεῖ δὲ πάντας ἐπιεικεῖς εἶναι, (καὶ γὰρ πάντων εἰς τὸ καλὸν ἁμιλλωμένων, καὶ διατεινομένων τὰ κάλλιστα πράττειν, πάντα ἀπαντήσει [d] τὰ ἀγαθά, καὶ κοινῇ πᾶσι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ) φανερόν, ὅτι δέον ἐστὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν φίλαυτον εἶναι. Καὶ γὰρ αὐτός τε ἑαυτὸν ὠφελήσει τὰ καλὰ πράττων, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὰ ἴσα κινήσει· τὸν δὲ μοχθηρὸν οὐκέτι [e]· φιλῶν γὰρ καὶ χαριζόμενος ἑαυτῷ βλάψει καὶ ἑαυτόν, καὶ τοὺς πέλας, πάθεσιν ἑπόμενος φαύλοις· ἐπεὶ τὰ παρὰ μὲν τῷ σπουδαίῳ ταὐτόν ἐστιν ὃ πράττουσι, καὶ ὃ πράττειν δὲ προσήκει· καὶ γὰρ πᾶς μὲν ἀνὴρ ἀγαθὸς ὁ νοῦς αὐτοῦ ἐστιν· ὁ νοῦς δὲ αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ· οἱ δὲ πειθαρχοῦσι καὶ ἀκολουθοῦσι τῷ νῷ· παρὰ δὲ τοῖς φαύλοις τὸ δέον, καὶ ὃ ποιοῦσι, διαφωνεῖ· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν οὐ δεῖ φιλαύτους εἶναι, τοὺς δὲ ἑαυτοὺς μάλιστα προσήκει φιλεῖν. Οὕτω μὲν ὁ ἀληθὴς διώρισται λόγος. Λυτέον δὲ καὶ τὸν πρῶτον λόγον, δι' ὃν ἐδόκει τὸν ἀγαθὸν μὴ εἶναι φίλαυτον, ὅτι τῶν μὲν ἑαυτοῦ ἀμελεῖ, ζητεῖ δὲ τὰ τῶν φίλων καὶ τῆς πατρίδος ἀγαθά, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀποθνήσκει δεῆσαν. Ὅτι μὲν οὖν τοιοῦτός ἐστιν ὁ σπουδαῖος, ἀληθές ἐστιν. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ῥητέον αὐτὸν μὴ μάλιστα φίλαυτον εἶναι· δι' αὐτὰ μὲν οὖν φαίνεται φίλαυτος εἶναι. Καὶ γὰρ ἀντὶ μεγάλων μικρὰ προΐεται, καὶ τὰ μικρὰ ῥίπτων, τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἑαυτῷ περιποιεῖται· τοῖς μὲν γὰρ φίλοις καὶ τῇ πατρίδι χρήματα καὶ τιμὰς καὶ τοιαῦτα παρέχει, ἑαυτῷ δὲ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν, καὶ χρηστὸν καὶ φιλόπολιν εἶναι, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὧν ἐκεῖνα πάντα ἐλάττω· καὶ ὅταν δὲ ὑπὲρ τῶν φίλων, καὶ τῆς πόλεως ἀποθάνῃ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρόηται ζωήν, μείζω ἐκέρδανεν, ἢ προήκατο. Αἱρεῖται γὰρ ὀλίγον χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα τὴν ἀγαθὴν καὶ ἐπαινετὴν ἡδονήν, ἢ πολλὴν ἠρέμα· καὶ βέλτιον αὐτῷ εἶναι ἡγεῖται τὸν βίον μικρὸν ὄντα μεγάλων γέμειν κατορθωμάτων, ἢ μακρὸν βιώσαντα μὴ οὕτως ἐπαινετὸν εἶναι, καὶ μίαν πρᾶξιν ποιῆσαι καλὴν καὶ μεγάλην, ἢ πολλὰς καὶ μικράς. Ταῦτα γὰρ ἐκείνων καλλίω. Καὶ πράξεις δὲ σπουδαίας ἐνίοτε προΐεται τῷ φίλῳ, καὶ ἐξὸν αὐτὸν πράττειν, ἐκείνῳ τῆς φιλοτιμίας παραχωρεῖ, καὶ τηνικαῦτα δὲ τὸ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει· κάλλιον γὰρ τοῦ αὐτὸν πρᾶξαι τὸ αἴτιον τοῦ καλοῦ τῷ φίλῳ γενέσθαι. Διὰ ταῦτα δὴ εἰκότως δοκεῖ σπουδαῖος εἶναι, ἀντὶ πάντων αἱρούμενος τὸ καλόν, καὶ τὸ πλέον ζητῶν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ σπουδαίοις [f]. Φαίνεται τοίνυν μάλιστα ἑαυτὸν φιλῶν ὁ σπουδαῖος, καὶ ἑαυτῷ τοῦ καλοῦ τὸ πλέον ἑκάστοτε νέμων.

* Οὕτω μὲν οὖν δεῖ φίλαυτον εἶναι, καθάπερ εἴρη-

quis rationi convenienter vivat, an affectibus serviat, et quantum boni appetitus a vitiosa libidine distat. Cum ergo bonos et æquos homines omnes et laudent et amplectantur, omnes autem probos esse deceat, (si enim omnes ad honestum certatim pervenire resque honestissimas agere contendant, omnia et publice et privatim singulis evenient bona) manifestum est, bonum virum in primis sui amatorem esse oportere. Namque et ipse honestis actionibus sibi proderit, et alios ad earundem rerum studium impellet : improbum vero non item : si enim amare se et gratificari sibi cœperit, et sibi nocebit et aliis, vitiosis animi perturbationibus obtemperans : quoniam in viris probis idem est quod agunt et quod agi convenit : totus enim vir bonus mens sua est : mens autem sibi deligit quod est optimum : illi vero menti parent eamque sequuntur, in malis vero hominibus quod faciendum est ab eo quod faciunt discrepat : ideoque hos sui amatores esse non oportet, illos vero maxime se ipsos amare decet. Sic quidem veram explicavimus opinionem. Jam vero et ad priorem illam opinionem respondendum est, quam habentes statuebant virum bonum non esse sui amantem, quia suas utilitates negligit, amicorum vero et patriæ commoda spectat, pro quibus ne mori quidem recusat, quum oportet. Talem ergo esse virum bonum, verum est. Neque tamen propterea dicendum est, eum non maxime sui amantem esse : quum etiam idcirco sui amans esse videatur. Nam pro magnis parva profundit, et dum minima quædam abjicit, maxima sibi comparat bona : amicis quippe patriæque pecunias, honores aliasque hujus generis res largitur, sibi vero honesti bonique, et probi viri patriæque amantis aliarumque hujusmodi virtutum famam quærit, quibus reliqua longe minora sunt : quumque pro amicis et pro patria moritur suamque vitam profundit, majora tamen lucratus est quam perdidit. Mavult enim parumper honesta illa ac laudabili voluptate frui, quam longa tranquille : atque anteponendam sibi esse ducit vitam brevem, sed magnis ac præclaris facinoribus refertam vitæ longæ, sed minus laudabili, unamque magnam rem bene gestam multis parvisque actionibus susceptis. Hæc enim illis honestiora sunt. Sed et rectas actiones interdum amico tradit, quumque ipsi eas suscipere liceat, illi hunc honorem concedit, ac tum majus sibi attribuit bonum : nimirum honestius ei est, amico præclari facinoris suasorem quam ipsum facti auctorem esse. Quare merito videtur vir bonus esse, quia rebus omnibus honestatem præfert, partemque sibi majorem non quærit nisi in bonis et honestis. Videtur ergo vir bonus maxime se ipsum amare, semperque majorem honestatis partem sibi attribuere.

Itaque hoc modo, quomodo diximus, sui amatorem

* Οὕτω μὲν οὖν δεῖ φίλαυτον εἶναι, καθάπερ εἴρηται, κτλ.

ται· ὡς δὲ οἱ πολλοὶ, οὐ χρή· ὅπως μὲν οὖν δεῖ μάλιστα φιλεῖν ἑαυτόν, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

(Scripsi : [a] κἀκεῖνο] cod. κᾀκεῖνο. — [b] φησι] cod. φησιν. — [c] πόλις ἐστὶ] cod. πόλις ἐστι. — [d] ἀπαντήσει] cod. ἀπαντήσειν. — [e] οὐκέτι] cod. οὐκ ἔτι. — [f] ἐν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ σπουδαίοις] cod. ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σπουδαίοις. —)

esse decet, sed ut vulgus, non oportet : quemadmodum ergo aliquis semet ipsum maxime amare debeat, hactenus dictum sit.

Κεφ. ι'.

Ὅτι καὶ εὐδαίμων φίλων σπουδαίων δεήσει.

* Ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τῶν εὐδαιμόνων, εἰ δεήσει φίλων αὐτοῖς, ἢ μή. Φασὶ γὰρ μὴ χρείαν εἶναι τοῖς μακαρίοις καὶ αὐτάρκεσιν· αὐτάρκεις γὰρ ὄντες, καὶ πάντα ἔχοντες τὰ ἀγαθά, πῶς ἂν ἄλλων δέοιντο; καὶ γὰρ οἱ φίλοι δέονται τῶν φίλων, καὶ καρποῦνται δι' ἐκείνων ἃ δι' ἑαυτῶν οὐ δύνανται κτᾶσθαι· καὶ γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός. Ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς οἱ εὐδαίμονες ἀρκοῦσιν, οὐ χρείαν ἔχουσι φίλων, διὰ τοῦτό φασιν,

Ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

διὰ ταῦτα μὲν οὖν δοκεῖ μὴ χρείαν εἶναι τοῖς εὐδαίμοσι φίλων.

** Καθ' ἕτερον δὲ λόγον ἄτοπον ἔοικεν εἶναι τὸ πάντα ἀπονέμοντας τὰ ἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι, φίλους μὴ ἀποδιδόναι, ὃ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν τὸ μέγιστον εἶναι δοκεῖ. Ἄλλως τε καὶ ὅτι τὸ μὲν εὐεργετεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν, ἡ δὲ καλλίστη καὶ μάλιστα ἐπαινουμένη εὐεργεσία πρὸς τοὺς φίλους ἐστίν· ὥστε δεῖ φίλων τοῖς εὐδαίμοσιν, ἐπεὶ χρεία τὴν ἀρίστην εὐεργεσίαν εὐεργετεῖν. Μάλιστα γὰρ φίλῳ προσήκει τὸ εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ εὖ πάσχειν· καὶ κάλλιον εὐεργετεῖν φίλους, ἢ ὀθνείους καὶ ἀγνῶτας, καὶ μηδὲν προσήκοντας, οὔτε τῶν ἠθῶν ἕνεκα, οὔτε τῆς πολιτείας. Διὰ ταῦτα δὴ φαίνεται δεῖσθαι φίλων τὸν εὐδαίμονα, καὶ τούτου ἕνεκα καὶ ζητεῖται, πότερον ἐν εὐτυχίαις χρεία φίλων μᾶλλον, ἢ ἐν ἀτυχίαις. Δεῖ γὰρ καὶ ἀτυχοῦντι φίλων βοηθούντων καὶ ἐπανορθούντων αὐτῷ τὴν τύχην· καὶ τῷ εὐτυχοῦντι, ἵνα εὐεργετεῖν δύνηται. Ἔτι δὲ ἄτοπον κἀκεῖνο [a], τὸν μονώτην καὶ ἑαυτῷ μόνῳ ζῶντα μακάριον οἴεσθαι· ἡ μὲν γὰρ εὐδαιμονία αἱρετόν· τὸ δὲ μονώτης εἶναι οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο· οὐδεὶς γὰρ βούλεται καθ' ἑαυτὸν πάντα ἔχειν τὰ ἀγαθά· πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ φύσει ὀρέγεται μετὰ ἄλλων ζῆν. Ταῦτα δὲ ὑπάρχει καὶ τῷ εὐδαίμονι, καὶ συζῆν βούλεται· τὰ γὰρ φύσει ἀγαθὰ καὶ αὐτὸς ἔχει· εἰ δὲ συζῆν ἀνάγκη τὸν εὐδαίμονα, φανερόν, ὅτι τοῖς βελτίστοις τῶν ἀνθρώπων καὶ οἰκειοτάτοις· οἱ δέ εἰσιν οἱ φίλοι καὶ οἱ ἐπιεικεῖς, μεθ' ὧν βέλτιον καὶ ἥδιον συνημερεύειν, ἢ μετὰ ὁ-

CAP. X.

Etiam beatum amicis honestis egere.

Dubitatur etiam, utrum beati amicis egeant, nec ne. Negant enim iis, qui felicitaté florent et omnibus rebus abundant, amicis opus esse : nempe rerum copia abundantes et omnibus bonis instructi quomodo egeant aliis? etenim amici egent amicis, eorumque beneficio iis fruuntur quæ per se comparare sibi non possunt : siquidem amicus alter idem est. Quum autem beati suis opibus contenti sint, amicis non egent, ideoque dicunt,

Fortuna quum favet, quid amicis opus est?

Quocirca beati non videntur amicos desiderare.

Sed aliter rem existimanti absurdum videtur, omnia bona beato tribuentes non dare amicos, quod omnium bonorum externorum maximum habetur; præsertim quum bene facere necessarium sit ad beatitudinem, honestissimum autem maximeque prædicandum beneficium illud sit, quod in amicos confertur : quamobrem amicis quoque egent beati, quia necessarium ipsis est, amplissimum beneficium bene collocare. Maxime enim decet amicum bene mereri de altero et beneficia accipere : et pulchrius quidem est de amicis bene mereri, quam de alienis et ignotis neque ullo vel morum vel civitatis vinculo nobiscum conjunctis. Quare amicos videtur desiderare beatus, atque idcirco quæritur, utrum in rebus secundis magis, an in adversis amici requirantur. Nam et ei qui cum adversa conflictatur fortuna amicis opus est, qui succurrant illamque fortunam quodammodo fulciant : et qui felicitate utitur, ut possit bene facere. Quin etiam illud absurdum est, eum qui solitarius sit et sibi tantum vivat, felicem existimare : est enim beatitudo res expetenda : solitarius autem esse nemo constituat : nemo enim solus bona omnia habere vult : quippe homo civile animal est et natura convictus cupidum. Hæc autem habet et beatus, qui quidem cum aliis vivere vult : quæ enim natura bona sunt, ipse quoque habet : quodsi cum aliis vivere necesse est beatum, apparet eum cum optimis et familiarissimis hominibus convictum habiturum : illi autem amici sunt et viri boni, quibuscum versari præstat multoque ju-

* Cap. 9. Ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τὸν εὐδαίμονα, κτλ. — ** Ἔοικε δ' ἀτόπῳ, τὸ πάντα ἀπονέμοντας κτλ.

θνείων, καὶ τῶν τυχόντων· δεῖ ἄρα τῷ εὐδαίμονι φίλων.

* Αυτέον δὲ τοὺς πρώτους λόγους, δι' οὓς ἐδόκει μὴ δεῖν φίλων τοῖς μακαρίοις· καὶ ῥητέον τί λέγουσι, καὶ πῇ [b] ἀληθεύουσι. Λέγομεν τοίνυν, ὅτι οἱ πολλοὶ φίλους οἴονται τοὺς χρησίμους εἶναι, καὶ οὐ διὰ τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ διὰ τὴν χρείαν ἀγαπωμένους, καὶ ἔτι τοὺς διὰ τὴν ἡδονήν· τούτων δὲ ὁ εὐδαίμων οὐ δεῖται· τοῦ μὲν χρησίμου, ὅτι πάντα ἔχει τὰ ἀγαθά, τοῦ δὲ ἡδέος, ὅτι ἡδὺς ὁ βίος αὐτῷ, καὶ οὐ δεῖται τῆς ἔξωθεν ἡδονῆς.

** Οὐ δεόμενος δὲ τῶν τοιούτων φίλων, οὐ δοκεῖ δεῖσθαι φίλων τῶν ὡς ἀληθῶς φίλων, ὅσοι διὰ τὴν ἀρετὴν φιλοῦνται καὶ τὸ ἀγαθόν. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθές· καὶ δῆλον ἐκεῖθεν.

*** Καθάπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, ἡ εὐδαιμονία ἐνέργειά ἐστιν. Ἡ δὲ ἐνέργεια φανερὸν ὅτι γίνεται, καὶ ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι ἔχει, καὶ οὐ γέγονε καὶ ὑπάρχει ἤδη, καθάπερ τι κτῆμα· συνίσταται μὲν οὖν ἡ εὐδαιμονία ἐν τῷ ζῆν καὶ πράττειν. Τὸ γὰρ ζῆν κατ' ἀρετὴν καὶ πράττειν τὰ σπουδαῖα εὐδαιμονεῖν ἐστιν. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοιαύτη ἐνέργεια ἡδεῖά ἐστι τῷ σπουδαίῳ, ὅτι τε ἀγαθή, καὶ ἡδεῖα καθ' ἑαυτήν, ὡς ἐν ἀρχῇ εἴρηται, καὶ ὅτι οἰκεία αὐτῷ, τὸ ἄρα θεωρεῖν τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν ἥδιστόν ἐστι τῷ εὐδαίμονι· θεωρεῖν δὲ τὰ τοῦ πέλας δυνάμεθα μᾶλλον ἢ τὰ οἰκεῖα, καὶ τὰς ἐκείνων πράξεις, ἢ τὰς ἡμετέρας· ὁ ἄρα εὐδαίμων μάλιστα θεωρήσει τὰς τοῦ φίλου πράξεις, καὶ ἀγαθαῖς δὲ οὔσαις ἡσθήσεται μάλιστα. Εἰ δὲ ἀνάγκη τὴν ἀγαθὴν ἡδονὴν ἥδεσθαι τὸν εὐδαίμονα, φανερόν, ὅτι χρεία τῷ εὐδαίμονι φίλων τοιούτων, εἴπερ θεωρεῖν αἱρεῖται πράξεις ἐπιεικεῖς καὶ οἰκείας, οἷαί εἰσιν αἱ τοῦ ἀγαθοῦ φίλου ὄντος.

**** Ἔτι δὲ πάντες οἴονται ἡδίστην τὴν τοῦ εὐδαίμονος ζωήν. Ἡ δὲ ζωὴ τοῦ εὐδαίμονός ἐστι τὸ κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖν, τὸ δὲ ἐνεργεῖν συνεχῶς μεθ' ἑτέρων μὲν ῥᾴδιον, καθ' ἑαυτὸν δὲ χαλεπόν· ὅθεν χαλεπὸς ὁ μονώτης βίος· τὸ δὲ ῥᾴδιον ἥδιον τοῦ δυσχεροῦς· τὸ ἥδιον δὲ μᾶλλον προσήκει τῷ μακαρίῳ. Καὶ ἅμα ἡ ἐνέργεια συνεχεστέρα αὐτῷ ἔσται, ἡδεῖα οὖσα· τοῦτο δὲ τῷ μακαρίῳ προσήκει συνεχῶς κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖν. Τοῦτο δὲ αὖθις μείζω αὐτῷ ποιήσει τὴν ἡδονήν· ἥδεται γὰρ ὁ σπουδαῖος ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσιν, ᾗ σπουδαῖος· ταῖς δὲ ἀπὸ κακίας δυσχεραίνει· καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται, ἐπὶ δὲ τοῖς φαύλοις λυπεῖται.

***** Οὐ μόνον δὲ τὴν οὖσαν ἕξιν συνεχέστερον ἐνεργήσει ὁ σπουδαῖος, ἀπὸ τοῦ σπουδαίοις συζῆν, ἀλλὰ καὶ τὴν μὴ οὖσαν κτήσεται, ἢ ἃς ἔχει ἄμεινον ἕξει· γένοιτο γὰρ ἂν ἐπίδοσις ἀρετῆς ἀπὸ τοῦ συζῆν τοῖς ἀγαθοῖς, καθάπερ καὶ Θέογνίς φησι· δεῖ ἄρα τῷ εὐδαίμονι φίλων.

dundius est, quam cum alienis et forte fortuna oblatis hominibus : ergo amicis etiam viro beato opus est.

Sed respondendum est ad priorum illorum orationem, qua probare videbantur, amicis non egere felices : dicendumque, quæ illorum mens sit et qua ex parte verum loquantur. Dicimus ergo vulgus existimare eos esse amicos, qui utilitatem afferunt quique non boni causa sed propter emolumentum amantur, aut etiam delectationis causa : quibus tamen beatus non eget : utili quidem amico, quia omnia habet bona, jucundo autem, quia jucunda est ejus vita, neque externam voluptatem requirit.

At si talibus amicis non eget, egere amicis non videtur, qui revera sunt amici, quicunque nimirum virtutis et boni causa diliguntur. Hoc autem verum non est : quod vel illinc apparet.

Namque ut principio diximus, beatitudo actio quædam est. At actionem manifestum est fieri, atque in eo quod fit consistere, neque absolutam esse jamque subesse tanquam possessionem : in vivendo ergo atque in agendo cernitur beatitudo. Vivere enim cum virtute et honesta agere est beatum esse. Cum autem viro bono jucunda sit talis actio, quia bona per se est et jucunda, quemadmodum principio diximus, et quia propria ejus est, jucundissimum etiam beato est, talem inspicere actionem : aliorum vero res facilius quam nostras et illorum actiones quam nostras commodius inspicere possumus : quare beatus amici actiones maxime inspiciet, et quando bonæ sunt maxime etiam iis delectabitur. Quodsi necesse est, bonam esse voluptatem, qua fruatur vir beatus, liquet talibus amicis egere beatum, siquidem inspicere vult actiones honestas et proprias, quales sunt viri boni qui idem est amicus.

Præterea omnes jucundissimam beati vitam existimant. Beati autem vita in actionibus honestis consistit : munere vero assidue fungi cum aliis quidem facile, per se soli autem difficile est : quare difficilis solitaria est vita : cæterum quod facile est, jucundius habetur, quam quod difficile est : quod vero jucundius est, magis etiam felici convenit. Porro simul muneris functio magis assidua ei minusque interrupta erit, si jucunda sit : quippe assidue actiones honestas suscipere felicem decet. Quod rursus ei majorem afferet voluptatem : nam vir bonus, qua bonus est, actionibus virtuti consentaneis delectatur : improbisque factis offenditur : quemadmodum musicus ex modulatis cantibus voluptatem percipit, malos autem et dissonos graviter et moleste fert.

Non solum autem bonorum virorum conversatione commotus habitum, quem jam consecutus est, frequentius ad usum actionemque convertet, sed etiam quem non habet consequetur, aut quem habet emendabit : nam vivendo cum bonis virtus quoque accrescet, quemadmodum Theognis ait : ergo amicis etiam viro beato opus est.

* Τί οὖν λέγουσιν οἱ πρῶτοι, κτλ. — ** Οὐ δεόμενος δὲ τῶν τοιούτων φίλων, κτλ. — *** Ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται, κτλ. — **** Οἴονται δὲ δεῖν ἡδέως ζῆν κτλ. — ***** Γένοιτο δ' ἂν καὶ κτλ.

* Ἔτι δὲ καὶ ὧδε δῆλον ἔσται φυσικώτερον τὸν λόγον ἐπισκοποῦσι. Σκεψώμεθα γὰρ οὐχ ἀπὸ τῶν ἰδίᾳ προσόντων τῷ εὐδαίμονι, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν κοινῇ πᾶσι. Τὸ μὲν οὖν ζῆν πᾶσι τοῖς ζῴοις[c] φύσει ἐστὶν ἡδύ· τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται εἶναι, ἐν μὲν τοῖς ἀλόγοις δύναμιν αἰσθήσεως, ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις δύναμιν αἰσθήσεως ἢ νοήσεως. Ἡ δὲ δύναμις διὰ τὴν ἐνέργειάν ἐστι, καὶ τὸ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ· εἰ τοίνυν τὸ δύνασθαι αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν, ζῆν ἐστι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸ τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν ἐνεργείᾳ. Τὸ ἄρα αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν ἐνεργείᾳ, αὐτό ἐστι τὸ ζῆν·[d] τὸ δὲ ζῆν ἡδύ τέ ἐστι καθ' ἑαυτό, καὶ ἀγαθόν, μάλιστα μέν, ὅτι ὡρισμένον τί ἐστι τὸ ζῆν. Τὸ δὲ ὡρισμένον τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως, καθάπερ καὶ Πυθαγορείοις ἐδόκει· καὶ γὰρ ἔταττον ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ συστοιχίᾳ τὸ ὡρισμένον. Ἔπειτα καὶ ὅτι πάντα τοῦ ζῆν ἐφίεται· οὗ δὲ πάντα ἐφίεται, ἀγαθόν ἐστι καθ' ἑαυτὸ καὶ ἡδύ· λέγω δὲ ζωήν, οὐ τὴν μοχθηράν, καὶ μυρίων γέμουσαν συμφορῶν· ἀόριστοι γὰρ αἱ τοιαῦται, καθάπερ καὶ τὰ ταύτῃ συμβαίνοντα· λεχθήσεται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν οἷς περὶ ἡδονῆς ἐροῦμεν· ἐπεὶ τοίνυν τὸ μὲν ζῆν καθ' ἑαυτὸ ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡδύ, χαίρει δέ τις καὶ ἥδεται ὁρῶν ἐν ἑαυτῷ ἀγαθόν τι καὶ ἡδύ· χαίρομεν ἄρα καὶ ἡδόμεθα αἰσθανόμενοι ὅτι ζῶμεν. Καὶ γὰρ αἰσθάνομεθα ὅτι ζῶμεν, ὥσπερ ὁρῶντες αἰσθανόμεθα ὅτι ὁρῶμεν, καὶ ἀκούοντες ὅτι ἀκούομεν, καὶ βαδίζοντες ὅτι βαδίζομεν, καὶ νοοῦντες καὶ αἰσθανόμενοι γινώσκομεν ὅτι νοοῦμεν καὶ αἰσθανόμεθα. Τὸ δὲ νοεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι τοῦτό ἐστι τὸ εἶναι τῶν αἰσθανομένων καὶ νοούντων· νοοῦμεν ἄρα ὅτι ἐσμέν, καὶ ὅλως ἐστί τις ἐν ἡμῖν δύναμις, ᾗ γινώσκομεν ὅτι ἐνεργοῦμεν καὶ ζῶμεν. Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἀγαθόν, τὸ δὲ συνειδέναι τινὰ ἑαυτῷ ἀγαθόν, ἡδὺ καθ' ἑαυτό ἐστι, τὸ ἄρα εἰδέναι ὅτι ζῶμεν, ἡδύ ἐστιν. Ἐπεὶ τοίνυν τὰ φύσει ἀγαθὰ καὶ ἡδέα, καὶ τῷ σπουδαίῳ ἀγαθά εἰσι καὶ ἡδέα, ἡσθήσεται μὲν ζῶν ὁ σπουδαῖος, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων οὗτος, καθ' ὅσον ἡ αὐτοῦ ζωὴ αἱρετωτέρα ἐστί, καὶ ἡδίων, καὶ μακαρία. Ἡσθήσεται δὲ γινώσκων ὅτι ζῇ· τὸ δὲ ζῆν ἐστι τὸ νοεῖν· ἥδεται ἄρα ὁ σπουδαῖος γινώσκων ὅτι νοεῖ. Οὕτω δὲ πρὸς τὸν φίλον ὡς πρὸς ἑαυτὸν ὁ σπουδαῖος ἔχει, ἕτερος γὰρ αὐτὸς ὁ φίλος ἐστίν· οὐκοῦν φανερόν, ὅτι καθάπερ τὸ αὐτὸν εἶναι καὶ ζῆν αἱρετόν ἐστιν αὐτῷ καὶ ἡδύ, οὕτω καὶ τὸ τοῦ φίλου εἶναι ζητεῖ, τοῦτ' ἔστι[e] τὸ τὸν φίλον νοεῖν· τὸ γὰρ εἶναι καὶ ζῆν τὸ νοεῖν ἐστιν[f]. Ὥσπερ δὲ χαίρει γινώσκων ὅτι νοεῖ, οὕτως ἡδύ ἐστιν αὐτῷ καὶ αἱρετὸν τὸ γινώσκειν ὅτι ὁ φίλος νοεῖ· τὸ δὲ γινώσκειν τὸν φίλον ὅτι νοεῖ, τότε ἐστὶν ἐνεργείᾳ, ὅταν αὐτὰ γινώσκῃ ἃ νοεῖ, οὐχ ἁπλῶς ὅτι διανοεῖται· τοῦτο δὲ γίνοιτ' ἂν ἐν τῷ ζῆν μετ' ἀλλήλων, καὶ κοινωνεῖν λόγων καὶ διανοίας· τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον συζῆν οἱ ἄνθρωποι λέγονται· οὐ γὰρ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι συζῆν ἐστι, καθάπερ ἐπὶ τῶν βοσκη-

Sed et sic perspicua erit res ejus originem magis a natura repetentibus. Spectemus quippe eam non ex iis quæ beato peculiariter, sed quæ omnibus communiter adsunt. Jam vero constat vitam omnibus animalibus natura jucundam esse: vitam autem in brutis animalibus vim sentiendi, in hominibus vim potestatemque sentiendi aut percipiendi definiunt. At potestas propter actum est, reique caput in actu consistit: si ergo sentire aut intelligere posse est vivere, multo magis actu sentire aut intelligere. Quamobrem sentire aut intelligere actu hoc ipsum est quod vivere vocamus: vivere autem jucundum per se est et bonum, et maxime quidem, quia terminatum aliquid est vivere. Quod vero terminatum est, ad naturam ipsius boni pertinet, quemadmodum et Pythagoreis videbatur: qui in eum, quem statuebant, bonorum ordinem, terminatum quoque redigebant. Adde quod omnia vitæ cupiditate flagrant: quod autem omnes appetunt, bonum est per se et jucundum: vitam vero dico, non vitiosam et sexcentis calamitatibus refertam: innumerabiles enim sunt tales, quemadmodum et ea quæ in illam invadunt mala: de quibus in sermone de voluptatibus habendo disputabimus: quum ergo vivere per se bonum sit et jucundum, neque quisquam sit, qui non eo quod bonum et jucundum est, si in se ipso videat, delectetur: profecto hoc ipso, quod sentimus nos vivere, gaudemus et lætamur. Etenim sentimus nos vivere, ut videntes sentimus nos videre, et audientes nos audire, et ambulantes nos ambulare, item intelligentes et sentientes cognoscimus, nos intelligere et sentire. Jam vero in intelligentia ac sensu sentientium et intelligentium vita posita est: intelligimus ergo nos esse, ac sane facultas aliqua in nobis est, qua nos aliquid agere et vivere cognoscimus. Quodsi vivere est bonum, et boni alicujus sibi esse conscium, jucundum per se est, id ipsum quod scimus nos vivere, jucundum erit. Quum igitur ea quæ natura bona sunt et jucunda, viro bono etiam bona et jucunda sint, lætabitur vita sua vir bonus tantoque magis quam reliqui, quanto ipsius vita optabilior est et jucundior et felicior. Lætabitur autem, quod cognoscit se vivere: vivere vero est intelligere: quare lætatur vir bonus in hoc quod se intelligere animadvertit. Cæterum in amicum ita animatus est vir bonus, ut in se ipsum, siquidem amicus alter idem est: apparet igitur, quemadmodum se esse et vivere optabile ei est et jucundum, sic etiam optare eum, ut amicus sit, id est, intelligat: nimirum esse et vivere est intelligere. Sicut autem gaudet quod animadvertit, se intelligere, ita jucundum ei est illud et optabile, quod amicum intelligere animadvertit: hoc autem, ut amicum intelligere animadvertat, tum revera ei contingit, quum ea ipsa percipit quæ intelligit, non quum simpliciter aliquid eum cogitare animadvertit: hoc autem in hominum inter se consortio fit,

* Φυσικώτερον δὲ ἐπισκοποῦσιν κτλ.

ματων τὸ ἐν τῷ αὐτῷ νέμεσθαι· τὸ ἄρα συνεῖναι τοῖς φίλοις αἱρετόν ἐστι τῷ σπουδαίῳ καὶ ἡδύ· ὃ δέ ἐστιν αὐτῷ αἱρετόν, τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν αὐτῷ· εἰ δὲ μή, ἐνδεὴς ἔσται τοῦτο τὸ μέρος, ὃ ἐναντίον ἐστὶ τῇ εὐδαιμονίᾳ. Δεήσει ἄρα τῷ εὐδαιμονήσοντι φίλων σπουδαίων.

(Scripsi : [a] κἀκεῖνο] cod. κἀκεῖνο. — [b] πῇ.] cod. πῇ — [c] ζῴοις] libri ζώοις. — [d] τὸ ζῆν] cod. τῷ ζῆν. — [e] τοῦτ' ἔστι] cod. τουτέστι. — [f] νοεῖν ἐστιν] cod. νοεῖν ἐστίν. —)

quando sermones et cogitationes nostras communicamus : hoc enim modo una vivere homines dicuntur : neque enim una vivunt, quod in eodem loco sint, sicut pecudes, quum per easdem herbas pascuntur, una vivere dicimus : quare cum amicis conversari viro bono optabile est et jucundum : quod vero optabile ei est, hoc ei suppetere oportet : sin minus, hac parte penuria laborabit, quod cum beatitudine pugnat. Ei igitur qui beatus futurus est, amicis opus erit virtute præditis.

Κεφ. ια'.

Περὶ φίλων ἀριθμοῦ.

* Ἐπεὶ δὲ χρεία τῷ εὐδαίμονι φίλων, ζητητέον πότερον πλείστους φίλους ὡς ἔνι μάλιστα ποιητέον αὐτόν· ἢ καθάπερ ἐπὶ τῆς ξενίας εἴρηται καλῶς καὶ ἁρμοδίως, ὡς οὐ δεῖ μήτ' ἄξεινον εἶναι, μήτε πολύξεινον, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν φίλων εἰκός ἐστι μήτ' ἄφιλον εἶναι, μήτε πολύφιλον.

** Λέγομεν τοίνυν ἐκεῖνο, ὅτι τριχῶς τῆς φιλίας διαιρουμένης, καὶ τῆς μὲν διὰ τὸ χρήσιμον οὔσης, τῆς δὲ δι' ἡδονήν, τῆς δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα καὶ τῆς ἀρετῆς· τῶν μὲν διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὴν ἡδονὴν φίλων ὀλίγων ἂν γένοιτο χρεία, μάλιστα τῶν μὲν διὰ τὸ χρήσιμον, ὅτι ὀλίγοις ἄν τις ἀρκέσειεν ἃ χρῄζουσι [a] βοηθεῖν, καὶ τὸ πολλοὺς θεραπεύειν ἐπίπονον, μάλιστα εἰ τύχοιεν περίεργοί τινες ὄντες, καὶ ζητοῦντες θεραπεύεσθαι περιττῶς.

*** Τῶν δὲ διὰ τὴν ἡδονήν, ὅτι ὀλίγης ἡδονῆς χρεία τῷ βίῳ καὶ ἀνέσεως, καθάπερ ἐν εὐωχίᾳ τοῦ ἡδύσματος.

**** Τῶν δὲ σπουδαίων καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἀγαθὸν φιλούντων, πλειόνων μὲν τῷ εὐδαίμονι δεήσει. Πλὴν ἔσται τι καὶ αὐτῶν μέτρον. Καθάπερ γὰρ πόλεώς ἐστι μέτρον, καὶ οὔτε ἐκ δέκα ἀνθρώπων γένοιτ' ἂν πόλις, οὔτε ἐκ δέκα μυριάδων· οὐ γὰρ ἂν ἔτι πόλις ἡ τοιαύτη ἂν εἴη συνοικία· οὕτω δεῖ καὶ τοὺς φίλους ὡρίσθαι, καὶ μέτρον αὐτοῖς εἶναι. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς πόλεως οὐ τὸ ποσὸν ὥρισται, καὶ ἀριθμὸς ῥητός ἐστι τοῦ πλήθους τοῦ πόλει προσήκοντος, ἀλλὰ τοῦ ὑπερβάλλοντος ἀριθμοῦ τὸ τῆς πόλεως μέτρον, καὶ τοῦ ἐλλείποντος ὡρισμένου, τὰ μεταξὺ ποσὰ μέτρον εἶναί φαμεν πόλεως· οἷον, οὔτε οἱ χίλιοι πόλις ἂν εἴη, οὔτε αἱ δέκα μυριάδες, ἀλλὰ τὰ μεταξύ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν φίλων οὐκ ἔνι λαβεῖν ἀριθμὸν ὡρισμένον, ἀλλ' εἶεν ἂν τοσοῦτοι [b] ὅσοις δύναταί τις συζῆν. Τοῦτο γὰρ ἐδόκει φιλικώτατον εἶναι. Ὅτι γὰρ οὐχ οἷόν τε πλείστοις συζῆν καὶ διανέμειν ἑαυτόν, φανερόν. Δεῖ δὲ καὶ συνημερεύειν τοῖς φίλοις· πλείστοις δὲ οὖσιν ἐργῶδες μάλιστα· καὶ μὴν καὶ συναλγεῖν δεῖ,

Cap. XI.

De amicorum numero.

Quum igitur beato opus sit amicis, quærendum est, utrum quam plurimi nobis reddendi sint amici, an quemadmodum recte et convenienter de hospitalitate dictum est, neque nullos neque multos admittendos esse hospites, sic et de amicis dici conveniat, neque nullos neque multos esse habendos.

Respondemus ergo, quum in tres species dividatur amicitia, quarum una propter emolumentum, alia delectationis causa, tertia boni et ipsius virtutis causa instituitur; amicis qui propter emolumentum aut delectationis causa, maximeque qui commodi sui causa in amicitiam nostram venerunt, paucis esse opus, quia paucis tantum ea quæ desiderant suppeditari possunt, multisque inservire difficile et laboriosum est, maxime si curiosi sint et vehementer coli cupiant.

Amicos autem qui voluptatis causa comparantur, paucos satis esse, quia modicam tantum voluptatem animique relaxationem vita postulat, ut in epulis modicum condimentum requiritur.

Viris bonis vero virtutisque et boni causa amantibus pluribus beato opus erit. Sed horum etiam aliquis modus erit. Ut enim civitatis aliquis modus est, ac neque ex decem hominibus constare civitas possit, neque ex centum hominum millibus : quia tale domicilium non amplius erit civitas : sic etiam definitos esse amicos certumque iis modum statui oportet. Et quemadmodum in civitate nulla definita est quantitas, neque certus aliquis multitudinis quæ civitati conveniat, est numerus, sed ejus quæ major est quam oportet multitudinis in civitate, ejusque quæ minor est definito modo, mediam quantitatem, civitatis esse modum dicimus : verbi causa, neque mille civitatem explebunt, neque centum millia, sed numerus inter utrumque interjectus : sic et in amicis certus numerus sumi non potest, sed requirentur, quot ad convictum sufficere videbuntur.

Debere igitur legum ferendarum scientia præditum esse virtutis magistrum, e superioribus apparet : quomodo vero eam consequi possit, deinceps quærendum est. An manifestum est, quemadmodum ab eo qui grammaticæ peritus est aut musicæ grammaticus quis esse discit aut musicus, ita fore ut ab homine legum ferendarum perito hujus rei scientiam discat, qui est vir regendæ civitatis sciens? nam rationis civilis pars legum ferendarum scientia est.

Atqui non idem quod in reliquis facultatibus ac disciplinis, in civili quoque ratione videtur usu venire. In cæteris enim iidem viam rationemque disciplinarum tradere, et ex earum præscripto facultatis munere fungi videntur : quippe medicus omnis et pictor suam quisque artem docet, idemque etiam pingit, aut medicinam exercet : sed in prudentia civili aliter res se habere videtur : sophistæ enim reipublicæ disciplinam se tradere profitentur, quamvis nullam reipublicæ partem suscipiant, at rerum civitatis administratores gerunt quidem negotia publica, sed nihil docent : neque enim possunt.

Neque enim via et ratione et civili prudentia, sed naturali quadam facultate et experientia potius quam mentis agitatione freti hoc agunt. Nihil autem posse eos de civili prudentia docere, manifestum est : quia nihil aut docent, aut scribunt aut dicunt de talibus rebus, quod procul dubio facerent, si possent : nam honorificentius illis et præclarius foret tales sermones, quam orationes judiciales aut conciones scribere : præterea filios etiam suos aliosque ex amicis ad rempublicam gerendam aptos efficerent, si possent : neque enim probabile et consentaneum est, homines ad eam rem idoneos nolle amicos suos, imo amicissimos, tali afficere beneficio : nam neque majus aut utilius bonum civitati relinquere poterant, quam si talia conscriberent et docerent, neque sibi, aut filiis suis, aut familiaribus quidquam hac facultate præstantius exoptare possent. Manifestum igitur est eos, si reipublicæ disciplinam tradere possent, desideraturos quoque fuisse eam tradere, et tradituros : quum autem appareat eos non docere, liquet, neque potuisse eos docere, neque ipsos via et ratione, aut scientia, sed experientia fretos publica negotia gerere : nam plurimum ad agendum confert experientia : siquidem usu reipublicæ gerendæ et consuetudine homines ad negotia publica aptiores evadunt. Quamobrem qui aliquid de republica gerenda scire cupiunt, iis etiam experientia aliqua et consuetudine opus est.

Sed et ipsi sophistæ quum reipublicæ disciplinam tradere se profiteantur, nihil tamen docent, sed tantum

* Ἆρ' οὖν μετὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον κτλ. — ** Ἢ οὐχ ὅμοιον φαίνεται ἐπὶ τῆς πολιτικῆς, κτλ. — *** Οἳ δόξαιεν ἂν δυνάμει κτλ. — **** Τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι λίαν φαίνονται κτλ.

ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπέχουσι τοῦ περὶ ταύτης ἃ προσήκει δύνασθαι λέγειν, ὥστε οὐδὲ τίς ἐστιν ἡ νομοθετική, ἢ ποῖόν τί ἐστιν, ἴσασι· καὶ γὰρ ταὐτὸν ἢ χεῖρον ἡγοῦνται εἶναι τῆς ῥητορικῆς· εἶτα καὶ τὸ νομοθετεῖν οὕτω ῥᾴδιον, ὡς παντὸς εἶναι. Νομίζουσι γὰρ τὸ συναγαγεῖν νόμους τοὺς εὐδοκιμωτάτους, καὶ τούτων ἐκλέξασθαι τοὺς ἀρίστους, τοῦτο εἶναι τὸ νομοθετεῖν, τὸ δὲ κρῖναι νόμους καὶ τὸν ἄριστον λαβεῖν, μὴ πάνυ χαλεπὸν εἶναι. Καίτοι[b] πρῶτον μὲν οὐ ῥᾴδιον καὶ τοῦ βουλομένου τὸ δύνασθαι κρίνειν ὀρθῶς περὶ τῶν προτεθέντων ἑκάστου, ἀλλὰ θαυμαστῆς δεῖ συνέσεως καὶ διανοίας πρὸς τὴν τοιαύτην δύναμιν· οἱ γὰρ ἔμπειροι περὶ ἕκαστα καὶ δύνανται κρίνειν περὶ αὐτῶν, ὥσπερ ὁ τῶν μουσικῶν ἔμπειρος τὰ μουσικὰ δύναται κρίνειν, καὶ ὁ τῶν γραμματικῶν τὰ γραμματικά, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως, οὗτοι γὰρ ἴσασι δι' ὧν ταῦτα ἢ ἐκεῖνα γίνονται, καὶ ποῖα ποίοις [c] συνᾴδει, καὶ πῶς ἕκαστον ἔχει· οἱ δὲ ἄπειροι οὐδὲν τούτων εἰδότες οὐκ ἐκλέξονται τὰ καλλίω, καὶ τὰ ἄριστα. Καὶ γὰρ ἀγαπητόν, εἰ τοῦτο μόνον γνώσονται ἁπλῶς, ὅτι καλῶς ἢ κακῶς πεποίηται τὸ ἔργον ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς γραφικῆς ἔχει· καὶ γὰρ τὸ μὲν τὴν ἀρίστην εἰκόνα γινώσκειν, ὅτι καλῶς γέγραπται, καὶ τῶν μὴ ζωγράφων ἂν εἴη, τὸ δὲ εἰδέναι ὅτι ἀρίστη, καὶ ὅπῃ[a] τῶν ἄλλων διαφέρει, μόνον ἐστὶ τοῦ γράφειν εἰδότος, ἢ ἐμπειρίαν τινὰ κεκτημένου περὶ αὐτό. Οὔτε τοίνυν τὸ ζωγράφου ἔργον, ἢ τὸ τοῦ μουσικοῦ, ἢ τοῦ γραμματικοῦ χωρὶς τῆς περὶ αὐτὰ ἐπιστήμης οὐδεὶς ὀρθῶς δύναται κρίνειν, οὔτε τὸ τοῦ πολιτικοῦ ἔργον, ἄνευ τοῦ τὴν πολιτικὴν ἐπιστήμην εἰδέναι, κρῖναι δυνατόν. Ἔργον δὲ τοῦ πολιτικοῦ ὁ νόμος ἐστί. Πρῶτον μὲν οὖν τὸ συναγαγεῖν νόμους, καὶ ἐκλέξασθαι τοὺς ἀρίστους ἄνευ τῆς περὶ τὰ πολιτικὰ ἐμπειρίας οὐ δυνατόν, ἔπειτα, εἰ καὶ τοῦτο δώσομεν, ὡς ἄρα δυνατὸν ἄνευ τοῦ πολιτικὸν εἶναι νόμους κρίνειν εἰδέναι, καὶ συναγαγεῖν τοὺς ἀρίστους, οὐδὲ τοῦτο ἀρκέσει πρὸς τὸ γενέσθαι πολιτικὸν καὶ νομοθετικόν, ἐπεὶ οὐδὲ ἰατροὶ γένοιντο ἂν ἀπὸ τοῦ τὰ ἰατρικὰ συγγράμματα συναγαγεῖν καὶ ἀναγνῶναι· καίτοι οἱ τοιοῦτοι πειρῶνται λέγειν οὐ μόνον τὰ θεραπεύματα, ἀλλὰ καὶ ὡς ἰάθησαν οἱ τούτοις χρησάμενοι, καὶ ὅπως προσήκει τῶν νοσημάτων ἕκαστον θεραπεύειν, καὶ διαιροῦσί γε τὰς ἕξεις τῶν νοσημάτων, ἀλλ' ὅμως οὐκ εἰσὶν ἰατροί· δεῖ γὰρ καὶ ἐμπειρίας καὶ συνηθείας τινός· τὰ δὲ συγγράμματα, καὶ αἱ τοιαῦται θεωρίαι τοὺς μὲν ἐμπείρους καλλίους ποιοῦσι, τοὺς δὲ ἀπείρους οὐδὲν ὤνησαν πρός γε τὸ δύνασθαι θεραπεύειν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν νόμων ἂν ἔχοι, καὶ τῆς πολιτείας. Τὸ γὰρ συναγαγεῖν νόμους καὶ διερευνήσασθαι τὰς ἑκασταχοῦ πολιτείας, τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας δυναμένους ἕκαστα καλῶς θεωρῆσαι καὶ συνιδεῖν, ἅ τε ὀρθῶς καὶ ἃ φαύλως ἔχουσι, καὶ ποῖα ποίοις ἁρμόττει, πάνυ ἂν ὠφελήσειε· γένοιντο γὰρ ἂν ἑαυτῶν τὰ πολιτικὰ καλλίους· τοῖς δὲ ἄνευ τῆς τοιαύτης ἕξεως καὶ πείρας τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσιν, ἀνόνητος ἡ σπουδὴ

abest, ut de hac ad rerum dignitatem apte dicere queant, ut ne intelligant quidem, quæ sit ferendarum legum scientia, aut qualis sit ; nam eandem aut deteriorem quam artem dicendi esse statuunt : deinde legem ferre ita facile esse existimant, ut sit omnium. Arbitrantur enim colligere leges omnium opinione comprobatas, atque ex his optimas eligere, hoc esse quod leges ferre dicimus, at vero dijudicare leges et optimam quamque exquirere, non valde difficile esse. Atqui primum quidem non est facile et cujusvis recte de singulis quae proponuntur judicare posse, sed mirabili intelligentia et mentis agitatione ad hanc facultatem opus est : nam qui singularum rerum usu periti sunt, judicare etiam de iis possunt, ut musicæ peritus de musicis judicare potest, et grammaticæ peritus de grammaticis, eodemque modo in cæteris, hi enim sciunt quibus rebus hæc aut illa perficiantur et quæ quibus congruant, item quæ sit singulorum natura : imperiti vero quum horum nihil sciant, meliora et optima non eligent. Etenim imperiti præclare secum agi putant, si hoc solum probe sciant, bene aut male opus esse factum, quemadmodum etiam in pictura fit : quippe præstantissimam aliquam imaginem bene pictam esse intelligere, etiam eorum esse potest qui nunquam attigerunt picturam : scire autem eam esse præstantissimam, et qua parte ab aliis differat, solius est ejus qui pingere scit, aut aliquam ejus artis exercendæ facultatem consecutus est. Itaque neque pictoris opus aut musici, aut grammatici sine rerum istarum notitia quisquam recte judicare potest, neque de regni publicorumque negotiorum procuratoris opere quisquam est qui sine civili scientia judicium facere possit. Est autem lex rerum publicarum rectoris opus. Primum igitur colligere leges atque ex his optimas eligere nemo, qui rationis civilis expers sit, potest, deinde, etiamsi hoc concedamus, posse hominem qui non præsit reipublicæ et judicare leges et ex iis optimas colligere, ne hoc quidem ad efficiendos viros civitatis regendæ peritos et ad leges ferendas aptos sufficiet, quum ne medici quidem collectis et pervolutatis medicorum libris medici evadant : atqui tales homines memorare et tradere conantur non solum curationum genera, sed etiam quomodo ægri his remediis adhibitis curati sint, et quomodo singuli morbi sanandi fuerint, quin etiam corporum habitus et morborum naturam distinguunt, sed tamen non sunt medici : est enim experientia quadam et consuetudine opus : scripta vero et ejusmodi præcepta peritos quidem aptiores efficiunt, imperitis autem ad morbos sanandos nihil prosunt : eodem sane modo in legibus quoque ferendis atque in republica gerenda se res habet. Nam colligere leges et perscrutari omnes quæ ubique sunt respublicas iis qui usu periti singula recte considerare possunt atque intelligere, quæ res bene et quæ male se habeant, et quæ quibus congruant, multum profuerit, quoniam eo modo semet ipsos in prudentia civili superabunt : iis vero qui sine tali animi habitu et imperite hæc persecuti fuerint nihil proderit hoc studium ad legum ferendarum facultatem consequen-

πρός γε τὸ νομοθετικοὺς γενέσθαι· οὐ γὰρ δυνήσονται κρίνειν ὀρθῶς περὶ αὐτῶν, εἰ μὴ ἄρα τύχῃ τινί· γίνοιντο δ' ἂν ἴσως εὐσυνετώτεροι πρὸς ταῦτα τρόπον τινά, μαθόντες περὶ τῶν πολιτικῶν. Φαίνεται μὲν οὖν, ὅτι οὔτε οἱ σοφισταί, οὔτε οἱ πολιτευόμενοι [e] περὶ τῆς πολιτικῆς καὶ νομοθετικῆς οἷοί τε ἐγένοντο διδάσκειν.

* Ἐπεὶ δὲ ἀκόλουθόν ἐστιν, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐδείχθη, τὸν τῆς ἀρετῆς διδάσκαλον καὶ περὶ τούτων διεξιέναι, τῶν προτέρων οὐ πάνυ περὶ νόμων καὶ πολιτείας διερευνησαμένων, βέλτιον ἴσως ἡμᾶς ἐπισκέψασθαι περὶ τούτων, ὡς ἂν [f] ἡ προκειμένη ἡμῖν φιλοσοφία, περὶ τῶν ἀνθρωπίνων οὖσα παθῶν καὶ πράξεων τοῦ προσήκοντος τυχοῦσα τέλους, μηδενὸς ἐλλείπῃ τῶν εἰς ταῦτα φερόντων. Πρῶτον μὲν οὖν εἴ τι καλῶς περὶ αὐτῶν εἴρηται τοῖς προγενεστέροις, κατὰ μέρος ἐπελθεῖν πειραθῶμεν· εἶτα συναγαγόντες τὰς πολιτείας, θεωρῶμεν ἐν αὐταῖς, ἅ τε φθείρει, καὶ ἃ σώζει τὰς πόλεις· ἔτι τε τῶν πολιτειῶν ἑκάστην ἃ συνίστησι, [g] καὶ ἃ διαλύει· καὶ τίνα μὲν βασιλείαν συνέχει, τίνα δὲ δημοκρατίαν, καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστην, καὶ τίνα πέφυκε λύειν· καὶ μὴν κἀκεῖνο [h] σκοπῶμεν, διὰ ποίας αἰτίας αἱ μὲν τῶν πολιτειῶν καλῶς πολιτεύονται, αἱ δὲ ἐναντίως ἔχουσι. Τούτων γὰρ δὴ πάντων θεωρηθέντων συνίδοιμεν ἂν καὶ ποία πολιτεία ἀρίστη, καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα, καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη, τοῖς πολιτευομένοις λυσιτελήσει· λέγωμεν οὖν ἀρξάμενοι.

(Scripsi : [a] λέγουσι περὶ] cod. λέγουσιν περὶ. — [b] καίτοι] cod. καί τοι. — [c] ποῖα ποίοις] cod. ποῖα ποιεῖν. — [d] ὅπῃ] cod. ὅποι. — [e] οὔτε οἱ πολιτευόμενοι] cod. οὔτε πολιτευόμενοι. — [f] ὡς ἂν] cod. ὡσάν. — [g] συνίστησι] cod. συνίζησι. — [h] κἀκεῖνο] cod. κἀκεῖνο. —]

ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑ ΤΕΛΟΣ.

dam : neque enim recte de iis, nisi forte casu aliquo, judicare poterunt : sed percepta prius ratione civili fortasse intelligentiores quodammodo in iis esse poterunt. Apparet ergo, nec sophistas, nec rerum publicarum rectores rationem civilem et legum ferendarum artem tradere potuisse.

Quando autem consentaneum est, ut in præcedentibus ostendimus, virtutis magistrum etiam de his disserere, præsertim quum superiores illi legum ferendarum artem et reipublicæ administrationem non magnopere investigarint, præstiterit fortasse nos ipsos de his rebus commentari, ne ea in qua versamur philosophia, quæ ad hominum et affectus et actiones spectat, aptum assecuta finem, quidquam desideret eorum quæ huc pertinent. Primum igitur si quid recte de iis a veteribus dictum est, sigillatim id persequi conemur : deinde singulas colligamus respublicas, et in iis quæ res aut corrumpant urbes videamus, aut conservent : tum quæ res singulas civitates partim constituant, partim dissolvant : denique quæ regnum, quæ populi potentiam singulasque rerum publicarum formas contineant, et quæ evertant : quin etiam illud videamus, quibus de causis aliæ respublicæ bene administrentur, aliæ male regantur. His enim omnibus perspectis et cognitis, etiam illud intelligemus, quænam sit optima civitas, ac simul quibus unaquæque respublica tum institutis, tum legibus et moribus temperata civibus profutura sit : exordiamur igitur dicere.

PARAPHRASIS ETHICORUM NICOMACHEORUM FINIS.

* Παραλιπόντων, οὖν τῶν προτέρων, κτλ.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΠΕΡΙΠΑΤΗΤΙΚΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ.

Πάθος ἐστὶν ἄλογος ψυχῆς κίνησις δι' ὑπόληψιν κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ, καὶ παρὰ φύσιν τῇ ὁρμῇ πλεονάζουσα· ἢ πάθος ἐστὶν ἄλογος ψυχῆς κίνησις χωρὶς λογισμοῦ[a] τε καὶ κρίσεως ἐπιτελουμένη· ἢ πάθος ἐστὶν ἐπίκαιρος[b] ψυχῆς ὄρεξις, εἴς ποιὰν διάνοιαν[c] ἔξωθεν ἐπιθυμίαν λαμβάνουσα, οἷον λύπη, ἡδονή, φόβος, ἐπιθυμία· καὶ καθόλου, ὡς αὐτὸ τὸ ὄνομα δηλοῖ, ὅσα πάσχομεν κατὰ τὴν ἔξωθεν ἐπισύμπτωσιν τῶν πραγμάτων. Τὸ γὰρ κυρίως πάθος ἔξωθεν πᾶν, καὶ ἐν μεταβολῇ[d] τῇ ὑπό τινος ἄλλου κινοῦντος· τὰ δὲ γενικώτατα πάθη τέσσαρα, λύπη, φόβος, ἐπιθυμία, ἡδονή.

(Scripsi : [a] λογισμοῦ] cum cod. a; cod. b. λογισμῶν. — [b] ἐπίκαιρος] cod. a. ἐπικαίρου; b. ἐπὶ καιροῦ. — [c] διάνοιαν] cum cod. a; cod. b. διάθεσιν. — [d] μεταβολῇ] cum cod. a; deest in cod. b. —)

Ὅρος λύπης

Λύπη μὲν οὖν ἐστιν ἄλογος συστολή· ἢ δόξα πρόσφατος κακοῦ παρουσίας, ἐφ' ᾧ[a] οἷόν τε δεῖν συστέλλεσθαι.

Ὅρος φόβου.

Φόβος δ' ἐστὶν ἄλογος ἔκκλισις· ἢ φυγὴ ἀπὸ προσδοκωμένου δεινοῦ.

Ὅρος ἐπιθυμίας.

Ἐπιθυμία ἐστὶν ἄλογος ὄρεξις· ἢ δίωξις προσδοκωμένου ἀγαθοῦ.

Ὅρος ἡδονῆς.

Ἡδονὴ δὲ ἄλογος ἔπαρσις, ἢ δόξα πρόσφατος ἀγαθοῦ παρουσίας ἐφ' ᾧ οἷόν τε δεῖν ἐκτείνεσθαι.

Εἴδη δὲ λύπης.

Ἔλεος, φθόνος, ζῆλος, ζηλοτυπία, δυσθυμία, συμφορά, ἄχθος, ἄχος, σφακελισμός, πένθος, δυσχέρανσις, ὄχλησις, ὀδύνη, ἀνία, μεταμέλεια, σύγχυσις, ἀθυμία, ἄση, νέμεσις, δυσφορία, γόος, βαρυθυμία, κλαῦσις, φροντίς, οἶκτος.

(Scripsi : [a] ἐφ' ᾧ οἷόν τε] cum cod. a; cod. b. ἐφ' οἷόν τε. —)

Ὅροι τῶν εἰδῶν.

Ἔλεος μὲν οὖν ἐστι λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς ἀναξίως πάσχοντος ἐκείνου.

Φθόνος δὲ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ἢ λύπη ἐπὶ τῇ τῶν ἐπιεικῶν εὐπραγίᾳ.

Ζῆλος δὲ λύπη ἐπὶ τῷ ἑτέρους[a] τυγχάνειν ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ· ἢ λύπη ἐπὶ τῷ ἄλλοις ὑπάρχειν, ἡμῖν δὲ μή.

Ἔστι δὲ ζῆλος μακαρισμοῦ καὶ ἀστειότητος· ἢ

ANDRONICI RHODII

PHILOSOPHI PERIPATETICI

DE AFFECTIBUS LIBER.

Affectus est animi motus a recta ratione aversus propter quandam mali aut boni suspicionem sive exspectationem, et præter naturam appetitu insolescens : aut affectus est animi motus a recta ratione aversus inconsiderate nulloque judicio exsistens : aut affectus est temporarius animi appetitus extrinsecus injecta certæ cujusdam cogitationis cupiditate inflammatus : verbi causa, dolor, voluptas, metus, cupiditas : et omnino, ut hoc ipsum nomen declarat, omnia quibus afficimur externo rerum superventu. Nam proprie omnis affectus adventicius est, atque in commutatione alieno impulsu effecta consistit; sunt autem affectus vulgatissimi quattuor, dolor, metus, cupiditas, voluptas.

Doloris definitio.

Dolor quidem est a recta ratione aversa animi contractio : aut nova de malo præsenti concepta opinio, in quo fieri potest, ut animus contrahendus sit.

Definitio metus.

Metus autem est a recta ratione aversa declinatio : aut periculi prævisi fuga.

Definitio cupiditatis.

Cupiditas est a recta ratione aversa appetitio : aut boni exspectati consectatio.

Voluptatis definitio.

Voluptas est a recta ratione aversa animi elatio : aut nova de bono præsenti concepta opinio, in quo fieri potest, ut animus eligendus sit.

Doloris formæ.

Misericordia, invidia, livor, obtrectatio, ægritudo, calamitas, molestia, mœror, iracundia, luctus, stomachus, perturbatio, anxietas, tristitia, pœnitentia, confusio, animi dejectio, mœstitia, indignatio, impatientia, lamentatio, morositas, fletus, sollicitudo, miseratio.

Formarum definitiones.

Misericordia quidem est dolor ex alienis malis acceptus, quum alter indigne patitur.

Invidia autem dolor est ex alienis bonis acceptus : aut dolor in bonorum hominum felicitate captus.

Livor vero dolor est ex aliena bonorum quæ ipsi desideramus adeptione acceptus : aut dolor, quod alii habent quæ ipsi non habemus.

Est autem livor hominis alterum beatum prædican-

ζῆλός ἐστι [b] ψυχῆς λογικῆς θερμότης ἐπ' ἀγαθῷ καὶ κακῷ μετὰ παραδείγματος ἐξαπτομένη.

Ζηλοτυπία δέ ἐστι λύπη ἐπὶ τῷ καὶ ἄλλοις ὑπάρχειν, καὶ ἡμῖν ὑπάρχειν.

Δυσθυμία δὲ λύπη ἐπ' ἀλύτῳ ἢ δυσκινήτῳ πράγματι.

Συμφορὰ δὲ λύπη ἐπὶ συμπεφυρμένοις κακοῖς.

Ἄχθος δὲ λύπη βαρύνουσα.

Ἄχος δὲ λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα.

Σφακελισμὸς δέ ἐστι λύπη σφοδρά. [c]

(Scripsi : [a] τῷ ἑτέρους] cum cod. a; cod. b τῶν ἑτέροις. — [b] ζῆλός ἐστι] cum cod. a; cod. b. ζῆλος ἐπί. — [c] σφοδρά] cod. σφόδρα. —)

Πένθος δὲ λύπη ἐπὶ ἀώρου τέλους.

Δυσχέρανσις δὲ λύπη ἐξ ἐναντίων λογισμῶν.

Ὄχλησις δὲ λύπη στενοχωροῦσα ἢ ἀναστροφὴν οὐ διδοῦσα.

Ὀδύνη δὲ λύπη εἰσδύνουσα καὶ ὀξεῖα.

Ἀνία δὲ λύπη ἐξ ἀναλογισμῶν.

Μεταμέλεια δὲ λύπη ἐπὶ ἁμαρτήμασι πεπραγμένοις, καὶ διά τι γεγονός. [a]

Σύγχυσις δὲ λύπη τὸ παρὸν διορᾷν [b], τὸ δὲ μέλλον οὐ κωλύουσα.

Ἀθυμία δὲ λύπη ἀπελπίζοντος ὧν ἐπιθυμεῖ τυχεῖν.

Ἄση δὲ λύπη μετὰ ῥυπασμοῦ.

Νέμεσις δὲ λύπη ἐπὶ ἐπαιρομένοις παρὰ τὸ προσῆκον.

Δυσφορία δὲ λύπη μετὰ ἀπορίας τοῦ πῶς χρήσεται τοῖς παροῦσι.

Γόος δὲ θρῆνος ἀγόμενος [c] κατὰ λύπην.

Βαρυθυμία δὲ λύπη βαρύνουσα καὶ ἀνάνευσιν οὐ διδοῦσα.

Κλαῦσις δὲ διάκρισις, [d] λυπουμένου νεύοντος ἐπὶ τὸ χεῖρον.

Φροντὶς δὲ λογισμὸς λυπουμένου.

Οἶκτος δὲ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς.

(Scripsi : [a] καὶ διά τι γεγονός] cum cod. a; cod. b. ὡς διά τι γεγόνασι. — [b] λύπη τὸ παρὸν διορᾷν] codd. λύπη διορᾷν. — [c] ἀγόμενος] cum cod. a; cod. b. ἀγόμενον. — [d] διάκρισις[codd διάκρυσις. —)

Φόβου εἴδη.

Ὄκνος, αἰσχύνη, δεῖμα, δέος, ἔκπληξις, κατάπληξις, δειλία, ψοφοδέεια, [a] ἀγωνία, μέλλησις, ὀρρωδία, θόρυβος, δεισιδαιμονία.

(Scripsi : [a] ψοφοδέεια; cod. ψοφοδεία. —)

Ὅροι τῶν εἰδῶν.

Ὄκνος μὲν οὖν ἐστι φόβος μελλούσης εὐεργεσίας. [a]

Αἰσχύνη δὲ φόβος ἀδοξίας.

Δεῖμα δὲ φόβος ὑφορώμενος.

Δέος δὲ φόβος συνεστώς. [b]

Ἔκπληξις δὲ φόβος ἕνεκεν ἀσυνήθους φαντασίας δεινοῦ.

tis et festivi : aut livor est animi rationis compotis fervor bono aut malo exempli proferendi causa inflammatus.

Obtrectatio vero est dolor, quod et alii habent quæ nos habemus.

Ægritudo autem dolor e re inexplicabili vel difficulter mobili acceptus.

Calamitas est dolor e confusis malis perceptus.

Molestia est dolor gravis.

Mœror est dolor silentium faciens.

Iracundia est dolor acer.

Luctus est dolor ex immatura morte perceptus.

Stomachus est dolor ex contrariis consiliis ortus.

Perturbatio autem dolor quasi in angustias adductus est ant reditum præcidens.

Anxietas vero dolor penetrabilis et acer.

Tristitia autem dolor ex cogitationibus ortus.

Pœnitentia vero dolor est e peccatis admissis ortus, et ex evento aliquo acceptus.

Confusio autem dolor est prohibens quominus præsentem rerum statum perspiciamus, sed non obstans quin futura prævideamus.

Animi dejectio dolor est desperantis, se ea quæ desiderat consecuturum esse.

Mœstitia autem dolor est cum sordibus conjunctus.

Indignatio vero dolor ab hominibus indecore superbientibus nobis allatus.

Impatientia autem dolor est cum dubitatione consociatus, quomodo rebus præsentibus sit utendum.

Lamentatio est planctus a dolentibus datus.

Morositas est dolor gravis, nullam nobis requiem dans.

Fletus est mœrentis judicium, qui ad deteriora inclinat.

Sollicitudo autem mœrentis cogitatio est.

Miseratio vero dolor ex alienis malis acceptus.

Metus formæ.

Segnities, pudor, pavor, timor, consternatio, stupor, timiditas, formido angor, cunctatio sollicitudo, tumultus, superstitio.

Formarum definitiones.

Segnities quidem est metus futuræ beneficentiæ.

Pudor autem est infamiæ metus.

Pavor autem metus suspectus.

Timor vero metus perpetuus.

Consternatio est metus ab insolita periculi specie.

(Scripsi : [a] εὐεργεσίας] cod. εὐεργείας. — [b] συνεστώς] cum cod. a; cod. b: συνδέον. —)

Κατάπληξις δὲ φόβος ἐκ μείζονος φαντασίας.

Δειλία δὲ ἀποχώρησις ἀπὸ φαινομένου καθήκοντος διὰ φαντασίαν [a] δεινοῦ.

Ψοφοδέεια [b] δὲ φόβος κενός.

Ἀγωνία δὲ φόβος διαπτώσεως, ἢ φόβος ἥττης, ἢ φόβος ἐμποιητικὸς ἐναντίων ἐλπίδων, περὶ ὧν ὄρεξιν σφοδρὰν ἔχομεν. [c]

Μέλλησις δὲ ὄκνος διεγνωκότος ποιεῖν.

Ὀῤῥωδία δὲ φόβος ἐννοηθέντος.

Θόρυβος δὲ φόβος μετὰ φωνῆς κατεπείγων.

Δεισιδαιμονία δὲ φόβος τοῦ δαίμονος, ἢ ὑπερέκπτωσις τῆς πρὸς θεοὺς τιμῆς.

(Scripsi : [a] διὰ φαντασίαν] cum cod. a; cod. b. διὰ φαντασίας. — [b] ψοφοδέεια] cod. ψοφοδεΐα. — ἔχομεν] cod. ἔχωμεν. —)

Ἐπιθυμίας δὲ εἴδη.

Ὀργή, θυμός, χόλος, πικρία, μῆνις, κότος, ἔρως, ἵμερος, πόθος, δυσμένεια, δύσνοια, ἀψικορία, ῥιψοφθαλμία, σπάνις, τραχύτης, ἔρις, προσπάθεια, φιληδονία, φιλοχρηματία, φιλοτιμία, φιλοζωΐα, [a] φιλοσωματία, γαστριμαργία, οἰνοφλυγία, λαγνεία.

(Scripsi : [a] φιλοζωΐα] cod. φιλοζώϊα. —)

Ὅροι τῶν εἰδῶν.

Ὀργὴ μὲν οὖν ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ ἠδικηκέναι δοκοῦντος· ἢ λύπη μεθ' ὑπολήψεως τοῦ ὀλιγωρεῖσθαι.

Θυμὸς δὲ ὀργὴ ἐναρχομένη. [a]

Χόλος δὲ ὀργὴ διοιδοῦσα.

Πικρία δὲ ὀργὴ παραχρῆμα ἐκρηγνυμένη.

Μῆνις δὲ ὀργὴ εἰς παλαίωσιν ἀποτιθεμένη.

Κότος δὲ ὀργὴ καιρὸν ἐπιτηροῦσα.

Ἔρως δὲ ἐπιθυμία φιλίας· ἢ ἐπιθυμία θεοῦ [b] εἰς ναῶν κατακόσμησιν [c] καλῶν, [d] ὃν καὶ [e] ἐπιβολὴν [f] καλοῦσι φιλοποιΐας [g] διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον.

(Scripsi : [a] ἐναρχομένη] cod. ἀναρχομένη. — θεοῦ] cum cod. b; cod. a θροῦ. — [c] κατακόσμησιν] codd. κατὰ κόσμησιν — [d] καλῶν] cum cod. a; cod. b. καὶ καλῶν. — [e] ὃν καὶ] codd. ἦν. — [f] ἐπιβολὴν] cum cod. b; cod. a ἐπιβουλήν. — [g] φιλοποιΐας] cod. φιλοπονίας. —)

Ἵμερος δὲ ἐπιθυμία φίλου ἀπόντος ὁμιλίας.

Πόθος δὲ ἐπιθυμία κατὰ ἔρωτα ἀπόντος.

Δυσμένεια δὲ δύσνοια ἐπιτηρητικὴ καὶ κακοποιός [a].

Δύσνοια δὲ ἐπιθυμία τοῦ κακῶς ποιεῖν τινα [b] ἕνεκεν ἐκείνου.

Ἀψικορία δὲ ἐπιθυμία ταχὺ ἐμπιπλαμένη.

Ῥιψοφθαλμία [c] δὲ ταχυτὴς [d] περὶ τὸ ἰδεῖν τὸ ποθούμενον· ἢ ὀξυδορκία [e] περὶ τὸ αὐτό.

Σπάνις δὲ ἐπιθυμία ἀτελής.

Τραχύτης δὲ ἐπιθυμία ἀνώμαλος.

Ἔρις δὲ παρόρμησις εἰς ἀντίταξιν κακοποιητικήν.

Προσπάθεια δὲ ἐπιθυμία δεδουλωμένη.

Stupor est metus a majore specie.

Timiditas vero ob periculi speciem manifesti officii prætermissio.

Formido autem metus inanis.

Angor est metus peccati, vel metus cladis, vel metus injiciens nobis contrarias spes earum rerum, quarum magno desiderio tenemur.

Cunctatio vero segnities ejus qui aliquid facere constituit.

Sollicitudo est metus rei mente conceptæ.

Tumultus vero metus est cum voce urgens.

Superstitio est deorum numinis metus, vel immoderatus deorum cultus.

Cupiditatis formæ.

Ira, excandescentia, bilis, acerbitas, odium, simultas, amor, desiderium, ardor, malevolentia, animus infensus, fastidium, aviditas, penuria, asperitas, contentio, affectus, luxuria, avaritia, ambitio, vitæ amor, cultus corporis, edacitas, vinolentia, salacitas.

Formarum definitiones.

Ira quidem est vindictæ cupido ejus qui injuriæ auctor fuisse videtur : vel dolor hominis qui contemni sibi videtur.

Excandescentia vero est ira nascens et modo exsistens.

Bilis est ira intumescens.

Acerbitas vero ira est statim in aliquem effusa.

Odium est ira ad inveterationem destinata.

Simultas vero ira occasionem captans.

Amor autem amicitiæ cupiditas : vel desiderium dei necessarii ad pulchrorum templorum ornatum, quem et conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie vocant.

Desiderium est libido colloquendi cum absente amico

Ardor est amantis libido ejus qui absit videndi.

Malevolentia est animus infensus, ulciscendi tempus observans et maleficus.

Animus infensus est libido male faciendi alicui propter ipsum,

Fastidium est cupiditas cito expleta.

Aviditas est celeritas aspiciendæ rei desideratæ, vel oculorum acutorum acies quam in ea defigimus.

Penuria est cupiditas inexpleta.

Asperitas libido inæqualis est.

Contentio pugnæ maleficæ incitamentum est.

Affectus est cupiditas obnoxia.

Φιληδονία δὲ ἐπιθυμία ἡδονῶν ἄμετρος.

Φιλοχρηματία δὲ ἐπιθυμία ἄχρηστος· ἢ ἄμετρος χρημάτων ἐπιθυμία.

Φιλοτιμία δὲ ἐπιθυμία ἄμετρος τιμῆς.

Φιλοζωΐα δὲ ἐπιθυμία ζωῆς ἄλογος.

Φιλοσωματία δὲ ἐπιθυμία εὐθηνίας σώματος παρὰ τὸ δέον.

Γαστριμαργία δὲ ἐπιθυμία σιτίων ἄμετρος.

Οἰνοφλυγία ἐστὶν ἐπιθυμία οἴνου ἄπληστος.

Λαγνεία δὲ ἐπιθυμία συνουσίας ἄμετρος.

(Scripsi : [a] ἐπιτηρητικὴ καὶ κακοποιός] cod. ἐπιτηριτικὴ κακοποιός. — [b] ποιεῖν τινα] cod. εἶναί τινα. — [c] ῥιψοφθαλμία] cod. ῥιψοθαλμία. — [d] ταχυτῆς] Vid. Herodiani ἐπιτομὴ τῆς καθολικῆς προσῳδίας p. 30 ed. Schmidt; cod. ταχύτης. — ὀξυδορκία] cum cod. a; cod. b. ὀξυδερκία. —)

Luxuria est immoderata voluptatum cupiditas.

Avaritia cupiditas inutilis est : vel infinita pecuniæ cupiditas.

Ambitio immoderata honoris cupiditas est.

Vitæ amor nimia vivendi cupido est.

Cultus corporis est nimia validi corporis cupiditas.

Edacitas inexhausta ciborum aviditas est.

Vinolentia insatiabilis vini cupiditas est.

Salacitas autem effrenata rerum Venerearum appetentia.

Ἡδονῆς εἴδη.

Voluptatis formæ.

Ἀσμενισμός, τέρψις, κήλησις, χαιρεκακία, γοητεία.

Gaudium, delectatio, delenimentum, malevolentia, incantamentum.

Ὅροι τῶν εἰδῶν.

Formarum definitiones.

Ἀσμενισμὸς μὲν οὖν ἐστιν ἐπὶ ἀπροσδοκήτοις ἀγαθοῖς ἡδονή.

Τέρψις δὲ ἡδονὴ ἢ δι' ὄψεως ἢ δι' ἀκοῆς.

Κήλησις δὲ ἡδονὴ δι' ἀκοῆς κατακηλοῦσα· ἢ ἡδονὴ ἐκ λόγου τε καὶ μουσικῆς, ἢ δι' ἀκοῆς γινομένη, ἢ ἀπάτης.

Χαιρεκακία δὲ ἡδονὴ ἐπὶ τοῖς τῶν πέλας ἀτυχήμασι.

Γοητεία δὲ ἡδονὴ διὰ μαγείας, [a] ἢ κατὰ ἀπάτην.

(Scripsi : μαγείας] codd. μαγείαν. —)

Gaudium quidem est voluptas e bonis inexspectatis capta.

Delectatio autem oculorum aut aurium voluptas.

Delenimentum est voluptas suavitate auditus animum deleniens : aut voluptas vel ex sermone et musica, vel ex auditu vel ex fallaciis capta.

Malevolentia est voluptas ex alienis calamitatibus capta.

Incantamentum est voluptas ex magica arte vel ex fallaciis percepta.

Ἀπαθείας εἴδη.

Affectuum vacuitatis formæ,

Βούλησις, χαρά, εὐλάβεια, εὐπείθεια.

Voluntas, lætitia, cautio, obsequium.

Ὅροι τῶν εἰδῶν.

Formarum definitiones.

Βούλησις μὲν οὖν ἐστιν εὔλογος ὄρεξις.

Χαρὰ δὲ εὔλογος ἔπαρσις.

Εὐλάβεια δὲ εὔλογος ἔκκλισις, ἢ φυλακὴ κακοῦ· ἢ ἐπιμέλεια φυλακῆς.

Εὐπείθεια δὲ ἕξις κάτω ἐστραμμένας τὰς κόρας ἔχουσα.

Voluntas quidem est appetitus rationi consentaneus.

Lætitia autem rationi consentanea animi elatio est.

Cautio vero declinatio probabilis, vel mali evitatio est : vel evitationis cura.

Obsequium est habitus hominis pupillas sive oculos in terram figentis.

Βουλήσεως εἴδη.

Voluntatis formæ.

Εὔνοια, εὐμένεια, ἀσπασμός.

Benevolentia, clementia, amplexus.

Ὅροι εἰδῶν.

Formarum definitiones.

Εὔνοια μὲν οὖν ἐστι βούλησις ἀγαθῶν, αὐτῶν ἕνεκεν ἐκείνων.

Εὐμένεια δὲ εὔνοια ἐπίμονος.

Ἀσπασμὸς δὲ ἀδιάστατος ἀγάπησις.

Benevolentia quidem est voluntas bonorum, illorum ipsorum causa quibus bene volunt.

Clementia autem perpetua benevolentia est.

Amplexus est amatio indiscreta.

Χαρᾶς εἴδη.

Gaudii formæ.

Τέρψις, εὐφροσύνη, εὐθυμία.

Delectatio, lætitia, animi tranquillitas.

Ὅροι τῶν εἰδῶν.

Formarum definitiones.

Τέρψις μὲν οὖν ἐστι χαρὰ πρέπουσα ταῖς περὶ αὐτὸν ὠφελείαις.

Εὐφροσύνη δὲ ἐπὶ τοῖς τοῦ σώφρονος ἔργοις χαρά.

Εὐθυμία δὲ χαρὰ ἐπὶ διαμονῇ καὶ ἀνεπιζητησίᾳ παντός.

Delectatio quidem gaudium est nostris utilitatibus congruens.

Lætitia autem gaudium est e viri temperantis operibus perceptum.

Animi tranquillitas denique est gaudium e fortunæ stabilitate nulliusque rei desiderio perceptum.

Εὐλαβείας εἴδη.

Αἰδώς, ἁγνεία.

Ὅροι τῶν εἰδῶν.

Αἰδώς ἐστιν εὐλάβεια ὀρθοῦ λόγου.

Ἁγνεία δὲ εὐλάβεια τῶν περὶ τὸν θεὸν ἁμαρτημάτων.

Εἴδη ἀρετῆς.

Φρόνησις, σωφροσύνη, δικαιοσύνη, ἀνδρεία.[a].

Ὅροι τῶν εἰδῶν.

Φρόνησις μὲν οὖν ἐστιν ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων· ἢ φρόνησίς ἐστιν ἡ τῶν πρακτῶν ὀρθὴ καὶ ἀληθὴς καὶ μετ' αἰτίας θεωρία· ἢ φρόνησίς ἐστιν ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ περὶ τὰ αἱρετὰ καὶ φευκτά, καὶ τὴν κρίσιν τῶν χειρόνων ἢ βελτιόνων.

Σωφροσύνη δὲ ἐπιστήμη αἱρετῶν καὶ οὐχ[b] αἱρετῶν καὶ οὐδετέρων.

Δικαιοσύνη δὲ ἕξις διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστου.

Ἀνδρεία[c] δ' ἐπιστήμη δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ οὐδετέρων.

(Scripsi : [a] ἀνδρεία]; codd. ἀνδρία. — [b] οὐχ αἱρετῶν] codd. οὐκ αἱρετῶν. — [c] ἀνδρεία] codd. ἀνδρία. —)

Τριμεροῦς δὲ τῆς ψυχῆς λαμβανομένης κατὰ Πλάτωνα, τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἀρετὴ ἡ φρόνησις· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἡ πραότης καὶ ἡ ἀνδρεία·[a] τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια. Ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἐλευθεριότης[b], καὶ ἡ μεγαλοψυχία. Κακία δέ ἐστι τοῦ μὲν λογικοῦ ἡ ἀφροσύνη· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἡ ὀργιλότης καὶ ἡ δειλία· τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἡ ἀκολασία καὶ ἡ ἀκρασία· ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς ἥ τε[c] ἀδικία, καὶ ἡ ἀνελευθερία, καὶ ἡ μικροψυχία.

(Scripsi : [a] ἀνδρεία] codd. ἀνδρία. — [b] ἐλευθεριότης] codd. ἐλευθερία. — [c] ἥ τε] vulgo ἡ, τε. —)

Περὶ φρονήσεως.

Ἔστι δὲ φρόνησις ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ κατασκευαστικὴ τῶν εἰς εὐδαιμονίαν συντεινόντων. Σύμβωμοι δὲ αὐτῇ εἰσιν εὐβουλία, ἀγχίνοια, πρόνοια, βασιλική, στρατηγική, πραγματική, πολιτική, οἰκονομική, ἠθική, διαλεκτική, ῥητορική, φυσική.

Εὐβουλία μὲν οὖν ἐστιν ἐπιστήμη συμφερόντων.

Ἀγχίνοια δὲ ἕξις ἐξ ὑπογυίου τὸ καθῆκον εὑρίσκουσα καὶ καταστοχαζομένη τοῦ δέοντος.

Πρόνοια δὲ ἕξις εἰδοποιεῖν δυναμένη τὸ μέλλον,[a] ὡς ἂν πράττηται τὸ μέλλον ὡς χρή· ἢ παρασκευαστικὴ πρὸς μέλλοντά τινα.

Βασιλικὴ δὲ ἐμπειρία τοῦ ἄρχειν πλήθους ἀνυπευθύνως.

Στρατηγικὴ δὲ ἕξις θεωρητικὴ καὶ πρακτικὴ τῶν τῷ στρατοπέδῳ συμφερόντων.

Πραγματικὴ δὲ ἐπιστήμη τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων.

Cautionis formæ.

Verecundia, castimonia.

Formarum definitiones.

Verecundia rectæ rationis cautio est.

Castimonia est cautio omnium in deos peccatorum.

Virtutis formæ.

Prudentia, temperantia, justitia, fortitudo.

Formarum definitiones.

Prudentia quidem est scientia rerum bonarum et malarum et nec bonarum nec malarum : aut prudentia est rerum sub actionem cadentium recta et vera et rationibus confirmata contemplatio : aut prudentia est virtus ejus animi partis in qua inest ratio atque consilium in rebus expetendis et fugiendis atque in judicandis deterioribus aut melioribus occupata.

Temperantia autem est rerum expetendarum fugiendarumque et neutrarum scientia.

Justitia est animi affectio pro dignitate suum cuique tribuens.

Fortitudo est scientia rerum tum terribilium, tum non terribilium, tum neutrarum.

Quum animus tripartitus secundum Platonem existimetur, ejus partis in qua inest ratio atque consilium virtus est prudentia : illius in qua irarum exsistit ardor, lenitas et fortitudo : ejus denique quæ ad concupiscendum propensa est, temperantia et continentia. Totius vero animi virtutes sunt justitia, liberalitas, magnanimitas. Vitium autem ejus animi partis quæ rationis particeps est habetur amentia : illius in qua irarum exsistit ardor, iracundia et timiditas : ejus denique quæ ad concupiscendum propensa est, intemperantia et incontinentia : totius vero animi injustitia, illiberalitas, imbecillitas.

De prudentia.

Est autem prudentia virtus ejus animi partis, in qua inest ratio atque consilium, rerum ad beatitudinem pertinentium effectrix. Comites vero ejus sunt consilii bonitas, sagacitas, providentia, ars regum, ars imperatoria, usus rerum, scientia civilis, privatæ vitæ ratio, philosophia moralis, dialectica, ars oratoria, physiologia.

Consilii bonitas quidem est utilitatum scientia.

Sagacitas vero facultas ex tempore inveniendi, quod nostrum sit officium et spectandi id quod fieri decet.

Providentia est facultas animo futura propiciendi et informandi, ut res futuræ bene gerantur : aut sibi viam ad futura quædam muniendi.

Regum ars est scientia multitudinis suo arbitratu regendæ.

Ars imperatoria est exercitus commodorum cognitio ratione et usu parata.

Usus rerum est humanarum rerum scientia.

Πολιτικὴ δὲ ἕξις θεωρητικὴ τῶν τῇ πόλει συμφερόντων.

Οἰκονομικὴ δὲ ἕξις θεωρητικὴ τῶν τῷ οἴκῳ συμφερόντων.

Ἠθικὴ δὲ ἐπιστήμη κοσμητικὴ τῶν ἠθῶν.

Διαλεκτικὴ δὲ ἐπιστήμη τοῦ εὖ διαλέγεσθαι.

Ῥητορικὴ δὲ ἐπιστήμη τοῦ εὖ λέγειν.

Φυσικὴ δὲ ἐπιστήμη τῶν περὶ τὴν φύσιν.

Ἔργα δὲ τῆς φρονήσεως τὸ εὖ βουλεύεσθαι· τὸ κρίνειν τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακά, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αἱρετὰ καὶ φευκτά· τὸ χρῆσθαι πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς ὡς δεῖ· τὸ συνιδεῖν τοὺς καιρούς· τὸ ἀγχίνως χρήσασθαι καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ· τὸ τὴν ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν χρησίμων ἁπάντων.

Μνήμη δὲ καὶ ἐμπειρία, καὶ ἀγχίνοια, καὶ ἐπιδεξιότης, καὶ εὐβουλία, ἤτοι ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἑκάστη αὐτῶν ἐστιν, ἢ παρέπεται τῇ φρονήσει, ἢ τὰ μὲν αὐτῶν οἷον συναίτια τῇ φρονήσει καθάπερ ἡ ἐμπειρία, καὶ ἡ μνήμη· τὰ δὲ ἀπὸ τῆς φρονήσεως, οἷον ἡ εὐβουλία, καὶ ἡ ἐπιδεξιότης, καὶ ἡ ἀγχίνοια.

Πραότης δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν πρὸς ὀργὰς γίνονται ἀκίνητοι· ἢ μεσότης περὶ ὀργάς· ἧς ἡ μὲν ὑπερβολὴ ὀργιλότης καὶ τὸ ἀκρόχολον· ἡ δὲ ἔλλειψις ἀοργησία ἢ ἠλιθιότης [b]. Ἔργα δὲ αὐτῆς τὸ δύνασθαι φέρειν ἐγκλήματα καὶ ὀλιγωρίας [c] μετρίως· καὶ τὸ μὴ ταχέως ὁρμᾶν ἐπὶ τὴν τιμωρίαν· καὶ τὸ μὴ εὐκίνητον πρὸς ὀργάς, ἄπικρον δὲ τῷ ἤθει καὶ ἀφιλόνεικον.

(Scripsi : [a] τὸ μέλλον] cum cod. a; cod. b μέλλον. — [b] ἠλιθιότης] codd. ἀλιθιότης. — [c] ὀλιγωρίας] codd. ὀλιγορίας. —)

Περὶ ἀνδρείας [a].

Ἀνδρεία [b] δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς [c], καθ' ἣν δύσπληκτοί τινες περὶ φόβον ἢ θάνατον γίνονται. Οἰκεῖα δὲ αὐτῇ εὐψυχία, λῆμα, μεγαλοψυχία, ἀῤῥενότης, καρτερία, μεγαλοπρέπεια, ἀνδραγαθία.

Εὐψυχία μὲν οὖν ἐστιν εὐτονία ψυχῆς πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν τὰ ἑαυτῆς ἔργα.

Λῆμα δὲ ἕξις προχείρως ὀρεγομένη [d] ἐπιχειρεῖν τε οἷς χρή, καὶ ὑπομένειν ἃ λόγος αἱρεῖ.

Μεγαλοψυχία δὲ ἕξις ὑπεράνω ποιοῦσα τοῦ κοινῇ συμβαίνοντος φαύλοις [e] τε καὶ σπουδαίοις.

Ἀῤῥενότης δὲ ἕξις αὐτάρκειαν [f] παρεχομένη ἐν τοῖς κατ' ἀρετὴν πόνοις.

Καρτερία δὲ ὑπομονὴ λύπης ἢ πόνων, ἕνεκα τοῦ καλοῦ.

Μεγαλοπρέπεια δὲ ἕξις ἐπαίρουσα τοὺς ἔχοντας αὐτήν, καὶ φρονήματος πληροῦσα.

Ἀνδραγαθία δὲ ἀνδρὸς ἀρετή, ἐπιτηδευτικὴ κοινῶν ἔργων. Ἔργα δὲ [g] ἀνδραγαθίας τὸ δύσπληκτον εἶναι ὑπὸ φόβου τοῦ περὶ θάνατον, καὶ τὸ εὐθαρσῆ εἶναι ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ τὸ εὔτολμον πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸ μᾶλλον αἱρεῖσθαι τεθνάναι καλῶς, ἢ αἰσχρῶς σώζεσθαι, καὶ τὸ νίκης αἴτιον διὰ παντὸς γίγνεσθαι.

Scientia civilis est civitatis commodorum cognitio contemplativa.

Privatæ vitæ ratio contemplativa familiæ commodorum cognitio est.

Philosophia moralis est scientia ad exornandos mores accommodata.

Dialectica est scientia bene disserendi.

Ars oratoria est bene dicendi disciplina.

Physiologia rerum naturalium scientia est.

Prudentiæ officia sunt bene deliberare : judicare bona et mala, resque omnes in vita tum expetendas tum fugiendas : omnibus quæ suppetunt et bonis et malis decenter uti : speculari opportunitates : dictis et factis sagaciter uti : rerum omnium utilium notitiam habere.

Memoria vero et peritia et sagacitas, item dexteritas, et consilii bonitas res sunt singulæ tales, ut vel a prudentia proficiscantur, vel sequantur prudentiam, vel partim quasi causæ eventorum cum prudentia sint, velut peritia et memoria : partim a prudentia proficiscantur, verbi gratia consilii bonitas, et dexteritas et sagacitas.

Lenitas est virtus illius animi partis, in qua irarum exsistit ardor, qua fit ut ira non tangantur : vel irarum mediocritas : cujus nimium iracundia et excandescentia, parum lentitudo aut stultitia est. Sunt autem ejus munera mediocriter ferre posse criminationes et contemtum : item non celeriter ad ulciscendi cupiditatem exardescere : denique animus non irritabilis, natura minime acerba minimeque litigiosa.

De fortitudine.

Fortitudo est virtus illius animi partis, in qua irarum exsistit ardor, qua fit, ut metu aut morte non facile percellantur homines. Est autem propria ejus animi præsentia, confidentia, magnanimitas, virilitas, patientia, magnificentia, strenuitas.

Animi præsentia quidem est ejus alacritas ad opera sua perficienda.

Confidentia vero affectio animi promte cupiens aggredi quæ sunt facienda, et sustinere quæ ratio evincit sustinenda esse.

Magnanimitas autem affectio animi est diviniora fingens, quam quæ communiter malis et bonis hominibus contingunt.

Virilitas est animi affectio frugalitatem in laboribus virtuti consentaneis ostendens.

Patientia est doloris aut laborum propter honestatem toleratio.

Magnificentia est animi affectio, erigens homines ita animatos et spiritus iis afferens.

Strenuitas est viri virtus publica negotia gerentis.

Est autem viri strenui mortis metu non percelli atque in calamitatibus animose se gerere, et audacter pericula contemnere, et malle pulchram mortem obire, quam turpiter e manibus hostium evadere, et victoriam semper adipisci.

Παρέπεται δὲ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ εὐτολμία, καὶ ἡ εὐψυχία, καὶ τὸ θάρσος [h] · ἔτι δὲ ἡ φιλονεικία καὶ ἡ καρτερία.

(Scripsi : [a] ἀνδρείας] codd. ἀνδρίας. — [b] ἀνδρεία] codd. ἀνδρία. — [c] θυμοειδοῦς] codd. θυμοειδοῦ. — [d] ὀρεγομένη] codd. ἐργαζομένη. — [e] φαύλοις] codd. φαύλοις. — [f] αὐτάρκειαν] codd. αὐτάρκη. — [g] δὲ] codd. δ'. — [h] θάρσος] codd. θράσος. Qua de re sic Ammonius in libello περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων : θράσος καὶ θάρσος διαφέρει. θράσος μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄλογος ὁρμή · θάρσος δὲ ἔλλογος ὁρμή. Huc accedit quod θράσος non legitur apud Aristotelem, qui θάῤῥος dicere solet. Cf. Ethic. Nicom. lib. III cap. 6.)

Adjuncta est autem fortitudini audacia et animi præsentia et fiducia : præterea certandi libido et patientia.

Περὶ σωφροσύνης.

Σωφροσύνη δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν ἀνόρεκτοι γίνονται περὶ τὰς ἀπολαύσεις τῶν φαύλων ἡδονῶν. Οἰκεῖαι δ' αὐτῇ αὐστηρία, ἐγκράτεια, εὐτέλεια, λιτότης, κοσμιότης, εὐταξία, αὐτάρκεια.

Αὐστηρία μὲν οὖν ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν τινες οὔτε προσφέρουσιν ἄλλοις τὴν τῶν φαύλων ἡδονῶν ὁμιλίαν, οὔτε παρ' ἄλλων ταύτην προσδέχονται· ἡ ἕξις ψυχῆς, μὴ ἀνεχομένη ὁμιλίαν φαύλων ἡδονῶν μηδὲ λόγων.

Ἐγκράτεια δὲ ἕξις ἀήττητος ὑφ' ἡδονῆς [a].

Εὐτέλεια δὲ ἕξις ἀνυπέραρτος ἐν δαπάναις καὶ παρασκευαῖς.

Λιτότης δὲ ἕξις ἀρκουμένη τοῖς τυχοῦσι.

Κοσμιότης δὲ ἐπιστήμη περὶ τὸ πρέπον ἐν κινήσει καὶ σχήματι σώματος· ἡ εὐταξία περὶ σχῆμα καὶ κίνησιν σώματος.

Εὐταξία δὲ ἐμπειρία καταχωρισμοῦ πράξεως· ἡ περὶ τὰς πράξεις ἔχουσα τὸ βέβαιον, ἢ τοὺς καταχωρισμοὺς τῶν πράξεων.

Αὐτάρκεια δὲ ἕξις ἀρκουμένη οἷς δεῖ, καὶ τὰ πρὸς τὸ ζῆν [b] καθήκοντα ὁρίζουσα.

Scripsi : [a] ὑφ' ἡδονῆς] codd. ὑπ' ἡδονῆς. — [b] ζῆν] codd. ζῆν. —)

De temperantia.

Temperantia habetur virtus ejus animi partis quæ ad concupiscendum propensa est, qua fit, ut homines libidinosarum voluptatum fructum fastidiant. Sunt autem propriæ ejus austeritas, continentia, parsimonia, victus tenuitas, modestia, ordinis conservatio.

Austeritas quidem est animi affectio, qua fit, ut nonnulli neque aliis libidinosarum voluptatum fructum offerant, neque ab aliis eum accipiant : aut animi affectio ut libidinosarum voluptatum, ita turpium verborum impatiens.

Continentia est animi affectio voluptati non serviens.

Parsimonia est animi affectio non immodica in sumtibus et apparatibus.

Victus tenuitas est animi affectio rebus vilibus contenta.

Modestia est scientia decori in motu et gestu corporis : vel ordinis cujusdam in corporis motu et gestu conservatio.

Ordinis conservatio est peritia actionis in loco suscipiendæ : aut retinens in actionibus constantiam, aut actionum in loco sucipiendarum rationem habens.

Frugalitas est animi affectio contenta rebus quibus indigemus, et necessaria vitæ præsidia definiens.

Ἔργα δὲ σωφροσύνης τὸ μὴ θαυμάζειν τὰς ἀπολαύσεις τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ τὸ εἶναι ἁπάσης ἀπολαυστικῆς αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἀνόρεκτον, καὶ τὸ φοβεῖσθαι τὰ περὶ τὸν βίον ὁμοίως ἔν τε σμικροῖς καὶ μεγάλοις.

Temperantiæ autem officia sunt non admirari corporis voluptatum fructum, et omnem tum libidinosam tum turpem voluptatem spernere, et æque in parvis atque in magnis rebus vitæ pericula timere.

Παρέπεται δὲ τῇ σωφροσύνῃ εὐκοσμία, αἰδώς, εὐλάβεια.

Adjuncta est vero temperantiæ decentia, verecundia cautio.

Περὶ ἐγκρατείας.

Ἐγκράτεια δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν κατέχειν τῷ λογισμῷ δύναται τὴν ἐπιθυμίαν, ὁρμῶσαν ἐπὶ φαύλας ἡδονάς.

Ἔργα δὲ αὐτῆς τὸ δύνασθαι κατέχειν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ἐπὶ τὰς φαύλας ἀπολαύσεις τῶν ἡδονῶν· τὸ καρτερικὸν καὶ ὑπομονητικὸν εἶναι τῆς κατὰ φύσιν ἐνδείας τε καὶ λύπης.

De continentia.

Continentia virtus est animi partis ad concupiscendum propensæ, qua fit, ut ratione comprimere incensam libidinosarum voluptatum cupiditatem possit.

Officia autem ejus sunt ratione comprimere posse incensam fruendarum libidinosarum voluptatum cupiditatem : patientem et tolerantem esse naturalis inopiæ ac doloris.

Περὶ δικαιοσύνης.

Δικαιοσύνη ἐστὶν ἀρετὴ ψυχῆς τοῦ κατ' ἀξίαν διανεμητική.

De justitia.

Justitia est animi virtus jus unicuique tribuens pro dignitate cujusque.

Ἴδιον δὲ δικαιοσύνης ἐστὶ τὸ ἐκεῖνα νέμειν ἑκάστῳ, ὧν ἄν τις τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας προκαταβάλληται. Οἰκεία δὲ αὐτῇ ἐλευθεριότης, χρηστότης, δικαστική, εὐγνωμοσύνη, εὐσέβεια, εὐχαριστία [b], ὁσιότης, εὐσυναλλαξία, νομοθετική.

(Scripsi : [a] οἰκεία] codd. οἰκεῖα. — [b] εὐχαριστία] codd. χαριστία. —)

Ἐλευθεριότης μὲν οὖν ἐστιν ἕξις ἐν προέσει καὶ λήψει ὁμολογουμένως ἀναστρεφομένους παρεχομένη.

Χρηστότης δὲ ἕξις ἑκουσίως εὐποιητική.

Δικαστικὴ δὲ ἐπιστήμη κρίσεων καὶ κολάσεων καὶ ἀδικημάτων.

Εὐγνωμοσύνη δὲ ἑκούσιος δικαιοσύνη.

Εὐσέβεια δὲ ἐπιστήμη θεοῦ θεραπείας.

Εὐχαριστία δὲ ἐπιστήμη τοῦ τίσι καὶ πότε παρεκτέον χάριν, καὶ πῶς, καὶ παρὰ τίνων ληπτέον.

Ὁσιότης δὲ ἐπιστήμη παρεχομένη πιστοὺς καὶ τηροῦντας τὰ πρὸς τὸ θεῖον δίκαια· ἢ ὀρθὴ ἐπιστήμη περὶ θεοῦ τιμῆς· ἡ αὐτὴ δὲ καὶ δικαιοσύνη λέγεται.

Εὐσυναλλαξία δὲ ἕξις ἐν συναλλαγαῖς φυλάττουσα τὸ δίκαιον.

Νομοθετικὴ δὲ ἐπιστήμη διαταγμάτων πολιτικῶν πρὸς κοινωνίαν ἀναφερομένων.

Ἔργα δὲ δικαιοσύνης τὸ διανεμητικὸν εἶναι τοῦ κατ' ἀξίαν, τὸ σώζειν τὰ πάτρια ἔθη, τὸ σώζειν τοὺς ἐπιγεγραμμένους νόμους, τὸ ἀληθεύειν ἐν τῷ διαφέροντι, τὸ διαφυλάττειν τὰς ὁμολογίας.

Ἔστι δὲ πρῶτον τῶν δικαίων τὰ πρὸς τὸν θεόν· εἶτα τὰ πρὸς πατρίδας καὶ γονεῖς· εἶτα τὰ πρὸς τοὺς κατοιχομένους. Ἐν οἷς καὶ ἡ εὐσέβεια, ἢ μέρος οὖσα δικαιοσύνης, ἢ παρακολουθοῦσα.

Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότης, καὶ ἀλήθεια, καὶ πίστις, καὶ μισοπονηρία.

Ἔστι δὲ πίστις ἡ ὡς ἀληθεῖ τῷ γνωσθέντι συγκατάθεσις *.

(Scripsi : * συγκατάθεσις] codd. συκαγτάθεσις. —)

Περὶ ἐλευθεριότητος [a].

Ἐλευθεριότης [b] δέ ἐστιν ἀρετὴ ψυχῆς εὐδαίμονος εἰς τὰ καλά.

Ἔργα δὲ αὐτῆς τὸ παρεκτικὸν εἶναι χρημάτων πρὸς τὰ ἐπαινετά, τὸ δαψιλεύεσθαι ἐπὶ τῷ εἰς δέοντα ἀναλωθῆναι, καὶ τὸ ἠθικὸν εἶναι ἐν τῷ διαφόρῳ καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ μὴ λαβεῖν ὅθεν οὐ δεῖ.

(Scripsi : [a] ἐλευθεριότητος] codd. ἐλευθερίας. — [b] ἐλευθεριότης] codd. ἐλευθερία. —)

Μεγαλοψυχία δέ ἐστιν ἀρετὴ ψυχῆς, καθ' ἣν εὐκόλως [a] δύνανται φέρειν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν, τιμὴν καὶ ἀτιμίαν. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἁπλότης [b], γενναιότης καὶ ἀλήθεια.

(Scripsi : [a] εὐκόλως] cf. Ethic. Nicom. lib. I cap. 10; cod. οὐ. — [b] ἁπλότης] codd. ἀπλοτής.—)

Κατὰ Χρύσιππον.

Φρόνησίς ἐστιν ἐπιστήμη τοῦ ποῖα δεῖ ποιεῖν, ποῖα δ' οὔ.

Est autem justitiæ proprium unicuique tribuere illa, quorum initia et causas antegressas quasi fundamenta posuit. Propria vero ejus est liberalitas, benignitas, juris disciplina, æquitas, pietas, grata beneficiorum memoria, religio', comitas, ars ferendarum legum.

Liberalitas quidem est animi affectio in profusione et acceptione ex confesso quasi in contrariam partem versos homines ostendens.

Benignitas vero est animi affectio ultro ad bene faciendum propensa.

Juris disciplina est scientia decretorum et pœnarum et maleficiorum.

Æquitas voluntaria justitia est.

Pietas est Dei colendi scientia.

Grata beneficiorum memoria est ejus qui scit, apud quos et quando et quomodo beneficia collocanda sint, et a quibus accipienda.

Religio est scientia efficiens homines fidos honorumque diis debitorum tutores: aut recta de Dei cultu doctrina : eadem vero et justitia dicitur.

Comitas est animi affectio in hominum conversatione debito honore eos afficiens.

Ars ferendarum legum est scientia constitutionum publicarum ad hominum societatem spectantium.

Justitiæ autem officia sunt jus unicuique tribuere pro cujusque dignitate, patrios mores tueri, servare scriptas leges, vera dicere in controversiis, servare pacta.

Cæterum honores primum debentur Deo, deinde patriæ et parentibus, tum mortuis. In quibus etiam pietas locum habet, quæ aut pars justitiæ est, aut eam sequitur.

Comitatur vero justitiam religio et veritas et fides et improbitatis odium.

Fides est ejus quod verum esse cognovimus comprobatio.

De liberalitate.

Liberalitas est virtus animi honestate felicis.

Ejus autem officia sunt erogare pecuniam in res laudabiles, item præbere abundanter sumtum ea conditione, ut in res necessarias impendatur, præterea bene moratum et humanum esse in controversia, denique non accipere, unde non oportet.

Magnanimitas est animi virtus, qua fit, ut homines res prosperas et adversas, honorem et ignominiam facile ferre queant. Comitatur vero magnanimitatem simplicitas, animi excelsitas et veritas.

Secundum Chrysippum.

Prudentia est scientia rerum et agendarum et non agendarum.

Ἀφροσύνη δὲ ἡ ἄγνοια τῶν αὐτῶν· καὶ ἄφρονες οἱ τούτων τι ἀγνοοῦντες, καὶ περὶ ταῦτα διεψευσμένοι. Ἐστὶ γὰρ ἀφροσύνη ἄγνοια τοῦ ποῖα δεῖ ποιεῖν, ποῖα δ' οὔ.

Ὑποτέτακται δὲ τῇ φρονήσει* εὐβουλία, εὐλογιστία, ἀγχίνοια, νουνέχεια, εὐστοχία, εὐμηχανία.

(*) In iis quæ prudentiæ subsunt formis desiderari hic τὴν εὐβουλίαν annotavit nescio quis in codicis margine ita scribens : λείπει, οἶμαι, τὸ τῆς εὐβουλίας εἶδος.)

Εὐλογιστία δέ ἐστιν ἐπιστήμη συγκεφαλαιωτικὴ τῶν γινομένων καὶ ἀποτελεστέων[a].

Ἀγχίνοιά ἐστιν[b] ἐπιστήμη εὑρετικὴ τοῦ καθήκοντος παραχρῆμα.

Νουνέχειά ἐστιν[c] ἐπιστήμη χειρόνων καὶ βελτιόνων.

Εὐστοχία ἐστὶν ἐπιστήμη ἐπιτευχτικὴ τοῦ ἐν ἑκάστῳ σκοποῦ.

Εὐμηχανία ἐστὶν ἐπιστήμη εὑρετικὴ διεξόδων πραγμάτων.

(Scripsi : [a] ἀποτελεστέων] cod. ἀποτελουμένων. — [b] ἀγχίνοιά ἐστιν] codd. ἀγχίνοια ἐστὶν. — [c] νουνέχειά ἐστιν] codd. νουνέχεια ἐστὶν. —)

Ὑποτέτακται τῇ ἀνδρείᾳ[a] καρτερία, θαῤῥαλεότης, μεγαλοψυχία, εὐψυχία, φιλοπονία.

Καρτερία ἐστὶν ἐπιστήμη ἔμμονος τοῖς ὀρθῶς κριθεῖσι.

Θαῤῥαλεότης ἐστὶν ἐπιστήμη, καθ' ἣν οἴδαμεν, ὅτι οὐκ ἐκπεσούμεθα ἐκ τοῦ ἐπιτηδεύματος[b].

(Scripsi : [a] ἀνδρείᾳ] codd. ἀνδρίᾳ. — [b] ὅτι οὐκ ἐκπεσούμεθα ἐκ τοῦ ἐπιτηδεύματος] codd. ὅτι οὐ περιπέσομεν. —)

Μεγαλοψυχία ἐστὶν ἐπιστήμη τῶν πεφυκότων ἐν σπουδαίοις γίνεσθαι καὶ φαύλοις.

Εὐψυχία ἐστὶν ἐπιστήμη ψυχῆς παρεπομένη ἑαυτῇ ἀήττητος.

Φιλοπονία ἐστὶν ἐπιστήμη ἐξεργαστικὴ μὲν τοῦ προκειμένου, οὐ καταναλισκομένη δὲ ὑπὸ πόνων.

Τέλος.

Imprudentia vero earundem rerum inscitia est : et imprudentes qui in earum ignoratione versantur, vel in iis errarunt. Est enim imprudentia inscitia rerum et agendarum et non agendarum.

Subest vero prudentiæ consilii bonitas, consilii capiendi deliberatio, sagacitas, intelligentia, perspicacitas, sollertia.

Consilii capiendi deliberatio est brevis notitia eorum quæ fiunt et peragenda sunt.

Sagacitas est scientia extemplo inveniendi, quod nostrum sit officium.

Intelligentia et deteriorum et meliorum scientia est.

Perspicacitas est scientia assequendi finis in quaque re propositi.

Sollertia est facultas inveniendi explicationem rerum.

Subest fortitudini patientia, fidentia, magnanimitas, animi præsentia, sedulitas.

Patientia est scientia perseverans in rebus recte judicatis.

Fidentia est scientia, qua scimus, fore ut institutum nostrum teneamus.

Magnanimitas est scientia eorum quæ in bonis et malis inesse solent.

Animi præsentia est scientia animo tanquam invicta comes adjuncta.

Sedulitas est quidem scientia ad propositum peragendum idonea, sed quæ laboribus non conficitur.

Finis.

CONSPECTUS.